


136

J. B. Bozán S^o
Guerrero.

a. 7.17.

0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24

2 400 40 Italia MADE IN SPAIN



del categº de la conga de Jhs de granada

Ba

STATVTA

R.8960

ALMAE VRBIS

ROMAE

AVCTORITATE GREGORII
PAPÆ XIII.

A SENATU POPULOQ. ROM.
Reformata, & Edita.

ACCESSIT IN HAC POSTREMA EDITIONE


Index locupletissimus materiarum, ordine Alphabetico in
vnoquoq. trium librorum separatis ad com-
modiorem vsum digestus.



ROMÆ, IN AEDIBVS POPVLI ROMANI.

APUD GEORGIVM FERRARIUM.


M. D. X C.



L I T T E R Æ.

SANCTISS. DOMINI NOSTRI
D. GREGORII PAPÆ XIII.

CONFIRMATIONIS STATUTORVM
Almæ Vrbis nouissime editorum.



REGORIVS Episcopus , seruus seruorum Dei , ad futuram rei memoriam . Vrbem Romanam , ex qua , veluti e capite , iuris ciuilis prudentia defluxit ; atque inde , in alias nationes , longe lateq. est diffusa , legibus semper , atque optimis abundare oportet institutis , vt quæ tot donis , prærogatiuisque excellit , se ipsam in pri mis optime regat , aliisq. deinde Vrbibus , exem plo Reipublicæ recta ratione administrandæ , antecedat . Quod cum nobis , pro eo , quo illam Principis Apostolorum , eius successorum , nostriq. & Christianæ religionis sedem , prosequimur , veræ dilectionis affectu , debitoq. nostræ seruituris officio , maximæ semper curæ fuerit ; plurimum in Domino lætati sumus , dilectos filios Popu lum Romanum , Iustitiae colendæ studio , solicitudini huic nostræ respondisse . Illi enim , cum Vrbis mores , consuetudines & pleraque omnia negotia , ita viderent esse confusa , vt ius sibi , cum ab antiquis , tum à iunioribus traditum , & denique ipsæmet canonicae sanctiones , in controuer siis , quæ quotidie in iudiciū vocantur , dirimendis , aliisq. rebus explicandis , prout tempus , moresque postulant , non ita conueniant ; ne quid ab eis in concessa sibi facultate , desiderari contingat , priuatas leges , siue Statuta , præsentibus temporibus , ac negotiis congruentia , sibi condere , nostris auctoritate & præfidiis freti , instituerunt . Id vero , dum serio agunt , nauiterque in iuris huiusmodi compositionem , nobis annuentibus incumbunt , Statuta Vrbis , quæ sibi à maioribus suis relicta habebant , satis perplexa & confusa inuen erunt ; in quorum libris ob temporum vetustatem , Magistratum fortasse negligentiam , multiplicesq. superiorum æstatum editas reformationes , laxe , quæ adhuc vigeant , constitutiones , vnâ cum abrogatis & obsoletis , aliaq. aliis contrarie , promiscue continebantur . Cupientes itaque iidem Populus , vt ius proprium in certam formam

a 2

& quasi

& quasi non dissidentium inter se Statutorum consonantiam redige-
retur, ad præsentiumq. temporum mores, & negotia accommodare-
tur, prouinciam hanc, dilecto filio Lucæ Pæto vtriusque iuris doctori,
nonnullisque aliis ciuibus Romanis demandandam curarunt: eorum
vero aliquibus vita functis, aliis diuerorum negotiorum occupatione
districtis, idem Lucas Statuta prædicta in quinq. libros prius distribu-
ta, superuacaneis amputatis, necnon inuicem pugnantibus, & iis quæ
vel desuetudine antiquata, vel contraria lege abrogata erant, subla-
tis, additisq. nonnullis reformationibus, ad dilectorum filiorum Con-
seruatorum, Populiique Romani Officialium regimen, & directionem
spectantibus, quæ nobis Populi eiusdem nomine obtulerant, in tres
breues admodum libros, certo distinctoq. ordine redegit, nobisque su-
perioribus annis exhibuit. Qui intelligentes multa in Populum Ro-
manum prædictum commoda, ex noua huiusmodi Statutorum com-
pilatione esse profectura, Dilecto filio nostro Iulio Antonio Tituli
Sancti Bartholomæi in Insula Presbytero Cardinali, Sanctæ Seueri-
ne nuncupato, mandauimus, vt conuocatis dilectis filiis Conserua-
toribus Cameræ Vrbis, & Prioribus Capitum Regionum, qui pro-
tempore fuissent, necnon Hortensio Frangipano Vrbis Cancellario,
Antonio Vellio, Fabricio Lazaro, & qui eiusdem Populi Rom. aduo-
catus est, Horatio Burghesio, & Vincentio Parentio Aulæ nostræ Con-
fessorij, necnon Bernardino Biscia, & Horatio de Arrigonibus in Ro-
mana Curia Aduocatis, Stephano Crescentio, Marcello Arberino Pe-
tropaulo Fabio, Hieronymo Alterio, Augustino Palonio, Valerio de
Valle, Prospero Cafarello, & Riccardo Mazzatosta, Romanis ciui-
bus, à dicto Populo in suis consiliis, ad hanc rem diuersis, & succe-
suis temporibus, vnâ cum prædicto Luca delectis, congregatis quo-
que dilectis filiis nostris, Alexandro Tituli Sancte Mariæ in Aracæli,
Presbytero Cardinali, Riario nuncupato, tunc Cameræ Apostolicæ
generali Auditore, deinde Magistro Hieronymo Matthæo, in eiusdem
Alexandri Card. locu, ad munus Auditoris suffecto, necnō venerabili
fratre Hieronymo epo Maceratensi, locu vnius ex officiis Clericatus Ca-
meræ Apost. ex indulto Apost. obtinente, ac dilectis ite filiis, Magistris
Alexandro Frumento, & Pyrrho Tharo, Notariis nostris in utraq. Si-
gnatura nostra Referendariis, ac etiâ Mario Gabriellio eiusdem Aulæ
nostræ Consistorij Aduocato, à nobis ad hoc specialiter deputatis, Sta-
tuta huiusmodi per dictum Lucam compilata, diligenter excuterent,
atque examinarent, & quæ eis viderentur, supplerent, corrigerent,
delerent, & emendarent. Qui frequentissime per plures annos in vnum
congre-

congregati eisdemque Statutis diligenter visis, & singillatim exami-
natis, matureque discussis, alia emendauerunt, alia explanauerunt,
nonnulla addiderunt, nonnullaque etiam sustulerunt. Denique Iulius
Antoniüs, & Alexander, Cardinales, ac Hieronymus Episcopus, nec-
non Marius Gabriellius, & Lucas Pætus prædicti, eorumdem Statu-
torum relectione, & recognitione, omni studio & diligentia ab ipsis,
de mandato nostro facta, postremam illis manum adhibuerunt. Nos
volentes ea, quæ tanto labore, & maturitate ad Publicam utilitatem
digesta sunt, inuiolabiliter obseruari, Motu proprio, & ex certa scien-
tia nostra, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, omnia & quæ-
cumque antiqua Vrbis Statuta, etiam reformata, & innouata, ac qui-
busuis approbationibus, & confirmationibus Apostolicis roborata,
præsentium auctoritate abrogamus, tollimus, & penitus abolemus,
neminemque ad illa deinceps obligari volumus; nouissimè verò com-
pilata Statuta prædicta, etiam certis in eis expressis casibus, iuramen-
ti validitatem restringentia, sicuti prædictis tribus libris digesta sunt,
approbamus, & confirmamus. Et ut approbatio huiusmodi amplius
innotescat, has præsentes, in principio omnium librorum eorumdem
voluminum, quæ vel manu scribentur, vel imprimentur, omnino de-
scribi volentes, statuimus, & Apostolica auctoritate decernimus; vt
de cætero, post triginta dies à publicatione præsentium, nulla alia Sta-
tuta, quam hæc noua ad futurarum causarum decisionem, ac negotio-
rum expeditionem allegari possint, nec quisquam illa allegans, audiri
debeat, sed tantum, secundum prædicta noua, à nobis confirmata, in
Curia Capitolina, & apud eam in futuris omnibus causis, in ipsa Cu-
ria Capitolina videlicet, etiam quo ad causarum procesum, & quo ad
alia vbiique in ipsa Vrbe, illiusque districtu, vbi particularia Statuta,
de eisdem causis, & earum casibus disponentia, non habentur, quauis
alia sinistra, dolosa, vel captiosa interpretatione sublata, in quacum-
que instantia, inuiolatè, ac perpetuo obseruentur; ac iuxta illa, lites &
controversiæ omnes in futurum iudicari, decidi, & diffiniri debeat;
nec illis, nisi per Signaturam nostram, & pro tempore existentis Roma-
ni Pontificis manu factam, nequeat derogari. Sitque irritum, & inane
quicquid secus, super his à quoquam, quauis auctoritate scienter, vel
ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac con-
stitutionibus, & ordinationibus, necnon privilegiis, & indultis Apo-
stolicis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clau-
sulis irritantibusque, & aliis decretis, concessis, confirmatis & innoua-
tis, quorumcumque tenorum existant, per quæ præsentibus non ex-
pressa,

pressa, aut omnino non inserta, effectus earum impediri valeat, quomodolibet vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus, ad verbum habenda sit in nostris litteris, mentio specialis; ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem ut praesentium exemplis etiam impressis, Notarij publici manu, & personae in dignitate ecclesiastica constitutae sigillo obsignatis, ac etiam predictis voluminibus descriptis, eamdem prorsus fidem vbique in iudicio, & extra illud adhiberi; quae eisdem praesentibus adhiberetur, si exhibitæ essent, vel ostendæ. Nulli ergo omnino, hominum liceat hanc paginam nostræ abrogationis, sublationis, abolitionis, approbationis, confirmationis, statuti, decreti, & voluntatis infringere, vel ei, ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursum. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo, Quingentesimo, Octuagesimo, Octauo Kal. Iunij, Pontificatus nostri Anno Nono.

M. Dat.

Cæ. Glorierius.

A. de Alexijs.

Bulla plumbea appensa.

A tergo earumdem literarum
Registrata Apud Cæfarem Secretarium.

Anno à Nativitate Domini Millesimo, Quingentesimo, Octuagesimo, Indictione octaua, die versa prima mensis Iulij, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patri, & Domini Nostri Domini Gregorii Divinae Providence Papa XIII. Anno Nono, retroscripta littera Apostolica affixa, & publicata fuerunt ad valvas Ecclesie Sancti Ioannis Lateranensis, Basilicae Principis Apostolorum de Vrbi, Cancellarij Apostolice, & in acie Campi Flore, necnon ad valvas Palatiij Curia Capitolij, & DD. Conseruatorum Vrbis, per nos Petrum Aloysium Gayam, & Nicolaum Tagliettum Cursores Apostolicos.

Petrus Guerra Magister Curorum.

Illustrissimi Domini Camera Alma Vrbis Conseruatores, Lelius Suricus, Alfonsus Auila, & Marius Vellius, ac prior Capitum Regionum Prosper Buccapadilius, presentes Apostolicas litteras, confirmationis Statutorum Vrbis, sub plumbō expeditas, regestandas, & in Archivio eorum Pararij affruandas, mihi Horatio Fuscus, S. P. Q. R. Scribe, qui cum defunctionibus, & resolutionibus summi etiam revisionibus, & recognitionibus eorumdem Statutorum in Congregationibus frequenter habitus coram Illustrissimo, & Reuerendissimo Domino Iulio Antonio Sanctorio Cardinali Sancte Seuerine, assidue interfui & diligenter adnotavi, & cui imprimendi, corrigendique cura commisso exiit, pradiderunt ergo consignarunt hodie, Die XV. Mensis Iulij M D LXX X.

Horatius Fuscus qui supra ad fidem, &c.

INDEX RVBRICARVM

IVXTA SERIEM SCRIPTVRÆ

PRIMI LIBRI.



	pag.
E summa Trinitate & Fide Catholica. cap.i.	1
De Hæreticis diffidatis declarandis. cap.ii.	3
De Senatore eligendo, & his quæ ad eum pertinent. cap.iii.	3
De Eleccióne primi Collateralis. cap. iv.	4
De Eleccióne Capitanei appellationum. cap. v.	5
De Eleccióne Secundi Collateralis. cap. vi.	5
De Iuramento Senatoris. cap.vii.	5
De Iuramento Collateralium & Iudicis appellationum, necnon & Iudicis maleficiorum. cap.viii.	6
De Oficio Collateralium Iudicum. cap. ix.	7
De Oficio Iudicis maleficiorum, cap.x.	7
De Absentia seu infirmitate alicuius ex iudicibus praefatis. cap.xi.	7
De Sufficiione Collateralium. cap.xii.	7
De Syndicatu Senatoris & eius familiae, ac Iudicium Collateralium, Iudicis maleficiorum, Capitanei appellationum, & electione Syndicorum. cap. xiii.	8
De Officio Syndicorum Senatoris, & Iudicum ac aliorum. cap.xiv.	8
De Officio Conseruatorum. cap.xv.	9
De Syndicis Conseruatorum. cap. xvi.	10
De Vacacione officij Senatoris. cap. xvii.	10
De Officio Capitum Regionum. cap. xviii.	11
De Officio Aduocati & Procuratoris Cameræ. cap. xix.	11
De Protonotario & eius officio. cap.xx.	12
De Eleccióne notariorum auctuariorum Collateralium. cap. xxi.	12
De Officio notariorum auctuariorum, & de eo per Substitutum non exercendo. cap. xxii.	12
p.g.	13
De Habitu & moribus notariorum. cap. xxiii.	13
Quod auctarij Iudicibus in tribunali assistant, patrocinium non prætent, & silentium seruent. cap. xxviii.	13
De Libro Actorum & Iuribus productis conseruandis. cap. xxv.	13
De Extractibus & copiis. cap. xxvi.	14
De Notariis morosis in testibus examinandis, & de eorum in examine officio. cap. xxvii.	14
De Copiis per notarios dandis, & ut nihil pro portandis, ostendendisque actis recipiant. cap. xxviii.	15
De Notariis remotis & suspectis. cap. xxix.	15
De Notario Capitanei appellationum. cap. xxx.	16
Quod notarij non matriculati, de instrumentis & testamentis rogari non possint.	cap.

cap. xxxi.			
De Notariis matriculandis. cap. xxxii.	16	De Reconuentione. cap. lxvii.	pag. 34
De Prothocollis instrumentorum conficiendis. cap. xxxiii.	16	De Positionibus & confessis. cap. lxviii.	34
De eorumdem notariorum Officio. cap. xxxiv.	17	De Negantibus filiationem, & reliqua hic expresa. cap. lxix.	35
De Prothocollis & scripturis notariorum defunctorum. cap. xxxv.	17	De articulis & aliis quae habentur pro admissis. cap. lxx.	35
De Exemplatione instrumentorum notariorum defunctorum vel absentium. cap. xxxvi.	18	De Iuramento testium. cap. lxxi.	35
De Collegio notariorum, eorumdemque officialium creatione & autoritate. cap. xxxvii.	18	De Testibus recipiendis vel non. cap. lxxii.	36
De Officio Proconsulium & Correctorum. cap. xxxviii.	19	De Numero testium. cap. lxxiii.	36
De Officio Mandatariorum, eorumque iuramento & cautione. cap. xxxix.	19	De Interrogatoriis in testium examine dandis. cap. lxxiv.	36
De Officio Executorum. cap. xl.	20	Stylus quomodo probetur. cap. lxxv.	36
De Foro competenti. cap. xli.	20	De Remissionibus, rogationibus & compulsionibus pro testibus extra districtum examinandis, & iuribus extrahendis. cap. lxxvi.	36
De Seruandis Statutis, & illis deficientibus Iure communi. cap. xlii.	21	De Producentibus iura in ultima dilatatione. cap. lxxvii.	37
De Causis Capitolinis Iudicibus commissis. cap. xliii.	21	De Testium publicatione. cap. lxxviii.	37
De Sportulis. cap. xliii.	22	De Assentamento illiusque voto. cap. lxxix.	37
De Moderatione sportularum. cap. xlv.	22	Quod pro assentamentis, etiam in criminalibus nihil omnino solvatur. cap. lxxx.	38
De Sportulis Capitanei & Iudicis appellationum. cap. xlvi.	23	De Instantiis & fatalibus. cap. lxxxii.	38
Qui pro maioribus habeantur. cap. xlviij.	23	De Executione Instrumentorum. cap. lxxxii.	38
De Tutoribus & curatoribus, minoribus dandis. cap. xlviij.	23	De Executione Apocharam. cap. lxxxiii.	39
De Tute se curatore ad lites minoribus & infantibus conuenientibus, deputando. cap. xlj.	23	De Recognitione instrumentorum & Apocharam. cap. lxxxiv.	39
De Causis restitutionis in integrum, etiam maiorum, & quomodo in illis proce- datur. cap. l.	24	De Executione instrumentorum totalium. cap. lxxxv.	40
De Citationibus, & quomodo qui Romae habitant in ius vocentur. cap. li.	24	De Executione testilamentorum, & quarumcumque ultimarum voluntatum. cap. lxxxvi.	40
Quando & quibus casibus Procuratorem legitimum citasse sufficiat. cap. lii.	25	De Executione sententiarum, arbitramentorum & iudiciorum. cap. lxxxvii.	40
Quibus casibus Procurator & dominus citari debeant. cap. liii.	25	De Causis summaris. cap. lxxxviii.	41
In quibus causis & casibus relationes Mandatariorum in scriptis fieri debeant. cap. liii.	26	De Generali forma procedendi in summaris, ubi alia forma à Statutis tradita non est. cap. lxxxix.	41
De personaliter Romae apprehenso, qui in ea domicilium non habet. cap. lv.	26	Quod forma procedendi in summaris seruetur coram omnibus consulibus artium. cap. xc.	42
De absencibus editio Senatus citandis. cap. lvii.	27	De Forma procedendi in causis interdictorum & possessoriis. cap. xci.	42
Qua hora ius reddi debeat. cap. lvii.	27	Si plures contendant se eamdem rem possidere. cap. xcii.	43
De Feriis. cap. lvii.	28	De dubitantibus ad rem posse tam accedere. cap. xciii.	43
De Libelli sine petitionis oblatione, litis contestatione, & dilationibus praefigendis in causis ordinariis. cap. lxi.	31	Si fideiussor vel expromissor se eximi ab obligatione, vel sibi pro indemnitate ca- ueri petat. cap. xciii.	43
Si copia petitionis, iurium, vel articulorum petatur, quando recipienda sit. cap. lx.	31	De Causis mercedum. cap. xciv.	43
De Exceptione declinationis fori. cap. lxi.	32	De Causis infra summam scutorum decem. cap. xcvi.	44
De Exceptionibus litis ingressum impeditibus. cap. lxij.	32	De Conuento pro re mobili non possidente immobilia. cap. xcviij.	44
De Excommunicationis aut diffidationis exceptione. cap. lxiii.	32	De suspicione fuga. cap. xcviij.	44
Excommunicationis seu diffidationis exceptionem, & alias hic enumeratas op- ponens, quid implere teneatur, & quando admittatur. cap. lxiii.	32	De Instrumentis & cautionibus vi vel metu factis. cap. xcix.	45
De Termino ad excipendum contra commissiones, si que in causa presententur. cap. lxv.	33	De Compromissis. cap. c.	45
De Iuramento calunnia & illius forma. cap. lxvi.	33	De Rerum communium divisione. cap. ci.	46
	De diuisione facta sit valida. cap. ciij.	46	
	De diuisione rerum emphytheoticarum. cap. ciij.	47	
	De servitute prospectus. cap. ciij.	47	
	De Itinere abituque priuatis, necnon & via publica. cap. cv.	47	
	De Stillicidio, sine canali. cap. cvi.	47	
	De Pariete communij. cap. cvii.	47	

<i>De Refectione rerum communium. cap. 108.</i>	58
<i>De Emptione & venditione. cap. 109.</i>	58
<i>De Venditionibus qua per consortes fiunt. cap. 110.</i>	58
<i>Si venditor rem venditam tradere, aut emptor recipere cestet. cap. 111.</i>	58
<i>De Arribis. cap. 112.</i>	59
<i>De Alienatione rerum pupillorum seu minorum. cap. 113.</i>	59
<i>De Venditionibus à decoctis factis. cap. 114.</i>	59
<i>De Venditionibus factis ab accusatis seu inquisitis. cap. 115.</i>	59
<i>Vt nullus bona Cameræ emere cogatur. cap. 116.</i>	59
<i>Vt emens bona Cameræ defendatur ab ea. cap. 117.</i>	60
<i>De Redemptoribus litium alienarum, & de pacto quota litis. cap. 118.</i>	60
<i>Quod venditor cogatur facere ut emptor libere possideat. cap. 119.</i>	60
<i>De euictionibus. cap. 120.</i>	60
<i>De Locatione & emphytheosi. cap. 121.</i>	60
<i>Quod res ad longum tempus & in emphytheosim conductæ pro dote obligari possint. cap. 122.</i>	61
<i>Quod colonus partarius vineæ requirat in vindemiis locatorem. cap. 123.</i>	61
<i>Quod emphytheosis finita relocetur successoribus. cap. 124.</i>	61
<i>De Feudis. cap. 125.</i>	61
<i>Si de feudo fuerit controuersia. cap. 126.</i>	62
<i>De Feudis pro dote obligandis. cap. 127.</i>	62
<i>De Pignoribus & hypothecis, ac priuilegiis creditorum in personali. cap. 128.</i>	62
<i>De Iure dotis, & quemadmodum constante matrimonio repetatur. cap. 129.</i>	62
<i>De Dote à fratribus profecta. cap. 130.</i>	62
<i>De Lucro dotis seu donatione propter nuptias. cap. 131.</i>	63
<i>Quando donationi propter nuptias locus sit. cap. 132.</i>	63
<i>Solutio matrimonio, intra quantum tempus dos & donatio propter nuptias solui & restitu debeat. cap. 133.</i>	63
<i>De qua parte dotis mulier decedens testari possit. cap. 134.</i>	64
<i>De Reliquis donationibus inter virum & vxorem. cap. 135.</i>	64
<i>De Vestimentis lugubribus, & funeris impensa. cap. 136.</i>	64
<i>De Fructu dotis pro alimentis. cap. 137.</i>	64
<i>Si per viduam alimenta petantur. cap. 138.</i>	65
<i>Si alimenta per vxorem à viro petantur. cap. 139.</i>	65
<i>De Alimentis à patre liberis, & ex contrario, & per quemcumque præstans. cap. 140.</i>	66
<i>Quod filia fæmina vel neptes, paterno & aucto testamento acquiescant. cap. 141.</i>	66
<i>De Filiis in conditione positis. cap. 142.</i>	66
<i>Filiis illegitimis quantum relinqui possit legitimis non obstantibus. cap. 143.</i>	66
<i>Filiis legitimis quantum ex testamento vel ab intestato capere possint statibus legitimi. cap. 144.</i>	67
<i>De Successionibus ab intestato. cap. 145.</i>	67
<i>De Successione fratrum. cap. 146.</i>	67
<i>Vt possessio bonorum defunctorum, in suos heredes continua. censeatur. cap. 147.</i>	68
 <i>De</i>	
<i>De Novi operis nunciatione. cap. 148.</i>	68
<i>De donationibus inter viuos & causa mortis. cap. 149.</i>	68
<i>De donationibus insinuandis. cap. 150.</i>	68
<i>De Contrattibus sine certa solemnitate non valitatis. cap. 151.</i>	69
<i>De Contrattibus prohibitis cum filiis familias. cap. 152.</i>	69
<i>De Contrattibus illicitis & cianantes nuncupatis. cap. 153.</i>	69
<i>De lassione. cap. 154.</i>	70
<i>De Fideiussoribus. cap. 155.</i>	70
<i>Vt simul contra fideiussorem & principalem procedi possit. cap. 156.</i>	70
<i>Vt fideiussor petere possit se à fideiussione eximi. cap. 157.</i>	70
<i>De Prescriptionibus. cap. 158.</i>	71
<i>De Prescriptione pensionum, canonum & censuum. cap. 159.</i>	71
<i>De Prescriptione spoliij. cap. 160.</i>	72
<i>De Cessione bonorum, & Inducius quinquennalibus. cap. 161.</i>	72
<i>De Paclis cum altero ex debitoribus insolidum. cap. 162.</i>	72
<i>De Panis conuentionalibus non exigendis. cap. 163.</i>	73
<i>De Obligationibus ad factum. cap. 164.</i>	73
<i>De Potentioribus molestantibus ciues in eorum possessionibus. cap. 165.</i>	73
<i>De Iurisdictione iudicis, seu Capitanei appellacionum & nullatum Virbis, & de illius notario. cap. 166.</i>	74
<i>De Officio eiusdem Capitanei appellacionum. cap. 167.</i>	74
<i>Intra quantum tempus appelletur. cap. 168.</i>	75
<i>De Tempore redeundi pro Apulstolis. cap. 169.</i>	75
<i>De Repræsentatione appellacionis. cap. 170.</i>	75
<i>De Appellationibus non recipiendis, & deposito faciendo. cap. 171.</i>	76
<i>De Deposito in causis nullatum. cap. 172.</i>	76
<i>De Appellationibus ab interlocutoriis recipiendis vel non. cap. 173.</i>	76
<i>Quod appellationes ante diffinituam scribantur per notarium cause. cap. 174.</i>	77
<i>De Appellatione ab expensarum taxatione. cap. 175.</i>	77
<i>De Appellatione à desertione vel reiectione appellationis. cap. 176.</i>	77
<i>Vt à sententiis syndicorum non appetletur. cap. 177.</i>	78
<i>De Appellatione & reductione à sententiis Arbitrorum & Arbitratorum. cap. 178.</i>	78
<i>De appellatione à confessione debiti. cap. 179.</i>	78
<i>Nec in una eademque causa secundo liceat prouocare. cap. 180.</i>	78
<i>De Appellatione à sententia Capitanei. cap. 181.</i>	79
<i>De Appellatione à sententia Senatoris de appellatione cognoscens. cap. 182.</i>	79
<i>De Temporibus ad appellandum, & appellationes repræsentandum in terria instantia. cap. 183.</i>	79
<i>De Prosecutione causa appellationis. cap. 184.</i>	79
<i>De Testibus & iuribus de novo repertis, in causa appellationis producendis. cap. 185.</i>	80
<i>De Suspitione Capitanei appellationum. cap. 186.</i>	80
<i>De Consultore eligendo. cap. 187.</i>	80
<i>De Officio Consultoris, & sportulis illius. cap. 188.</i>	81
<i>Vacante officio Capitanei appellationis, Conservatores inhibeant. cap. 189.</i>	81

De Appellationibus subditorum castrorum & terrarum Ro. Populi. cap. 190.	pag. 71
De Causis nullitatum. cap. 191.	71
De Appellantibus, & insimul de nullitate dicentibus. cap. 192.	72
De Electione executionis rei indicatae. cap. 193.	72
De Forma seruanda in pignore pratorio, vel etiam conuentionali mobili vel immo- bil vendendo, & de nominibus debitorum. cap. 194.	72
De Executione facienda, iuris ordine seruato. cap. 195.	73
De Expensis litis. cap. 196.	74
De Verborum & rerum significatione. cap. 197.	74

L I B R I S E C U N D I.

QVI ad accusandum admittantur. Cap. i.	75
De Forma accusationis, & modo procedendi, ac custodia reorum. cap. ii.	75
De Cautione ab accusare volentibus praestanda, & pena eorum, qui delicta non pro- bauerint. cap. iii.	76
De Abolitionibns. cap. iiii.	77
In quibus casibus per inquisitionem procedi possit. cap. v.	77
De Modo procedendi per inquisitionem. cap. vi.	78
Si mulier de delicto accusetur, aut contra eam inquiratur. cap. vii.	78
Quando procurator admittatur, & de securitate reis danda pro aliis excessibus. cap. viii.	79
Quod restes ex officio super innocentia recipientur, & eorum dicta integre descri- bantur. cap. ix.	79
De Termino reis dando. cap. io.	80
De Minoribus. cap. ii.	80
De Positionibus in causis criminalibus non faciendis. cap. 12.	80
De Questionibus & tormentis. cap. 13.	80
De Termino dando capto capitaliter diffidato. cap. 14.	81
De Libro diffidatorum & inuestigotorum, & eorum nominibus publicandis. cap. 15.	81
Quod diffidati impune offendи possint, & quando in iudicio esse permittantur. cap. 16.	82
De Homicidis. cap. 17.	82
Si homicidium ab aliqua Ciuitate, vel Castro de Vrbis districtu committatur. cap. 18.	82
De Pace, & quibus non suffragetur. cap. 19.	83
De Beneficio pacis. cap. 20.	83
De Beneficio confessionis. cap. 21.	83
Yt semel gratiose a carceribus liberati, amplius non liberentur. cap. 22.	83
De Pace per mecum extorta, & quod securitas non habeat vim pacis. cap. 23.	84
De occidentibus & percussoribus per pecunia, vulgo Assassinis vocatis. c. xxiiij. pag. 84	84
De pace fracta. cap. xv.	84
De frangentibus securitatem vel treugam. cap. xxvij.	85
Quomodo pacis securitas fracta intelligatur. cap. xxvij.	85
De frangentibus reconciliationem osculo oris, aut aliter factam. c. xxvij.	85

Qui

Qui & quibus casib. petere possint securitatē & fideiuſſores de nō offendēdo. c. xxix.	86
Si securitas per ciuem ab aliquo de districtu petatur. cap. xxx.	87
De inferentibus & nuncianibus minas. cap. xxxij.	87
De iniuriam inferentibus nunciis. cap. xxxij.	88
De fumentibus vindictam contra innocuos. cap. xxxij.	88
De tumultuosis armatorum collectis. cap. xxxvij.	89
Quae dicantur illicita collecta. cap. xxxv.	89
De incendiariis. cap. xxxv.	90
De receptatoribus delinquentium. cap. xxxvij.	90
De brigosis, & qui se domi pro briga includere possit, & quos secū retinere. c. xxxvij.	91
De brigosis non permittentibus executores eorum domos perquirere. cap. xxxvij.	92
De visitatione brigosorum permissa. cap. xl.	92
De offendentibus Magistratus, Aduocatos, vel Procuratores, aut executionem im- pedientibus. cap. xlj.	92
De blasphemia. cap. xlj.	93
De crimine læſe maiestatis. cap. xlj.	93
De falsa moneta. cap. xluij.	94
De vendentibus, aut erogantibus falsas monetas, & detendentibus, & minuentibus monetam. cap. xlv.	95
De testibus falsum deponentibus. cap. xlvi.	95
De testibus contraria deponentibus. cap. xlviij.	97
De fabricantibus & fabricare facientibus falsa instrumenta & priuatas scripturas. cap. xlviij.	96
De sodomitarum pena. cap. xlx.	96
De adulterio & incœstu. cap. l.	96
De stupris & violentiis. cap. li.	97
De raptu meretricum, & vi eis illata. cap. lij.	97
Intra quantum tempus de violentia mulieri illata liceat accusare. cap. liij.	98
De concubinis. cap. liij.	98
De Plagiariis. cap. lv.	98
De priuato carcere. cap. lvj.	98
De proditoribus. cap. lvj.	98
De latronibus etiam nocturnis & Pyratis. cap. lvij.	99
De furibus. cap. lxi.	99
De sordibus & corruptela Iudicum. cap. lx.	99
De termino moto. cap. lxi.	99
De aggressoribus, & agressione nocturna ac diurna. cap. lxij.	100
De vallis seu repagulis & sbarris non faciendis. cap. lxiij.	100
De aggressoribus vulnerantibus in facie cum cicatrice, aut cum membris mutilatio- ne vel debilitacione. cap. lxij.	100
De percussionibus cum sanguine vel sine. cap. lxv.	101
De percussoribus ad ignominiam. cap. lxvj.	101
De percussoribus pugno vel alapa. cap. lxvij.	102
De proiicientibus stercora aut cornua ad fenestrā vel ostia aliena, deque famosis li- bellis. cap. lxvij.	102
De ponentibus manu ad arma, & terorem alteri inferentibus. cap. lxvij.	102

De aliis

De aliis iniuriis in personam factis. cap. 70.	102
De verbis iniuriosis. cap. 71.	103
De incidentibus vineas vel pergulas. cap. 72.	103
De corruptentibus arma vel picturas alienas. cap. 73.	103
De estimatione iniuriarum. cap. 74.	104
De prohibita delatione armorum. cap. 75.	104
De ferentibus aut iacentibus plumbatam. cap. 76.	104
De vi & vi armata. cap. 77.	105
Vt filii in parentes delinquentes, parentum arbitrio puniantur. cap. 78.	105
De paenitentia minorum delinquentium. cap. 79.	105
De patre non grauando pro filio. cap. 80.	106
De duplicatione paenarum ratione loci & temporis. cap. 81.	106
De arbitrio Senatoris in paenitentia augendis. cap. 82.	106
De portione paenarum, & quod rei non soluentes luant in corpus. cap. 83.	107
Vt Iudices inquisitiones & accusationes cæptas prosequantur. cap. 84.	107
De officio Paceriorum. cap. 85.	107
De corridentibus familiam suam. cap. 86.	108
De corrigenda ignavia inertis iuuentutis. cap. 87.	108
De congregatione officialium facienda pro obseruantia constitutionum. cap. 88.	109
Vt de similibus ad similia procedatur. cap. 89.	109

L I B R I T E R T I I .

D E studiis liberalibus Vrbis. cap. 1.	110
De secreto consilio. cap. 2.	110
De publico consilio. cap. 3.	112
De aliis constitutionibus officium Conseruatorum concernentibus. cap. 4.	114
De Furnariorum delictis. cap. 5.	118
De Macellariorum delictis. cap. 6.	118
De Salsamentariorum seu Pizzicarolorum delictis. cap. 7.	129
De aliis constitutionibus officium capitum regionum concernentibus. cap. 8.	120
De officio Scribarum Senatus. cap. 9.	121
De aliis ad officium Procuratoris Camerae concernentibus. cap. 10.	122
De officio gabellarij maioris & illius Notarij, & de suis extraordinariis. cap. 11.	123
De officio Camerarij Camerae Vrbis. cap. 12.	124
De officio quattuor defensorum decretorum. cap. 13.	125
De officio Secretarij Conseruatorum. cap. 14.	125
De officio Scriptoris Conseruatorum. cap. 15.	126
De officio Depositarij Populi Romani. cap. 16.	127
De officio Depositarij Palati Conseruatorum. cap. 17.	127
De officio Revisoris Palati Conseruatorum. cap. 18.	128
De officio Extraordinariorum maiorum & minorum. cap. 19.	129
De officio Notarij Conseruatorum. cap. 20.	130
De officio Ratiocinatoris, siue Computista, necnon & generalis Antygraphhei. cap. 21.	131
De officio Notarij Camerae. cap. 22.	132
De officio Scriptoris Camerae. cap. 23.	132

De officio

De officio Magistri Massarij. cap. 24.	133
De officio Executoris Palati Conseruatorum. cap. 25.	133
De Praconibus siue Banditoribus. cap. 26.	134
De modo creandi electores officialium Romani Populi. cap. 27.	134
De modo creandi Elektorum siue Imbuffulatorum. cap. 28.	135
Qui Officiales in solemnitatibus Magistratum comitari tenentur. cap. 29.	137
De applicatione paenarum delinquentium officialium praedictorum. cap. 30.	137
De forma in venditionibus reddituum Romani Populi seruanda. c. 31.	138
Ne quis pluribus fungatur officiis. c. 32.	138
De officiis per substitutos non exercendis. c. 33.	139
De officialibus incidentibus in brigam. c. 34.	139
Vt officia Terrarum Romani Populi ciuibus committantur. c. 35.	139
Vt officiales Terrarum Romani Populi caueant de stando syndicath. c. 36.	140
De clericis ad officia Capitolina non admittendis. cap. 37.	140
De electis ad officia recusantibus acceptare. cap. 38.	140
De officio Magistrorum Viarum. c. 39.	140
De officio Magistrorum Iustitiariorum. c. 40.	143
De arte Bobaeeriorum. cap. 41.	145
De Consulibus Atrium. cap. 42.	145
De Statuis Artificum Senatori & Conseruatoribus exhibendis. cap. 43.	145
Vt officiales arrium sint annales. cap. 44.	147
Vbi ius dicant consules artium. cap. 45.	147
De Ponderibus. cap. 46.	147
De Mensuris. cap. 47.	148
De vendentibus rem pro re. cap. 48.	149
De nundinis & ordine in eis seruando. cap. 49.	150
De non emendo in locis prohibitis. cap. 50.	151
De frumento & ordeo in Platea Campi Flora vendendo. cap. 51.	151
Quod riparum merces ante triduum per negotiatores non emantur. cap. 52.	151
De monopolis. cap. 53.	151
Quod annona ad Vrbem libere deferri possit. cap. 54.	152
Vt nullus in districtu rectigal aut pedagium exigat. cap. 55.	152
De ciuium Romanorum immunitate. cap. 56.	163
Quando aduenæ Ciuium Romanorum privilegio vii possint. cap. 57.	154
Vt Romani Ciues etiam delinquentes in districtu ad Senatorem remittantur. cap. 58.	154
De iuramento per Barones prestanto. cap. 59.	154
De viis publicis districtus reaptandis, & a latronibus custodiendis. cap. 60.	155
De Venalitiariis seu Recatteriis. cap. 61.	156
De Molendinariis. cap. 62.	156
De Sarctoribus. cap. 63.	156
De Aromatheriis siue Pharmacopolis. cap. 64.	157
De diebus festis obseruandis. cap. 65.	157
Quod in mari vel flumine piscari liceat. cap. 66.	157
De capitibus piscium Conseruatoribus dandis. cap. 67.	157
Vt pisces, sylvestra animalia, & alia vbiique in urbe vendi possint. cap. 68.	158

De occid.

De occidentibus animalia aliena. cap. 69.	158
De interficiensibus lupum. cap. 70.	158
Ne animalia & pelles emantur a pastoribus vel ignotis. cap. 71.	158
Ne porci per urbem discurrere permittantur. cap. 72.	159
De equis mortuis in seruicio Romani Populi. cap. 73.	159
De ludis prohibitis. cap. 74.	159
De immunditiis in locis publicis & riuis aquarum non proiiciendis. cap. 75.	159
De famulis cogendis ad seruitij tempus implendum. cap. 76.	160
Quod Iudei non sint exempli a collectis Agonis & Testacia. cap. 77.	160
Ne Iudei alibi quam in campis assignatis sepellantur. cap. 78.	160
De vineis custodiendis. cap. 79.	160
Quod vassalli Romani Po. Baronibus vassallagium non iurent. cap. 80.	161
De antiquis aedificiis non diruendis. cap. 81.	161
De Aqua circi & aliis aquis non deriuandis. cap. 82.	161
De Aqua Mariana alueo purgando. cap. 83.	161
De fonte Triuji, siue Aqua Virgine. cap. 84.	162
De Naufragiis. cap. 85.	162
De custodia carcerum. cap. 86.	163
De pecuniis erogandis in ludis Agonis & Testacia. cap. 87.	163
De Annulis & brauiis ludi Agonis & Testacia. cap. 88.	164
De Curribus Campi Testacia. cap. 89.	165
De campo Testacia a nemine occupando. cap. 90.	165
De viaticis Iudicum & salario Affessorum. cap. 91.	165
De salariis Aduocatorum & Procuratorum. cap. 92.	166
De mercede notariorum pro instrumentis publicis.	166
De mercede Notariorum pro sententiis. cap. 94.	168
De mercede Notariorum pro iudicariis officiis. cap. 95.	168
De mercede Prothonotarij. cap. 96.	171
De mercede Notarij Magistrorum viarum. cap. 97.	171
De mercede Notarij Maleficiorum, & relaxatione Carcerorum. cap. 98.	173
De mercede Custodis Carcerum. cap. 99.	175
De mercede Capitanei, siue executorum Curiae Capitolij. cap. 100.	176
De mercede Scribarum Senatus. cap. 101.	178
De mercede Notarij Conseruatorum. cap. 102.	178
De mercede Secretarij Conseruatorum. cap. 103.	179
De mercede Scriptoris Conseruatorum. cap. 104.	179
De mercede Notarij Camerae. cap. 105.	180
De mercede Scriptoris Camerae. cap. 106.	180
De mercede Notarij Cabellarij Maioris. cap. 107.	180
De mercede Marescalli, seu Executoris Palatij Conseruatorum. cap. 108.	180
De mercede Praeconum, seu Bannitorum. cap. 109.	181
De Taxa seruanda per Custodes Portarum & Pontium. cap. 110.	181
Vt in casibus mercedum non expressis, similes attendantur. cap. 111.	183
Vt Notarij, officiales & custodes sint contenti mercede eis constituta. cap. 112.	183
Vt omnes officiales publice habeant taxas mercedum affixas. cap. 113.	183
Forma de Bandi de Magistris Giustitiarii.	184

STATV-

STATVORVM ALMAE VRBIS ROMAE


AVCTORITATE SANCTISS.
DOMINI NOSTRI

D. GREGORII XIII. P. O. M.
A SENATV POPVLOQ. ROMANO
EDITORVM

Liber Primus.



DE S. V. M. M. A. T R I N I T A T E
& Fide Catholica. Caput 1.



FIRMITER credimus sanctam Fidem Catholicam cum omnibus suis articulis, quam Beati Petrus & Paulus Apostolorum principes, per quos sanctum Dominum nostri Iesu Christi Euangelium Romae resplenduit: quique uno die pro merito, uno loco pro gloria, sub uno persecutore pro virtute, Urbe in ipsam glorioso cruento martyrij Christo Domino consecravit; eorumdemque Apostolorum sancti successores, ac sacra Concilia, & praesertim Tridentinum, tradidierunt.

FIRMA quoque fide credimus & profitemur omnia & singula quæ continentur in Symbolo fidei, quo sancta Romana Ecclesia vtitur, videlicet: Credimus in unum Deum patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, visibilium omnium & inuisibilium. Et in unum Dominum nostrum Iesum Christum, filium Dei unigenitum. Et ex patre natum, ante omnia secula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Genitum, non factum, consubstantiale patri: per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit de cœlis. Et incarnatus est de Spiritu sancto

A sancto

sancto ex Maria Virgine : & homo factus est . Crucifixus etiam pro nobis : sub Pontio Pilato passus , & sepultus est . Et resurrexit tertia die , secundum scripturas . Et ascendit in cælum : sedetque ad dexteram patris . Et iterum venturus est cum gloria iudicare viuos & mortuos : cuius regni non erit finis . Et in Spiritum sanctum Dominum , & viuificantem : qui ex patre filioque procedit . Qui cum patre & filio simul adoratur , & conglorificatur : qui locutus est per Prophetas . Et vnam sanctam catholicam & apostolicam Ecclesiam . Confitemur vnum baptisma , in remissionem peccatorum . Et exspectamus resurrectionem mortuorum . Et vitam venturi sæculi . Amen . Apostolicas & ecclesiasticas traditiones , reliquaque huius Ecclesie observationes & constitutiones firmissime admittimus , & amplectimur . Item sacram scripturam , iuxta eum sensum quem tenuit & tenet sancta mater Ecclesia , cuius est iudicare de vero sensu & interpretatione sacrarum scripturarum , admittimus : nec eam unquam nisi iuxta unanimem consensum patrum , accipimus , & interpretamur . Profitemur quoque septem esse vere & proprie sacramenta novæ legis à Iesu Christo Domino nostro instituta , atque ad salutem humani generis (licet non omnia singulis necessaria) scilicet Baptismum , Confirmationem , Eucharistiam , Pœnitentiam , Extremamunctionem , Ordinem & Matrimonium : illaque gratiam conferre , & ex his baptismum , confirmationem & ordinem sine sacrilegio reiterari non posse . Receptos quoque & approbatos Ecclesie catholicæ ritus , in supradictiorum omnium sacramentorum solemní administratione recipimus , & admittimus . Omnia & singula quæ de peccato originali , & de iustificatione , in sacro sancta Tridentina synodo diffinita & declarata fuerunt , amplectimur & recipimus . Profitemur pariter in Missa offerri Deo verum , proprium & propitiatorium sacrificium pro vivis & defunctis , atque in sanctissimo Eucharistiæ sacramento esse vere , realiter & substantialiter corpus & sanguinem , vna cum anima & diuinitate Domini nostri Iesu Christi , siveque conuersionem totius substantiæ panis in corpus & totius substantiæ vini in sanguinem : quam conuersionem catholicæ Ecclesia transubstantiationem appellat . Fateinur etiam sub altera tantum specie totum atque integrum Christum , verumque sacramentum sumi . Constant tenet Purgatorium esse , animasque ibi detentas fidelium suffragiis iuuari . Similiter & sanctos vna cum Christo regnantes , venerandos atque invocandos esse : Eosque orationes Deo pro nobis offerre , atque eorum reliquias esse venerandas . Firmiter asserimus Imagines Christi , ac Deiparae semper Virginis , necnon aliorum Sanctorum habendas & retinendas esse , atque eis debitum honorem & venerationem impertiendam . Indulgentiarum etiam potestatem à Christo in Ecclesia relætam fuisse , illarumque usum Christiano populo maxime salutarem esse affirmamus . Sanctam Catholicam & Apostolicam Romanam Ecclesiam omnium Ecclesiarum matrem & magistrum agnoscimus : Romanoque Pontifici , beati Petri Apostolorum principis successori , ac Iesu Christi Vicario , veram obedientiam spendoribus , ac iuramus . Cetera item omnia à sacris canonibus & Oecumenicis Conciliis , ac præcipue à sacro sancta Tridentina Synodo tradita , diffinita & declarata , indubitanter recipimus , atque profitemur ; sicutque contraria omnia , atque

que heres quascumque ab Ecclesia damnatas & reiectas & anathematizatas , nos pariter damnamus , reiiciamus & anathematizamus . Hanc veram catholicam fidem , extra quam nemo saluus esse potest , quam in præsenti sponte profitemur , & veraciter tenemus , eandem integrum & immaculatum , usque ad extremum vitæ spiritum constantissime (Deo adiuuante) retinere & confiteri ; atque à nostris subditis , seu illis , quorum cura ad nos in munere nostro spectabit , teneri , doceri & prædicari , quantum in nobis erit curaturos .

De hereticis diffidatis declarandis . Cap. II.

Constitutionem quoque antiquam in hoc imitantes ; statuimus , quod Heretici , eorumque credentes , fautores , defensores & receptatores , sint perpetuo diffidati , eorumque bona publicata , & quilibet Senator in principio sui officij publice eos diffidatos , & eorum bona publicata declarat : sint etiam hostes publici , & tamquam hostes publici legalibus pœnis feriantur .

De Senatore eligendo & his que ad eum pertinent . Cap. III.

IN Alma Vrbe , & ad eius regimen , sit & esse debeat unus Senator Iuris Doctor , exterus , & ex loco qui distet ab Vrbe saltem per millaria quadraginta ; cuius quidem Senatoris officium duret per annum : quod tempus prorogari non debeat , nec ad dictum officium denovo eligi aut assumi ante lapsum integri biennij , à fine sui officij computandi . nullus autem eligi debeat ad prædictum Senatoris officium , qui alicui de Magnatibus Vrbis aut ciubus , etiam ex priuilegio in ipsa Vrbe domiciliū habentibus , usque ad tertium gradum consanguinitatis vel affinitatis , secundum Ius canonicum inclusiue computandum , quoquo modo attineat . Habeat autem pro salario à Camera Vrbis , annis singulis tria millia florenorum , qui constituant nostri temporis Scuta duo millia ducenta ; cuius salarij prima sexta pars sibi in principio dicti sui officij soluatur : secunda in principio tertij mensis : tertia in principio sexti mensis : quarta in principio noni mensis : & duæ postremæ partes in Camera retinentur , nec sibi soluantur , donec per Syndicos de administratis & gestis per eum in dicto suo officio fuerit realiter & cum effectu absolutus . Et quamvis per statutum antiquum teneretur Senator secum amplissimum & nobilem familiam habere : quia tamen per alias statuta & nouas reformationes aliter circa Iudices , & nonnulla alia prouisum fuit : præsenti Statuto decernimus , ut Senator ipse (sicut hactenus seruatum est) Primo & Secundo Collaterali , & Iudici maleficiorum (qui in Assettamento secum interueniunt) & tribus eorumdem equis vietus expensas , & salarium Iudicibus ipsis soluit , & quartuor eorum famulis cibaria , atque etiam Tubicinibus salarium & vestimenta solita præstare teneatur . neque unquam in publicum prodire debeat , nec ad Tribunal sedere , nisi induitus paludamento ex ferico auro intecto , quod Broccatum auri appellant , vel ex ferico villoso purpurei coloris , quod etiam vulgo Vellutum cremesinum dicunt , nisi malit æstiuo tempore se-

rico Ermisino eiusdem coloris vti. Dumque ita paludatus ad Tribunal se-
der, aut per Vrbem incedet, Sceptrum eburneum in manibus tenere, &
ante se puerum pannis, infradicendorum colorum indutum portantem en-
sem & pileum, & insuper quattuor famulos ad minus, indutos colore ru-
bro, cum fasciis fului seu aurei coloris, iuxta insignia Ro. Po. habere de-
beat. Qui cum hastis seu baculis eodem colore depictis, quas Mazzas
appellant, ipsum Senatorem dum per Vrbem & loca publica incedit, antece-
dant, præcedente puero prædicto equestri deferente ensim & pileum, si
Senator equitabit: alioqui pedestri, & duobus familiaribus ad minus ultra
Iudices præfatos, subsequentibus; & non aliter, nec alio modo per Vrbem
incedat, aut in publicum prodeat: alioqui pœnam viginti quinque scutorum,
vice qualibet de suo salario retinendam, incurrat, & Conseruatores pro
tempore, semel saltem in mense, prædicta inquirere, & diligenter animaduer-
tere & adnotari facere debeant: alioqui de suo proprio tantumdem refunde-
re teneantur; & ulterius curare, ut in reparacionem Palati suæ residentiae, de
Conseruatorum consensu, scuta sexaginta unoquoque anno de suo salario,
iuxta solitum, impendat.

De electione primi Collateralis. Cap. IIII.

Quoniam in Iudicibus eligendis maxima causa cognitio versari debet; sta-
tuimus & ordinamus, quod in publico consilio elegantur quattuor probi
viri, quorum unus sit doctor Romanus, alter procurator Capitulinus, & duo
reliqui sint nobiles ciues Romani, per quos fiat & fieri debeat exactissima in-
quisitio grauissimorum & sapientum Iuris vtriusque peritorum in Italia, qui
ante per nouennium fuerint in publico collegio doctorati, & aliquod iudican-
di munus & officium exercuerint, & recte administraverint: & ab Urbe origi-
ne per quinquaginta millaria distent: & quotquot haberi à quolibet ipso-
rum poterint, ac ad eorum notitiam ex relatu fide dignorum peruerenter, sub
sacramento religione, in eorum congregazione proponant; nominaque eo-
rum, qui fuerint ab omnibus prefatis electoribus concorditer nemine discre-
pante approbati, singulariter in singulis chartulis describantur, singulaque
nomina in singulis cercis pilis includantur, quæ signo seu sigillo cuiuslibet
ipsorum electorum signentur, siveque in crumenam, quam Bussulam
appellant, ipsaque crumena in scrinio includatur: cuius scrinij tres sint cla-
ues, quarum una retineatur per Conseruatores, alia per Priorem Capitum
regionum, alia per Proconsules collegij Capitolinæ curiæ: quod scrinium
in sacario Sanctæ Mariæ de Aracæli reponatur, usque ad tempus debi-
tum. Sexto autem mense ante finem officij Iudicis exercitium exercentis,
conuocato consilio publico in Palatio Conseruatorum, scrinium præfatum publi-
ce cum clangore tubarum astriatum ab electoribus præfatis, necnon Proconsu-
libus Collegij, & Correctoribus, & alijs per Conseruatores deputandis, in con-
silio deferatur: exindeque publice tres pilæ sorte extrahantur; factaque si-
gnorum, & sigillorum recognitione, de quibus rogetur Scriba Senatus, nomi-
na extracta publice legantur & incontinenti, per Conseruatores, Priorem Ca-
pitum.

pi tum Regionum, Cancellarios & electores, saltē duos, ad Sanctissimum
Dominum nostrum Papam deferantur; & qui ex illis tribus à Sanctissimo Do-
mino nostro approbatus fuerit, intelligatur & sit primus Collateralis curiæ
Capitolij, & Locumtenens Senatoris, ad unum annum integrum: qui termi-
nus prorogari non debeat. Reliqua duo nomina, quæ remanferint, iterum pi-
lis inclusa reponantur in crumena & scrinio, ut supra: & aliter facta electio &
deputatio non valeat. Qua eiusdem Sanctissimi Domini nostri approbatione
secuta, statim notificetur illi sic electo & approbato, ubique in Italia fue-
rit, cum conditionibus officij, salariis & emolumentis, ad finem ut possit deli-
berare, an velit acceptare, & tempus habeat ad componendas sarcinulas; qui,
si non acceptauerit, similiter alius extraheatur, & presentetur ut supra, & tot
successive extrahantur, donec unus accepte.

De electione Capitanei Appellationum. Cap. V.

Similis electio & inclusio in facculo alio, eodemque in scrinio, modis & for-
mis, ut in proximo præcedenti capitulo est expressum, pro appellationum
Capitaneo fiat; & ex eo, ut præmittitur, Capitaneus extraheatur, qui tamen
Capitaneus per duodecim annos antea fuerit in publico collegio doctoratus, &
alia officia, & iudicandi munera exercuerit: origine ab Urbe per millaria sexaginta
distet; nec ex eadem Ciuitate vel districtu, ex qua Senator, nec illi, nec Iu-
dicibus, nec etiam alicui Ciuii consanguinitate aut affinitate usque in tertium
gradum, de iure canonico inclusu computandum, coniunctus fit.

De electione Secundi Collateralis. Cap. VI.

Similibus modis, & formis, & temporibus, ut de Primo Collaterali dictum
est, fiat separatim alia descriptio, deputatio, inclusio, extractio, electio
& presentatio Secundi Collateralis: qui etiam habeat easdem qualitates.

De iuramento Senatoris. Cap. VII.

Senator statim cum Capitolium ascenderit ad officium exercendum, iure
in manibus Conseruatorum ad sancta Dei Euangelia, officium sibi com-
missum per se, usque officiales legaliter, & bona fide, cum omni diligentia
& solicitudine exercere; Inquisitoribus hereticæ prauitatis contra Hæreticos,
quandounque fuerit requisitus, fauorem & auxilium præstare; Urbem & eius
ciues, comitatum & districtum in pace & tranquillitate manuteneret, regere &
gubernare; malis hominibus Romanis, eiusque districtum purgare; viasque pu-
blicas districtus tutas & securas ab incursione latronum & bannitorum, pro vi-
ribus conseruare; Iura, bona, iurisdictiones, & dignitates Urbis illiusque Fisci
seu Cameræ conseruare, & tueri; occupataque & amissa, pro posse, recuperare;
Hospitalia, religiosaque & pia loca tueri, & in causis eorum necnon Vidua-
rum, Pupillorum, Pauperum & miserabilium personarum, dotiunque mulie-
rum procedere, & procedi facere, iuxta formam Statutorum, omni mora post-
positas;

posita; Locationes factas & faciendas ciuibus Romanis & distriictualibus in perpetuum, vel ad certum genus, seu ad tempus breuius, tueri; ipsosque in eorum possessione defendere, & expulsos in possessionem reducere; Statuta facta & facienda, vt iacent, absque alia mala seu sophistica interpretatione; & in causibus, in quibus statuta aliquid non disponunt, Iura Ciuitalia, & in eorum definitum, Iura Canonica obseruare, & obseruari facere; manus puras & mundas habere, & ab omnibus illicitis abstinere; familiam, & equos suos, & non suppeditos, prout à Statutis requiritur, habere; constitutaque salario tribuere, nec ali quas lucratiuas conuentiones, praesertim cum iudicibus & Marescallis, siue Executoribus & Maleficiorum notariis facere, aut tractare; quodque vt Executores eorumque birruarij in competenti numero armati, vt decet, die noctuque incedant, curabit; & quod sibi liberum arbitrium concedatur, seu quod non syndicetur, seu quod ante, vel infra tempus sui officij syndicari debeat, non petet: nullamque deliberationem facere vel procurare, quæ sit vel esse possit ordinationibus factis & faciendis per Conseruatores presentes & futuros contraria vel aduersa: quodque ipsis Conseruatoribus, & eorum Cameræ, siue Fisci iuribus assistet; fauoremque & auxilium pro posse præstabit. Pauperes, minores, impotentes & personas ecclesiasticas tenentes & possidentes terras in dominio, vel intra dominium alicuius Potentis tuebitur, & eisdem auxilium & fauorem, quoties fuerit requisitus, pro posse præstabit.

De iuramento Collateralium, & Iudicis Appellationum, necnon & Iudicis Maleficiorum. Cap. VII.

Quilibet ex Collateralibus Capitoline curiae, & Iudex appellationum, & Iudex maleficiorum antequam ad officium admittatur, iuret in manibus Conseruatorum, officium sibi commissum bona fide legaliter, summaque diligentia, remotis amore, timore, odio, prece, pretio, & omni munere exercere; nihilque ultra suum salarium, & praestibus Statutis præmissa, etiam à spon te dantibus, recipere: Hospitalia, religiosaque & pia loca tueri, & in causis eorum, necnon Viduarum, Pauperum & miserabilium personarum, dotiumq. mulierum, omni mora postposita, procedere; causas omnes, que coram ipsis ventilabuntur, infra terminum à statutis præfixum pro posse disfinire; singulisq. diebus iuridicis, & horis debitibus ad Tribunal sedere, Statuta obseruare, & iusticiā vnicuique petenti administrare: & insuper iidem Collaterales, & Iudex maleficiorum votum in Assertamentis ex animi sinceritate, & absque pretio, aut mercere aliquo, quoties fuerint requisiti, dare. Ipseque maleficiorum Iudex, ultra prædicta, de delictis veram & integrum informationē cum omnibus & singulis qualitatibus, omni dolo & fraude cessantibus recipere; nullasque qualitates, vel delicta augentes, vel reum excusantes, omittere, nec quicquam ultra veritatem apponere.

De officio

De officio Collateralium Iudicium. Cap. IX.

Ad officium Collateralium spectat de causis quibuscumq. ciuilibus cognoscere, instrumenta dotalia, apochas, & alia publica instrumenta, testamenta, codicilos & alias ultimas voluntates executioni demandare, & causas ipsas celeriter infra tempora à statutis præfixa expedire; pupillis & minoribus Tutores & curatores dare; de restitutione in integrum cognoscere, omnibusque de quacunque re ciuiliter querelantibus tam in possessorio, quam in pecitorio iustitiam ministrare; omniaque alia facere, quæ ordinarij iudices facere possunt, & quæ in proximo præcedenti Capite, & in his Statutis continentur.

De officio Iudicis Maleficiorum. Cap. X.

Iudicis Maleficiorum officium est, cognoscere de causis quibuscumque criminalibus, ipsasque diligenter audire, & summa integritate decidere; & cauere, ne inter accusatorem & accusatum collusio fiat, deque violentiis expulsis & turbatiis, ac damnis datis, de quibus criminaliter agi contingat, ac de quibuscumque excessibus & maleficiis, de quibus per Statuta præsentia permititur diligenter inquirere; Assettamentis interest; votum suum sincere præstare, eiusque officium incorrupte exercere, & omnia alia facere, quæ in Capite de iuramento ipsius continentur.

De absentia seu infirmitate alicuius ex Iudicibus præfatis. Cap. XI.

Si quando ex aliqua causa, prævia tamen Conseruatorum licentia, aliquis ex Collateralibus, seu etiam maleficiorum Iudex, abesse contigerit, vel ægrotare, ita quod ad Tribunal sedere non valeat; possit & debeat alius ex Iudicibus in locu impediti ad Tribunal sedere, & decreta omnia interlocutoria, à quibus ex forma Statutorum, appellatio non datur, citra cause conclusionem interpolare: que perinde valeant, & roboris obtineant firmitatem, ac si à suo Iudice interpolata fuissent. Quod si absentia, vel infirmitas ultra spatium dierum decem durauerit, tunc de conseruatorum consensu, Senator vel de alio prouideat, vel in illius locum alterum ex Iudicibus, vsque quo cesserit impedimentum vel alius eligatur, surrogare debeat; qui in omnibus in illius locum succedat.

De Suspitione Collateralium. Cap. XII.

Si ante litem contestatam, vel pro contestata habitam, aliquis ex Collateralibus cum iuramento suspectus recusat; Senator illi adjunctum, vel eum remoto, alium ex reliquis suis Iudicibus, vel etiam extra Capitolium, dare & deputare debeat. Quod si post litem contestatam, vel pro contestata habitam, suspectus allegetur; tunc causa suspitionis exprimatur in actis; & Senator arbitrio

btrio suo, omni & quacunque appellatione remota, suspicionem reiicere, vel primo remoto, alium non suspectum (vt præmittitur) dare & deputare posse & debeat, qui in locum ordinarij in omnibus & per omnia succedat, & ab eo ad Capitaneum appellationum appelletur.

De syndicatu Senatoris, & eius familie, ac Iudicum Collateralium, Iudicis Maleficiorum, Capitanei Appellationum, & electione Syndicorum. Cap. XIII.

Senator, ac quilibet ex Collateralibus, Iudex Maleficiorum & Capitaneus Appellationum, illorumq. officiales & familiares per se ipsos finito eorum officio, stare ad Syndicatum per dies decem teneantur, & personaliter coram Syndicis deputandis querelantibus respondere, coram quibus Syndicis de gestis, administratis & factis per eos, & eorum quemlibet, rationem reddere debent, & vnicuique querelanti respondere de iure, & omnibus satisfacere, quibus de iure tenentur; & de suo salario (quod retinebitur per Cameram in ultimo termino) & alijs de suo, integre soluere: quod si non sufficiat, personaliter detineantur, quo usque soluerint & satisficerint cui condemnabuntur. Syndici autem præfatorum, & cuiusque ipsorum, imbuſſulentur, & non extrahan- tur de Buſſula donec eorum, & cuiusque ipsorum, officium vacauerit. & si ante vacationem, corum deputatio facta fuerit, non valeat: & alijs deputari debent pro syndicatu præfato; nec per sententiam Syndicorum ante vacationem electorum, Senator & alijs prædicti censeantur. quorum quidem Syndicorum alter sit utriusque Iuris Doctor, & omnes gratis eorum officium prelata teneantur.

De officio Syndicorum Senatoris, & Iudicis, ac aliorum. Cap. XIV.

Iudices ad syndicandum electi, gesta per Senatorem & alios quoscunque supradictos diligenter examinent; querelas querelantium audiant; condemnandos condemnent; absoluendos absoluāt; de male & negligenter gestis (odio, amore, timore, prece, pretio, & omni munere remotis) debitas pœnas inferant. Forma autem procedendi in syndicatu hæc erit; mittantur præconia tria in Palatio, & per loca Vrbis solita, primum prima dic decendij, secundum tertiadie, tertium quarta die, in quibus moneantur omnes, vt infra biduum suas querelas proponant: lapso autem decendio, his tribus præcedentibus edictis, Iudices querelas & causas pro iustitia terminent. Et prædicta Iudices syndicatores ipsi, in sui officij ingressu, in manibus Conseruatorum iurent obseruare.

De officio

De officio Conseruatorum. Cap. XV.

Ad officium Conseruatorum ante omnia sp̄etat vigilem ac præcipuam curam pro statu Sanctissimi D. N. Papæ, ac S. R. Ecclesie, & pro Vrbis tutela, & ciuium quiete, ac sanitate conseruanda semper habere, & quæcunque ædificia, & opera publica, præsertim antiqua, inuiolata & illæsa custodiare; Contra quoscunque interceptores aut violatores eorum acerrime insurgeare & inquirere, ac animaduertere: necnon vt in omnes Templorum & Ecclesiæ ornamenta aut lapides surripientes, aut corruptentes diligenter inquiratur & animaduertatur per eos ad quos pertinet insistere & curare, & vt Sacraria & Reliquias Sanctorum diligenter in Vrbe custodiantur inuigilare: Claves tabernaculi, vbi inclusa sunt capita beatorum Apostolorum Petri & Pauli in basilica Sancti Ioannis Lateranensis, per eos custodiri solitas, apud se vel alios deputatos retinere: & vt Statuta, decreta, constitutiones omnes approbatæ per perpetuo custodiantur, & per omnes ius dicentes seruentur, & iuramentum solemne à Senatore in ingressu sui officij, & à suis Iudicibus, & à Capitaneo appellationum Romani Populi, super eorum officij obseruatione recipere, & praestari facere; & ne Monopolia per Artifices, & ipsorum Vniuersitates, vel quæcuis alias personas, aut per easdem Vniuersitates aliquæ constitutiones fiant, quæ generalibus Vrbis Statutis aduersentur, prohibere: quorum etiam Artificium & Vniuersitatium constitutiones corrigendi, refutandi vel admittendi, vt infra de statutis Artificum traditur lib. iiij. au&toritatem & potestatem habent, & de quibuscumque iniustitiis & sententiis per Consules & officiales artium, à quibus appellari prohibitum est, per approbata ipsorum Statuta quibuscumq. personis illatis, per viam querelæ cognoscere, & summatim terminare, nisi aliter per eadem Statuta sit prouisum, quod possit videri de iniustitia per eos facta; & super omnes Artes & Consulatus Curiæ Capitolij subiectas, iurisdictio nem exercere; & similiter etiam sententias Capitum Regionum Vrbis per viam querelæ reuidere, & terminare: & de omnibus causis extraordinariis ad Cameram Vrbis pertinentibus cognoscere; Extraordinarios minores instituere, eosdemque ac etiam maiores punire & coercere; &, si iusta subsit causa, priuare: Mandatarios etiam publicos pro singulis regionibus constituere, ac mutare & priuare possint; Sex etiam Caballarios Cameræ prædictæ, ac Suprastantes sive curatores vel reuiores murorum & ædificiorum publicorum, Custodes carcerum curiæ Capitolini, Numeratoresque pecudum pariter instituere, ac deputare; officia præterea Palatiij Capitolini, & tubicinas renouare, & confirmare, & cum vacauerint de nouo concedere; Potestates & officiales Terrarum inclito Populo Romano subditorum, ex præscripto publici Consilij iuxta modum, & formam per nouas reformationes traditâ creare ac deputare, & deputatos, si rationabilis causa subsistat, priuare, & punire; Priuilegia Romanorum, ciuium & ciuitatē possidentibus bona stabilia, & habitantibus pro maiori parte temporis in Vrbe conuocatis in concionem Capitibus regionum cum tresdecim & vigintisex consiliariis, & prævia relatione à quatuor deputatis Nobilibus, seu eorum maiori parte, & non aliter, dare, nisi honoris gratia Illustribus vel claris Viris postulantibus, & cum assensu omnium vel maioris partis ipsorum; reliquis,

B publico

publico Consilio adhibito, & assentiente concedere; Quoscunq; introitus & exitus & computa Camerariorum vniuersitatum artium, sive in solemnibus diebus festiuitatis Assumptionis Beatissimæ Mariæ semper Virginis, sive in Ludis publicis, qui in Agone & Campo Testaceo cælebrantur, diligentissime reuidere & taxare; & omnibus rationibus dictæ Cameræ præesse; &, si iusta & rationabilis causa existat, pœnas extraordinarias & banna mitigare, & gratias denunciatis facere, vel cum eis componere; In vendentes ad victimum necessaria animaduertere; Generali Gymnasio Vrbis assistere; ac etiam Collegium per bo.me. Cardinalem Firmanum institutum, visitare, & vt Statuta eiusdem seruentur, operam dare; Reficiendorum Murorum, Pontium, Aquæductuum, & omnium ædificiorum publicorum sollicitam curam diligentiamque habere; eaque frequenter visitare, & ne vitiétur curare; Præconia inspicere, & vtilia regestrari facere; Portarum, & Pontium stationarios & custodes indebitè exigentes plectere & carcerare, & ad seruandum tabulas mercedum compellere; De causis quarumcumque appellacionum à sententiis latis in Terris Romani Populi, si ad eos recursum fuerit, seu de nullitate dictum, & de omnibus aliis causis dictarum Terrarum summatim cognoscere; Marescallis & executoribus omnibus, quæcunque eis visa fuerint, præcipere & mandare, & ad parendum cogere; Pœnas quas arbitrii fuerint, imponere, & irrogare, & commissas exigere; & si contra subditos Romano Populo irrogantur, fabricæ eorum Palatij in totum vel in partem applicare; Terras Romano Populo subiectas, iuxta ordinem præscriptum visitare, & facinorosis hominibus purgare, & quoscumque malefactores pro ipsorum arbitrio punire; Ita tamen, quod pro huiusmodi visitationibus nihil prater vietum pro personis & equis accipiant, & ab omni munere abstineant: & quicquid præter vietum receperint, in quadruplum tempore syndicatas restituant: & omnia alia facere, exercere & exequi, quæ ex Bullis indultisque Apostolicis concessa apparent, & quæ in aliis capitulis præsentium Statutorum continentur: Quæ capitula in suo robore, quatenus præsenti capitulo & contentis in eo non aduersentur, remaneant, atque perdurent.

De Syndicis Conseruatorum. Cap. XVII.

Conseruatores pro gestis & administratis per eos in eorum officio, de furto, barattaria, & omni pecuniarum & munerum illicita perceptione, & non de aliis, syndicari possint.

De vacazione officij Senatoris. Cap. XVIII.

Si Senatoris officium quoquo modo vacare contigerit, Conseruatores pro tempore possint & debeant dictum Senatoris officium, vt præmittitur, vacans, cum mero & mixto imperio, iisdem tamen Iudicibus & Notariis remanentibus exercere, & in ipsis Conseruatoribus officiis Senatoris duret usque quonous Senator ad ipsum officium electus Capitolium ad officium inchoandum ascenderit, habeantq; eo tempore ultra emolumenta, quæ habent ratione officij Conseruatoratus, die qualibet à Camera Vrbis, quantum consequitur Senator, & subeant.

subeant eadem onera, quæ idem Senator subire tenetur, & ultra nihil petere possint: & eodem officio finito, syndicentur, & syndicati debeant de omnibus per eos in officio gestis & administratis, sicut Senator syndicari potest, & debet: & si contigerit aliquam legationem venire à loco extra districtum Vrbis, dicto tempore, dicti Conseruatores possint, si eis videbitur & placebit, in honore faciendo dictæ legationi, expendere in confectionibus, vel coniuuis, vel similibus, usque ad quinque florenos auri de pecuniis Cameræ Vrbis, pro qualibet legatione.

De officio Capitum Regionum. Cap. XVIII.

A curam Capitum Regionum spectat de causis eis concessis, quæ olim per officium Antepositorū cognoscabantur, in eorum dominibus cognoscere; Regionem pro posse custodire, ne quid violentiæ fiat; arma ab illicite deferentibus in eorum regionibus auferre; Homines tam males quam féminas ad matrimonium habiles, & contrahere volentes, si opus sit, consilio & factis iuuare; questiones & differentias tollere; Male, & ultra modum facultatum, aut siue exercitio viuentes, hortari & monere ut ad exercitium aliquod animum & operam applicent, alias Superioribus deferre; inhoneste viuentes ab honestis vicinis suę Regionis expellere; edificare volentibus in eorum Regione fauere, impudentes reptimere; aduenis otiosis in eorum regionibus commorantibus, & nihil agentibus, commeatum dare, aut Superioribus deferre; violentias comprimere, & Conseruatoribus pro tempore existentibus nunciare; ciues regionis conuocare ad singulas ciuitatis nececessitates, & eos iuxta superiorum iussum conducere; Conseruatoribus dietim assistere; saltem per eorum Priorem; & omnes, si requisiti fuerint, ad consilium vna cum aliis deputatis vocatis venire; recte & fideliter consulere; ante consilij finem de consilio non recedere, & assistere fauoribus opportunis, vt Statuta & ordines ciuitatis seruentur; tresque consiliarios singuli, qui tresdecim & vigintisex nuncupantur, pridie sua assumptionis, cum quibus in consiliis interueniant, omnino eligere debeant.

De officio Aduocati & Procuratoris Camerae. Cap. XIX.

A Duocatus & Procurator Cameræ Vrbis, circa defensiones, executiones, & prosecutiones causarum Cameræ, sint intenti, & cum diligentia perquirant, libros censuales & tributarios, numquid in tributis & censibus Camera sit fraudata, & an sit de eis executio facta perfecte, & apud Senatorem & Conseruatorum maneant assidue pro eorum iuribus manutenendis, conseruandis, recuperandis, & ab impugnare violentibus defendendis, circa alia vigilanter & sagaciter explorent quid agant Iudices super criminalibus & civilibus deputati, & an infra tempus debitum lites & cause, quæ coram eis agitantur, fuerint terminatae, vt de omnibus tempore syndicatus Senatoris & Iudicium possint ad plenum rationem reddere, & Syndicos ac eorum Iudicem informare; & sic iurent facere & obseruare. Cauant autem patrocinium in curia Capitolij, aut Conseruatorum.

seruatorum pro aliqua particulari persona suscipere: Qui contrafecerit, pœnam aureorum viginti vice qualibet incurrat.

De Protonotario & eius officio. Cap. XX.

AD Protonotariatus officium, per Conseruatores eligatur & assumatur unus Notarius Romanus, bona fama, & integræ opinionis, modestus & discretus, qui sedere debeat ante tribunal Senatoris, & scribere, & adnotare acta omnia, quæ coram ipso Senatori fieri contigerit: mandataque de relaxando carceratos tam ex causa ciuili, quam criminali (de quorumcumque iudicium Capitolinorum mandato capti sint) conscribat: vota quæcumque Affidamenti in causis vertentibus coram ipso Senatori, vel etiam Iudice maleficorum, conscribat: & adnotet fideiussiones quæcumque de non offendendo, se de pace seruanda, & à carceratis præstandas recipiat; de mane & de sero in loco & camera, sibi in Capitolina curia assignata, resideat, scripturas summa vigilantia custodiat, & alia faciat, quæ ad dictum eius officium pertinere noscuntur. Posset etiam ad tribunal secundum unum vel plures coadiutores habere, qui & ipsi morigerati sint, dummodo & ipse (nisi infirmitate, aut necessaria absentia per Senatorum approbanda impeditus) præsens assistat. eius vero officio finito, omnia instrumenta, protocolla, scripturas, extractus & regesta quæcumque ad dictum officium pertinentia, Successori per repertorium sive inventarium assignet, quæ perpetuo in loco præfato conseruentur: nihil autem ultra taxatam mercedem petat: Quoties autem contrafecerit, pœnam decem aureorum ipso iure & irremissibiliè incurrat.

De electione Notariorum Actuariorum Collateralium.
Caput XXI.

AD acta scribenda coram Primo & Secundo Cellerali, deputari non possit aliquis, nisi sit Romanus ciuis, aut domicilium habens in Vrbe, pro ciue Romano, iuxta formam Statutorum habitus & reputatus; & nisi sit in matricula notariorum Romanorum (quæ penes Secretarium Conseruorum conservatur) descriptus; & nisi prævia diligentia inquisitione de vita & moribus, de qua notarius Proconsulum rogatus fideim faciat, ac etiam prævio rigoroso examine per Senatorem, Proconsules & Correctores, seu duos eorum (aliis ita mandantibus) super sufficiencia & idoneitate; & eo sufficienti & idoneo reperto, & mandato à præfatis Senatori, Proconsulibus & Correctoribus, inscriptis habito: alijs vero contra prædictam formam electus & deputatus amoueat. et si officium exercuerit, tam ipse quam qui eum elegerint pœna quinquaginta aureorum pro quolibet mulcentur: & acta nihilominus per ipsum interim scripta valeant.

De

De officio Notariorum Actuariorum, & de eo per substitutum non exercendo. Cap. XXII.

Notarij Actuarij omnes, coram quocumque Iudice, scribant per se ipsos; & quæ ad eorum officium incumbunt, & infra dicentur, explicent & exerceant: nulloque modo (etiam extra tribunal iuris) eorum officium per substitutum exercere possint. Qui contrafecerit, pœnam vigintiquinque aureorum vice qualibet incurrat: aucta fidem non faciant, & ulterius parti ad interesse teneantur, & Substitutus eadem pœna puniatur; & ad officium Actuarij perpetuo inhabilis existat, exceptis Protonotario & Notario appellationum, ut supra dictum est.

De habitu & moribus Notariorum. Cap. XXIII.

Notarij omnes, etiam qui Actuarij non sunt, habitum gerant decentem & honestum, à vestibus versicoloribus abstineant, frappis aut plumis omnino non vtantur; ludis illicitis & in honestis non ludant; cauponas ad comedendum & bibendum non ingrediantur; nec ensem deferant. Contrafacientes, vice qualibet, pœnam aureorum decem incurrant.

Quod actuarij Iudicibus in Tribunalis assistant, patrocinium non prætent & silentium seruent. Cap. XXIII.

Sedente Iudice pro Tribunalis, Actuarij omnes assistant, à Tribunalis quam diu Iudex sederit, non discedant; patrocinium alicui in curia Capitolij non præbeant; in taciturnitate & silentio maneant; scribendis actis diligenter incumbant; Iudicem nisi interrogati non alloquantur, nisi forte parte altera absente, quo casu absentiam supplere possint, Iudicem de his quæ in actis sunt, informando. Qui fecerit, aureorum decem pœna multetur.

De Libro actorum & Iuribus productis conseruandis.
Caput XXIV.

Senatoris Protonotarios & quilibet Notarius ad scribendum acta deputatus, vnoquoque anno seu semestri librum, quem Manualem Actorum appetant, bene compactum & ligatum confidere teneant & debeat; in cuius initio nomen ipsius Notarii & Iudicis coram quo scribit, anni Domini, Nomen summi Romani Pontificis, & numerus chartarum exprimatur: & in eo omnia aucta quæ quotidie fient, antequam à Tribunalis recedat, saltem substantialiter describat; iura quæ producuntur, fideliter & diligenter conseruet, illaque neutri partium credere aut commodare nec restituere audeat, nisi parte ciuitatis, & Iudicis præcedente mandato; & tunc copia collationata retenta. Contrafacien-

trafidentes, pœnam aureorum decem vice qualibet incurvant; & nihilominus si originalia amiserint, parti ad totale interesse teneantur.

De Extractibus & Copijs. Cap. XXVI.

Non qualibet causa summam vigintiquinque ducatorum auri excedente, tenetur Notarius, si id ab altera partium petatur, de actis, iuribus & scripturis omnibus, quæ in causis ipsis fient, & producentur, solemnem & ordinatum Extractum confidere, in quo omnia acta de verbo ad verbum, & vt in Manuali sunt descripta, nihil addito vel extenso adnotare debeat. Scribatur autem Extractus littera Italica legibili, & ita vt in qualibet facie cuiuslibet paginæ, sint lineaæ seu versus viginti, & qualibet linea contineat in se ad minus dictiones octo, seu litteras triginta duas; & habeat pro qualibet folio bolenenos tres & non ultra: quem Extractum, non audeat partibus colligantibus quoquo modo concredere, sed solum causæ Procuratori, ad tres vel quattuor dies, & non ultra visendum accommodare; quibus elapsis, debeat ipse Notarius illum à Procuratore recuperare, & si contingat aliqua acta pro dicta recuperatione fieri, illa nullatenus in Extractu principalis causæ inserat. Hunc autem Extractum, cum causa erit instructa, cum copiis Testium, altera partium petente, Iudicis tradere debet, quem perfidere teneatur. Notarius infra octo dies à die habitæ Arrhé numerandos, si numerus ducentarum chartarum non excederit: alias arbitrio Iudicis & Correctorum. Quod si aliter quam supra expressum est, Extractus fiet, partes non teneantur pro illo aliquid soluere, deponensque pro Aduersatio, non nisi debita, vt dictum est, mercedem deponat: si aliter deposituerit, ab Aduersario repetere non possit. quod etiam depositum ante factam chartarum numerationem fieri non possit; & nihilominus Notarius, quoties contrafecerit, decem aureorum pœna mulctetur. Eadem littera, iisdemque versuum & dictiōnum numeris, copiæ omnes petitæ describantur, pœna eadem contrafacientibus imminentे.

De Notariis morosis in Testibus examinandis, & de eorum in examine officio. Cap. XXVII.

Notarij in Testibus examinandis, omnem omnino diligentiam adhibeant, & si requisiti (oblata vel deposita debita mercede) ultra duos dies cessabunt, nisi ex legitima causa à Iudice approbata, excusentur, ipso iure intelligantur ab illa causa remoti; & nihilominus parti ad omne interesse teneantur. quod si Testes vere abs futuri sint, aut in vita discrimine constituti, & notarius legitime impeditus; Iudex alius Notarium ad eorum tantum examen recipiendum suo arbitrio deputet: & si ob Notarij suspicionem, vel ex alia legitima causa, alius fuerit Notario in examine adiunctus, si is venire statutis à Iudice hora & loco cesseret, possit Notarius causæ absque eo ad examen deuenire. Debeat autem Notarius, quocumque casu, super datis articulis, & interrogatoriis Testes diligenter examinare, corumque dicta prout à Teste proferuntur explicite, interreg,

tegre, & per extensum describere: & nullo modo scribere; talis dixit ut talis: aut, sub compendio; dixit articulum verum: aut, contenta in interrogatorio vera: nisi Testis ipse ita deponat. & tunc Notarius illum monere debeat, vt explicite & per extensum factum explicet. quod si nihil aliud dicere velit, nisi articulum aut interrogatorium verum, tunc depositio eiusdem Testis nihil omnino probet: & si aliter scripserit, puniatur vice qualibet in ducatis auri decem; & nihilominus parti ad interesse teneatur. Notarius quoque debeat omni casu, etiam vbi Interrogatoria data non fuerint à parte, omnino Testes super quolibet dicto ipsis Testis, de causa scientiæ, loco, tempore, & quibus præsentibus, ipsum interrogare, sub pœnis prædictis damnorum, interesse & pecunaria. Et si Notarius datis à parte interrogatoriis, Testes super illis examinare omiserit, possit a tota causa remoueri; & nihilominus parti ad interesse teneatur.

De copijs per Notarios dandis, & ut nihil pro portandis ostendendisque actis recipient. Cap. XXVIII.

PEtitas copias Notarij ad primam dare teneantur, & si nimis magnæ fuerint, infra duos aut tres dies, & non ultra; alias (si iusta causa, & à Iudice approbata, impediti non fuerint) à causa ipso iure remoti intelligantur, sub qua etiam pœna, diem datæ vel oblata copiæ, in actis adnotare teneantur: Debeantque quoties legitime fuerint requisiti, Iudici & partibus acta ostendere, nulla recepta mercede; nihilque omnino pro ostendendis actis, scripturis & iuribus productis, neque pro portandis ipsis actis, iuribus, scripturis, vel extractu Iudici, & partibus etiam sponte dantibus, recipient; sub pœna priuationis officij, ipso iure incurrenda, cum debeat sua mercede esse contenti.

De Notariis remotis, & suspectis. Cap. XXIX.

Qvicumque Notarius vel à Iudice, vel ex præsentibus constitutionibus, fuerit remotus à causis, in quibus scribebat, ipso iure intelligatur esse priuatus officio Actuarij, nec ad illud aut aliud Capitolijs Tribunal vterius admitti possit: & si de facto admitteretur, aut se intruderet, pœna falsi puniri possit: & hec exceptio, & accusatio popularis sit. Notarij quoque exemplo Iudicium, ante litem contestatam, seu pro contestata habitam, si alieui partium suspecti sint, sola suspicionis allegatione à scribendo in causis ipsis remoueri possint. post litem vero contestatam, seu pro contestata habitam, non nisi causa expressa, per Iudicem approbanda, recusari possint: à cuius arbitrio, etiam per processum ad vteriora declarato, nullatenus appellari aut reclamari possit. Remoto autem primo Notario (eo casu quo removendus veniret) si partes ad primam diem de alio non concordauerint, Iudex vntum ex Bussula omnium Notariorum sui Tribunalis extrahat: & huic omnia Iura illucusque producta, per primum Notarium absque mercede tradantur. De actis vero de quibus Notarius recusatus, rogatus fuerit, ipse idem recusatus Extractum facere teneatur: pro quo sibi satisfiat de competenti mercede. quem extractum Notario

Notario deputato consignare teneatur infra triduum; alias pœnam aureorum decem incurrat, & parti ad interesse tenetur. si vero in examine suspectus fuerit allegatus, detur ei adiunctus, ut fieri consuevit. Hæc autem remotio seu suspicio etiam plures reiterata Notario pro nota infamiae, aut in pœnam non imputetur.

De Notario Capitanei Appellationum. Cap. XXX.

Notarius Capitanei appellationum ea omnia seruare teneatur, quæ per alios Notarios seruari mandauimus, sub eisdem pœnis illis comminatis. Posset tamen unum, aut plures coadiutores habere, sicut & Protonotario est permisum,

*Quod Notarij non matriculati de instrumentis & testamentis
rogari non possint. Cap. XXXI.*

NVllus Notarius creatus à quocunque, quouis facultate fungente, possit officium Tabellionatus seu Notariatus in Vrbe exercere, aut de quibusvis contractibus, distractibus, testamentis, aut quibusvis ultimis voluntatibus se rogare, aut quoquis modo instrumenta confiscere, nisi fuerit in matricola Notariorum Vrbis, quæ penes Secretarium Conseruatorum retinetur, descriptus, & adnotatus: & qui contrafecerit, ipso iure falsi pœnam incurrat, & tāquam falsarius puniatur; & nihilominus gestis per eum, nulla omnino nec in iudicio, nec extra, fides adhibeatur: exceptis his qui in matricula Archivij Romanæ Curia fuerint descripti, & Notariis aliorum Tribunalium Vrbis.

De Notariis matriculandis. Cap. XXXII.

In matricula Notariorum, nullus describatur Notarius, nisi is fuerit Romanus ciuis vel habitans in Vrbe, & pro ciue secundū formam Statutorum habitus, & reputatus; & sit ætatis annorum ad minus viginti; bonis moribus imbutus, honestisque parentibus natus, & saltem per quadriennium antea à mechanicis artibus se abstinerit: ac prius diligenter à Proconsulibus & Correctoribus examinatus, in Grammatica, & in arte Notariatus, & super Vrbis Statutis, saltem officium Tabellionatus concernentibus, sufficiens & idoneus repertus fuerit; de cuius examine, & idoneitate, ac approbatione, constet Secretario Conseruatorum per mandatum dictorum Proconsulium & Correctorum: & Secretarius, qui sine dicto mandato aliquem in Matricula descriperit, & ille, qui descriptus fuerit pœnam falsi incurrit; & nihilominus taliter descriptus de matricula deleatur: gesta tamen per ipsum nihilominus valeant. Ipse autem matriculandus, in ipsa matricula sua manu se subscribat, & signum quod sibi elegerit, apponat; ita vt faceret, si aliquod instrumentum publicaret, ad hoc vt inde, si contigerit, litterarum comparatio sumi possit.

De Pre-

De Protocollo instrumentorum conficiendis. Cap. XXXIII.

Singuli Notarij, annis singulis, suum conficiant Protocollum, quod consistat sex chartis numeratis, bene compactis, & ligatis, quotquot ipse Notarius vo-

luerit, in quo instrumenta, de quibus rogatus fuerit, saltem substantialiter in mundum infra mensem à die rogatus omnino redigat, & describat. Quod Protocollum in sui initio contineat Annum, Indictionem, Pontificatum, nomen & signum ipsius Notarij, illudque infra octauam festiuitatis Natalis Domini Proconsulibus præsentare teneatur; qui in eo, nulla recepta mercede, signa Collegij impriment: ita demum si ipse Notarius Protocollum instrumentorum præteriti anni completum ostenderit. Et qui aliter in prædictis versatis fuerit, nisi rationabili causa fuerit impeditus, pœnam quinquaginta aureorum vice qualibet incurrat: & quia publice interest, vt instrumenta recte conseruentur, publica sit accusatio.

De eorundem Notariorum officio. Cap. XXXIII.

Qilibet Notarius, quoties fuerit requisitus, si iusta causa impeditus non fuerit, vnicuique roganti suum impariatur officium, & scripturam de rogatis conficiat, etiam si sibi merces non fuerit soluta, nisi incontinenti fuerit roganti protestatus, se non scripturum, si sibi de mercede satisfactum non fuerit; quo casu à scribendo possit abstinere. Cum vero de aliquo actu rogatur, antequam ex loco & à partium præsentia recedat, actus ipsius substantiam, testium nomina, & locum specifice describat; & si duo fuerint Notarij de uno instrumento aut testamento rogati, si non insolidum, (quod in dubio præsumatur) quilibet notulæ alterius incontinenti, & antequam ex loco recedat, se subscribat; quod & in protocollo & instrumentorum ipsorum publicatione facere omnino teneantur: & si in breuiatura fuerint partium aut testium subscriptiones, eam diligenter conseruent, eoque casu in protocollo de suscriptione, ita vt est in matrice, faciant mentionem, & clausulas in matrice ceteratas, secundum suum stylum, in protocollo & publico instrumento extendere possint. Petentibus instrumenta publice, infra octo dies (oblata mercede competenti) dare omnino teneantur. Instrumenta etiam de partium consensu cancellata (de quo omnino in margine cum testium annotatione constare debeat) nullo modo ex protocollo aboleant; immo eas cancellata, prout in protocollo iacent, petentibus & interesse habentibus, in publicam formam dare teneantur, de cancellatione prædicta mentionem faciendo. Qui autem in præmissorum aliquo defecerit (si iustum & à Iudice & Proconsulibus approbatam causam se habuisse non docuerit) ipso iure pœnam aureorum vigintiquinque incurrat, & omni casu parti læsa ad interesse teneatur.

C

De Pro-

*De Protocollo & Scripturis Notariorum Defunctorum.
Cap. XXXU.*

Protocollo imbreuiatur, & originales omnes scripturæ defunctorum Notariorum, in matricula Capitolina descriptorum, peractis exequiis, statim post triduum, si is decedens filium aut ex filio nepotem Notarium matriculatum, & actu Romæ officium Notariatus exercentem, vel habilem & exercere volentem, hæredem non habuerit, per Proconsulem & Primum Correctorem ac Archiuistam alterum, in vna capsa, aut alio loco tuto (retenta per vnum ex eis clave) diligenter includantur; deinde infra mensa per Archiuij scriptorum Repertorium omnium protocollorum cum numero chartarum; & si fuerint imbreuiatur aut scripturæ in foliis non ligatae, singulariter singulæ cum adnotatione diei, & anni, & nominum contrahentium similiter describantur; & relicto penes hæredem Repertorio, Archiuistæ consignentur conseruandæ, ut in Archiuij Statutis continetur. Emolumenorum autem, quæ ex publicatione dictarum scripturarum percipientur, duæ partes sint hæredum, tertia autem diuidatur inter Iudicem auctoritatem & decretum interponentem, & subscriptentem, cui assignamus bolenenos quindecim; & Notarium Correctorum, cui applicamus bolenenos septem cum dimidio; & Archiuistam seu subscriptentem transumptum, cui applicamus bolenenos quindecim; & residuum sit Collegij, quod penes Correctores more solito conseruetur pro collegij emolumenis, & expensis, iuxta dicti collegij statuta. Vbi vero dicto defuncto filius aut nepos ex filio Notarius ut supra successerit, fiat Inventarium ut supra, quod in Archiuio conseruetur: Scripturæ tamen penes ipsum Notarij hæredem relinquantur, qui illa conseruare teneatur; alias partibus ad omne interesse teneatur.

De exemplatione Instrumentorum Notariorum Defunctorum, vel Absentium. Cap. XXXU I.

Reperta notula imbreuiatura sive protocollo, is qui transumptionem defiderat, partem de cuius interesse principaliter tradicatur, si ea in Urbe sit, more solito; si autem citandus præsens non sit, vel non sit certus contradictor, per dictum coram altero ex Collateralibus Curiæ Capitolij, & Correctoribus citari faciet, ibideinque notula aut protocollo per eum ad quem pertinet exhibita, facta per testes idoneos recognitione manus & litteræ, aut subscriptionis eius, qui de tali instrumento rogatus dicetur; aut per comparationem litterarum, per præfatos Iudicem & Correctores transumptari mandetur, cui transumpto & Iudex, & Correctores eorum propria manu se subscriptant, huicque transumpto taliter transumptato, eadem fides adhibetur, quæ originali scripturæ rite & recte recognitæ adhiberetur. Et si in notula originali cassature, cancellatur, aut interlineatur fuerint, ea omnia, prout iacent in originali, in ipso transumpto per Notarium transumptantem notentur, facta de eis in sua subscriptione mentione speciali; atque recognitionis & transumpta-

sumptionis per Notarium Correctorum in suo Manuali actorum describantur, & forma prædicta in transumptione non seruata, ipsi transumpto nulla fides adhibetur, sublatis quibuscumque priuilegiis transumptandi & exemplandi hæc tenus quibusvis personis concessis. Merces autem erit eadem quæ pro instrumentis Notariis viuentibus & publicantibus instrumenta debetur: quæ merces distribuetur prout in supra proximo Capite est dispositum.

De Collegio Notariorum, eorundemque officialium Creatione, & Auctoritate. Cap. XXXU II.

In die celebrationis festiuitatis Beati Lucæ Euangelistæ, conuocato Senatore, Conferuatoribus, Iudicibus Palatij Capitolij, Doctoribus Urbis, omnibusque procuratoribus, & Notariis Urbis matriculatis, in loco Capituli, qui est in claustro Monasterij B. Mariæ de Araceli, Missa ad laudem omnipotentis Dei, & Beati Lucæ Euangelistæ celebretur, cum distributione cereorū suū gulis prædictis afflentibus, more solito, expensis Collegij & vniuersitatis officij Tabellionatus; qua celebrata per Imbussulatores de quadriennio in quadriennium creari solitos, Proconsules, Correctores, eorumque Notarij, necnon & Syndici elegantur, qui Proconsules locum & Tribunal in Curia Capitolij habere possint, cum potestate multandi inobedientes usque ad ducatos auri vigintiquinque: possitque etiam Collegium præfatum sua condere Statuta, post Conferuatorum approbationem, & Senatoris confirmationem valitura.

De Officio Proconsulum & Correctorum. Cap. XXXU III.

Mnis controversia, quæ oriri continget tam inter se ipsos Notarios quam cum aliis de rebus ad officiam & exercitium Notarij pertinentibus, quæ per præsentia Statuta determinata non fuerint, terminentur per Proconsules & Correctores, cum Senatoris, aut alterius ex Collateralibus interuentu, à quibus, seu ab eo quod ab eorum maiori parte seu etiam duobus eorum dictum fuerit, appellari nullatenus possit.

De Officio Mandatariorum, eorumque iuramento, & cautione. Cap. XXXIX.

Mandatarij antequam ad officij exercitium admittantur, animaduertatur, vt bene legere & scribere littera intelligibili sciant, ac iurent in manibus Conferuatorum, se eorum officium exercituros bene, legaliter, & bona fide, remortis odio, amore, prece, pretio, & timore. Quod iuramentum in libris Camerae describatur, & nihilominus teneatur fideiussoria cautionem penes acta Senatoris præstare usque ad summā Ducatorum auri centum, & aliter officiū exercere nō possint. Qui quidē Mandatarij datas sibi citationes, intimations & monitoria celeriter,

celeriter fideliter, & vna die pro alia per se ipsos, exequantur, faciendo dilucidam fidem, an personaliter, vel domi, dimissa copia citauerint: & quoties personam citandam non repererint, copiam in manibus domesticorum, & illis non repertis, uno saltē adhibito Teste, in ostio domus affixam relinquant; in qua explicite & littera intelligibili ad minus contineatur, coram quo Iudice, in qua causa quis citetur, ad quem actum, pro qua die, & ad cuius instantiam; & de forma executionis per ipsum factę, fidem explicite faciat in subscriptione; nihilque omnino à citato pro copia recipient; teneantur quoque ad citati instantiam semper & quandocumque is petierit, de citatione & forma illius fidem facere, oblatasque sibi citationes cū mercede nullatenus recipere recusent. Qui in aliquo ex predictis defecerit, pœnam aureorum quinque vice qualibet incurrat: sed si dolus interuenerit, pœna falsi posuit & debeat, & officio priuetur.

De Officio Executorum. Cap. XL.

Executores Capitolinæ Curiæ, caueant in initio sui officij pro se & eorum familia Senatoris arbitrio (ita tamen vt per huiusmodi cautionem Senator à Syndicatu pro illis non eximatur) de officio suo fideliter exequendo. Ipsiisque executiones mandatorum eisdem per Senatorem, illiusque Iudices Civiles & Maleficiorum iniunctorum & commissorum celeriter & diligenter exequantur; & impleant; infra triduum ciuilia manda exequi negligentes, pœna aureorum decem multentur: nullamque personam sine Iudicis mandato in scriptis & sigillato grauent, aut capiant, nisi in flagranti criminis repertum; taxam mercedum eorum obseruent, eadem pœna imminentे. Itidem per Vrbem & extra die nocte discurrant, portantes arma diligenter perquirant, latrones, diffidatos, homicidas, & alias personas infames querant, persequantur, & apprehendant; dumque Ius in Curia Capitolij redditur, & Iudices pro Tribunalis sedent, armati, vt decet, cum eorum familia assistant. Quoties vero in premissis, seu eorum aliquo contrauenerint, pœnam aureorum decem incurvant: Peregrinis tamen, & præsertim Ultramontanis, tempore Indulgientiarum & Quadragesime, arma non auferant. Si secus fecerint, supra scriptam pœnam incurvant. & nihilominus Syndicatu stare teneantur.

De foro competenti. Cap. XLI.

Romani Ciues vel Incolæ laici, non alibi quam in Curia Capitolij conueniri possint: & si alibi conueniantur, & eorum declinatoria non admittatur: possint causam in vim presentium Statutorum coram Senatore, vel aliquo ex Collateralibus reassumi facere, & inhibitionem etiam sub pœna obtinere: Nisi coram aliquo Iudice conuenti, in Iudicem consenserint, aut litem contestati fuerint; vel alium actum fecerint, qui pro litis contestatione habetur: quibus causibus pœnitere non possit; sed is cognoscatur, in quem est consensum, vel lis contestata, aut pro contestata (vt dictum est) habetur: Exceptis Camporibus, nec non quibusunque Mercatoribus & Officialibus Romanam Curiam sequentibus; Oratoribus quoque Principum, & quarumvis Communitatum, eorumque familiis.

familiaribus: Præterea Sanctissimi Domini Nostri Papæ, Illustrissimorum, ac Reuerendissimorum Domînorum S. R. E. Cardinalium; & Prælatorum familiaribus, continuis commensalibus, atque aliis Curialibus Romanam Curiam sequentibus, & eorum similiter familiaribus: Exceptis quoque causis Ecclesiasticis, Monasteriorum, Hospitalium & aliorum Piorum locorum, & vbi de rebus eorum agitur: Necnon causis quæ summam decem ducatorum aurum non excedunt; Item Ciuilibus Fiscalibus seu Cameralibus, vel quæ in Camera tractari debent, aut solent, & Ripalibus: ne cnon causis obligationum in forma Cameræ, & aliarum obligationum executuarum, in quibus inter Auditorem Cameræ, & Curiam Capitolinam, inter Ciues & Incolas, iuxta formam Motus proprij fe. re. Pij Papæ Quarti, præventioni ab Actore facienda locus sit: Causis quoque mercedum exceptis, in quibus inter omnia Vrbis Tribunalia præventioni locus existat, in his omnibus utique causibus & personis exceptis, reassumptiones & inhibitiones fieri non possint: & factæ nullius sint roboris, vel momenti. Ipsi quoque Romani Ciues vel Incolæ, si aliquem alium Ciuem vel Incolam (causis tamen & personis supradictis exceptis) alibi quam in Curia Capitolina conuenire ausi fuerint, pœnam aureorum quinquaginta irremissibiliter exigendam, incurvant; & acta, quo ad eorum fauorem attinet, nullam fidem faciant, sed irrita sint, & nulla. Insuper præter causas & personas supra exceptas, Conuentus ratione rei Romæ existentis, aut Contractus Romæ initi, aut delicti inibi perpetrati, forum declinare non possit: quauis alia exemptione vel priuilegio non obstante.

De seruandis Statutis, & illis deficientibus, Iure communi. Cap. XLII.

Intr ciues incolas & districtuales vbique seruentur Vrbis Statuta; nisi in loco Districthus, in casu contingenti, aliter per particularia Statuta fuerit prouisum; & vbi Statuta non disponunt, seruetur ius Ciuale; (nec immerito, quando in hac Vrbe Roma Iura ciuilia orta auctaque sunt, & ad alios Populos defluxerunt, & adhuc suscepcta benigne seruantur) & vbi deficit Ius ciuale, tunc ad Sacros Canones recuratur.

De causis Capitolinis Iudicibus commissis. Cap. XLIII.

Si quando Senatori, Collateralibus, Capitaneo appellationum, & aliis Capitalinis Iudicibus, per specialia rescripta Apostolica aliquę causę committantur, quę alias ad forum Capitolinum spectarent, si in illis certa & specialis forma procedendi non detur: Statuimus, quod tam in procedendo, quam in terminando Statuta & stylus fori, & consuetudo seruetur, & intra instantiam statutariam decidi & terminari debeat: qua elapsa, deserta remaneat, & ad Capitanum vel à Capitaneo ad Senatorem, prout statuta præcipiunt, appelletur. & si contingat Senatorem, cui committitur, Iuris peritum non esse, Locuténens ipsius, qui primus Collateralis est, de ea cognoscat; nec possit alium Senator

natur deputare, nisi si Locumtenens suspectus, iuxta formam supra traditam allegetur: quo casu seruetur quod ibi statutum est.

De sportulis. Cap. XLIII.

Sportulae per Iudices ordinarios nullatenus recipiantur, etiam in causis, in quibus per Apostolica rescripta eorum iurisdictio excitaretur, etiam si in illis summarius processus daretur, vel quoquo modo iurisdictio augeretur, vel minueretur; exceptis causis ab initio mere commissariis, inter personas, quae, seu earum aliqua Capitolino foro subiectae non essent: & tunc moderate, ut in sequenti capite dicitur, ac palam ab utraque parte, vel saltem parte altera citata, & recusante, de illis in iudicio, & penes acta Notarii depositum fiat. & quicquid etiam modicum ultra inferius præfinitum modum datum, promissum, vel receptum fuerit, in corruptelam seu Barattariæ imputetur, & in quadruplum in syndicatu Iudex puniatur; & interim possit ab officio arbitrio Conservatorum remoueri, & si fuerit Senator, facto verbo cum Sanctissimo, & nihilominus sententia sit ipso iure nulla, respectu dantis, vel promittentis tamquam per corruptelam data; & plus dantes sint infames.

De moderatione Sportularum. Cap. XLV.

In causis à vigintiquinque ducatis de carlenis infra, carleni quinque pro parte qualibet; à ducatis vigintiquinque usque ad quinquaginta inclusi, carleni septem; à quinquaginta usque in centum carleni quatuordecim; à centum usque ad quamcumque sumnam, non excedantur ducati duo auri pro qualibet parte: in decretis & viaticis seruetur taxa infra tradenda.

De Sportulis Capitanei, & Iudicis Appellationum. Cap. XLVI.

Et quia Capitanei, & Iudicis appellationū salariū est tenue, statuimus quod ultra salariū à Camera recipere consuetū, pro qualibet sententia difficiū habeat in causa, à decem ducatis infra, carlenos duos à qualibet parte; à decem ducatis usque ad vigintiquinque, carlenos quatuor; à vigintiquinque usque in quinquaginta, carlenos quinque; à quinquaginta usque in centum habeat ducatum unum de carlenis; à centum usque ad quadringentos, iulios decem; à quadringentis usque in infinitum, ducatos duos auri à qualibet parte: & hoc siue causa sit ordinaria, siue commissaria. Quod si maiores sportulas receperit, facto vel promissione, incidat in pœnam vigintiquinque ducatorum, & in delictum corruptelæ seu Barattariæ imputetur, & de eo in syndicatu puniatur; possitque interim ab officio arbitrio Conservatorum remoueri: & nihilominus sententia sit ipso iure nulla, ut supra dictum est, tamquam per corruptelam data; & dantes plus, sint infames, quibuscumque in contrarium facientibus non obstantibus. Excipimus tamen à solutione sportularum causas mercedium, & miserabilium personarum, in quibus nihil exigi volumus sub poenis prædictis, preterquam quo ad nullitatem sententia. In causis autem, in quibus

bus de voto Consultoris Capitaneus pronunciabit, tantumdem pro consultore, & non ultra, deponi possit quantum Capitaneo debetur; alias sit locus pœnis supradictis.

Qui pro maioribus habeantur. Cap. XLVII.

Maiores viginti annis in quolibet contractu, actu & negotio, & tam judiciali, quam extrajudiciali in omnibus & per omnia pro maioribus habentur, omnesq. dispositiones & iura de maioribus annorum vigintiquinque loquentia, in eis seruentur, & sibi locum vendicent.

De Tutoribus & Curatoribus, Minoribus dandis. Cap. XLVIII.

Quilibet Capitolinus Iudex teneatur omnibus Tutores & Curatores dare, iuris forma serrata. Possit tamē Iudex, si super hoc aditus fuerit, aliquem Notarium ad personas infirmas & absentes ab Urbe, vel in aliquo alio necessitatis casu, & maxime ad Viduas volentes tutelam, seu curam filiorum vel nepotum ex filio, seu filia suscipere, aut auctorem ad lites deputare, destinare & delegare: cuius delegati decreto & auctoritate prædicta fieri possunt; & facta, prætextu defectus iurisdictionis, impugnari non possint. De qua infirmitate vel absentia, seu alia necessaria causa sufficiat fieri fidem Iudici per sacramentum prædicta potestis: de petitione autem, delegatione & iuramento prædictis, rogetur alius Notarius insolidum cum Notario delegando. Possit etiam Iudex siue propter difficultatem inueniendi Tuteorem seu Curatorem, qui onus acceptet, vel quando Minor seu Pupillus Pauper esset, vel in paruis causis, illi prouidere de persona Procuratoris specialiter ad causam, cum quo Iudicium agitur & valeat.

De Tuteore seu Curatore ad lites minoribus & Infantibus conuenientibus deputando. Cap. XLIX.

Minores utriusque sexus puberes in iudicio conuenienti, si Curatorem non habeant, ter citentur ad legitime comparendum in illa causa, quam Auctor contra eos mouere intendit; illisque contumacibus existentibus, Iudex Curatorem præsentem, siue etiam absentem, ad illam tantum litem eidem etiam non potentibus absentibus & inuitis (ut præmittitur) deputet: qui caueat & impleat quæ de iure implere tenetur. Vel si Auctor malit, illis ter citatis ad comparandum legitime ut supra, alijs videndum contra eos decerni grauamen; & legitime comparere cessantibus, Iudex contra eos grauamen decernat: & exinde ad pignorum capturam, eorumque subhaftationem & deliberatione procedat; & eō usque grauamen prosequatur & alteret, donec rædio affecti legitime comparuerint; & per electionem vii viæ alteri non præjudicetur. Si vero conuenienti sint Impuberis aut Infantes, & tutorē aut Curatorem ad lites aut etiam Auctorem legitime deputatum non habeant, Iudex per duos aut tres

tres Testes, qui eos & eorum patrem nouerint, summarie, & extra judicialiter examinando de Cognatis, Affinis, Vicinis aut aliis, qui credantur defensionem Pupilli non omissuros, se diligenter informet: & citatis duobus ex nominatis per testes libero Iudicis arbitrio (etiam si deinde compertum fuerit elec̄tos per Iudicem illis Pupillis aut infantibus, non fuisse Proxīmiores, aut magis ad defendendum aptos) necnon & illo in cuius domo infans aut Pupillus educatur; ad su scipiendum Pupilli siue Infantis defensionem, alias videndum dictis Infantibus & Pupillis de Tutori aut Curatore ad eam litem prouideri. Et iis omnibus contumacibus existentibus, aut curam non suscipientibus, Index unum quem elegerit, etiam ex non citatis, Tutori vel Curatore, etiam absentem, ad illam tantum litem, qui solemnia implere, & satis dare teneatur, illis deputet: vel si ille ex legitima causa, infra triduum probanda, se excusa uerit, alium deputet ut supra. Si vero legitimam excusationem, arbitrio Iudicis, non habuerit, captis pignoribus, Tutejam siue Curam suscipere, & solemnia, ut præfertur, implere cogatur, omni & quacunque appellatione & recut su remotis. Vel si Actor magis elegerit ad decretum & relaxationem grauamini, pignorum subhastationem & deliberationem, contra illos duos citatos, & ut præmittitur per Iudicem electos, ut supra de Adultis dictum est, procedat & deueniat: nec per electionem vnius via alteri præiudicetur ut supra. Si vero aliquis ex supradictis citatis, vel quiuis alius pro Pupillis & Infantibus prædictis comparuerit, & aliquos ipsorum Proxīmiores Agnatos nominauerit, teneatur Iudex illos sic nominatos (si legitimam excusationem, ut præmititur, non habuerint) ad curam & defensionem ipsorum Pupillorum, in illa causa suscipiendam, etiam captis distractisque pignoribus cogere: qui similiiter solemnia ut supra implere teneantur. Et processus cum Tutoribus seu Curatoribus, sic ut dictum est, deputatis, factus & agitatus valeat & teneat, nec etiam à Minoribus & Infantibus ipsis in posterum defectu legitimatis persona quoquo modo impugnari possit: Et Iudex qui in præmissis negligens fuerit, pœnam aureorum decem vice qualibet incurrat. In citationibus autem contra prefatos Minores eorumq. Tutores & Curatores in prosecutionibus causarum exequendis, illa seruentur, quæ infra de citationibus Maiorum tradita sunt: dummodo persona Tutoris & Curatoris numquam omittatur. Possit etiam Iudex in paruis causis, secundum qualitatem personarum, vel quando Minor siue Pupillus pauper esset, illi prouidere de persona Procuratoris specialiter ad illam causam, cum quo iudicium agitetur & valeat.

*De causis restitutio in integrum, etiam Maiorum, & quo modo
in illis procedatur. Cap. L.*

SI in integrum restitutio (à quacunque persona, etiam priuilegiata) principiter in iudicio petatur, procedatur prout in ordinariis procedi debere mandauimus; & si in uim illius aduersus duas conformes executione iam cœpta, seu etiam petita, inhiberi petatur, si executio irretractabilis non sit, sine præiudicio duarum conformium & rei iudicata inhibeat, & inhibitum esse cen.

censeatur. Si vero incidenter petatur, (quo casu summarie procedi volumus) tunc is qui petit suam intentionem iustificare teneatur intra dies utiles decem, & interim in executione, seu processu ex aduerso supersedeatur: quibus decem diebus elapsis, Iudex ad instantiam eius, contra quem restitutio petita est, si nihil probatum, aut non relevanter probatum viderit, ad ulteriora procedat: sed si sibi supercedendum videbitur, possit ad alios dies quinque utiles, & non ultra, ne quid noui fiat, inhibere; quibus elapsis, & nihil relevanter probato, omnino ad ulteriora in negotio principali procedatur, perinde ac si talis in integrum restitutio petita non fuisse.

*De citationibus, & quomodo qui Romæ habitant, in ius
vocentur. Cap. LI.*

Citationes, quæ in quibuscumque causis tam ciuilibus, quam criminalibus & mixtis in curia Capitolij quomodocumque verentibus fieri debent, per Mandatarios Curiæ factæ sufficiant, exceptis causis ab initio per rescripta Apostolica commissis, quæ per Cursores sui Beatitudinis fieri debent. Quilibet autem ciuis Romanus, vel quiuis alius Romæ habitans, cum sua familia citetur personaliter, vel ad domum suæ solite habitationis; & si ad domum citatio fiat, siue in ciuilibus, siue criminalibus, siue mixtis, talis citatio non afficiat citatos, personaliter non inuentos, nisi dimissa saltem breui schedula in manibus cohabitantium; vel si nemo inuentus sit, qui illam recipiat, in ostio affixa, uno saltem teste presente, ut supra dictum est, per quam declaretur quis citetur, coram quo Iudice, ad quem actum, pro qua die, & ad cuius instantiam; & citationes prædictæ vna die pro alia fieri debeant, & alias non valeant, nisi alias in specie per præsentia statuta mandetur, vel mora sit damnum irreparabile allatura, de quo stetur arbitrio Iudicis. Precepta etiam, siue monitoria quacunque, quæ in causis ciuilibus fient, domi copia dimissa fecisse sufficiat. Presentes vero in iudicio, si vna die pro alia per iudicem moniti sint, pro citatis solemniter habentur: sic & citatio per iudicem in sequentem diem iuridicam diffundi possit.

*Quando, & quibus casibus Procuratorem legitimum citasse
sufficiat. Cap. LII.*

IN causa ciuili, in qua Procurator habens legitimum mandatum semel comparuerit, non sit ulterius necesse dominum citare, sed ipsum Procuratorem in singulis iudiciorum actibus citasse sufficiat, nisi in casibus in infra scripto capite expressis; non tamen processus uitietur, si dominus ipse etiam solus super intermediis citetur; & si principalis, siue actor siue reus extra districtum domicilium habeat, neque illud in Urbe habeat, neque etiam irrequisitus elegerit, citatio contra Procuratorem tantum, etiam ad sententiam audiendam, executa sufficiat. imputet enim sibi, qui in Urbe litigat, & domicilium non eligit, & extra Urbis jurisdictionem degit.

Quibus casibus Procurator & Dominus citari debeant.
Cap. LIII.

IN omnibus causis ordinariis & possessoriis recuperandæ, adipiscendæ & retinendæ possessionis, ad sententiam audiendam, & in causis executiuis ad videndum pronunciari instrumentum, apocham, sententiam, seu testamentum fore exequendum: necnon ad videndum pronuntiari articulos haberi pro confessatis in omnibus causis prædictis; citatio contra principale & procuratorem fieri debeat. In reliquis autem causis & casibus, sufficiat procuratorem vel dominum citasse. Sed & si plures procuratores in causa comparuerint, aut fuerint constituti, vnum citasse sufficiat, dummodo is onus acceptauerit, ultimo loco comparuerit, & penes acta reuocatus non fuerit: Et, si dominus lite pendente cum sua familia ab Urbe abesse cœperit, sufficiat citationis contra dominum exequendæ, copiam dimississe affixam in ostio domus solita habitationis, uno saltem teste praesente ut supra: & sufficiat relatio nuntij afferentis cum iuramento audiuisse à vicinis illum ab Urbe recessisse.

In quibus causis & casibus relationes Mandatariorum in scriptis fieri debeant. Cap. LIV.

IN omnibus causis, & iudiciorum actibus sufficiat verbalis Mandatarij relatio in actis facta, exceptis infra scriptis, in quibus relatio debeat fieri in scriptis, videlicet, in productione petitionis, seu libelli, in causis ordinariis; ad videndum pronuntiari quem pro confesso in omnibus causis, & ad sententiam audiendam in ordinariis; ad videndum pronuntiari instrumenta etiam dotalia, apochas, sententias, seu testamenta fore exequenda; & in causis interdictorum retinendæ, adipiscendæ & recuperandæ; pariter in actu ad sententiam: in aliis vero causis & actibus relatio in scriptis necessaria non sit, dummodo seruetur forma supra tradita in capitibus de citationibus.

De personaliter Romæ apprehenso, qui in ea domicilium non habet. Cap. LV.

SI quis aliquem aduenam, aut in districtu habitantem, Romæ domicilium non habentem, qui in ea tamen forum aliquo modo de iure aut ex forma Statutorum sortiatur, ad certam causam coram certo Iudice, & ad procuratorem reperibilem & acceptantem constituendum, & domicilium ubi citari velit eligendum, alias videndum decerni processum per affixionem ad valvas Curiae, etiam usque ad sententiam inclusiue, personaliter citari fecerit: si is contumax fuerit, sufficiat reliquum processum, siue ordinaria sit causa, siue summaria, siue executiva, etiam usque ad sententiam inclusiue per affixionem ad valvas Curiae impleuisse; & talis processus, defectu citationis impugnari non possit; & si procu-

procuratore constituerit, aut domicilium elegerit, nisi utrumque fecerit, adhuc in causibus, in quibus principalem & procuratorem citari debere supra statuimus, procurator ipse, principalis autem per affixionem cedula citari debeat: in reliquis vero actibus iudicariis contra procuratorem citationis fiat.

De absentibus editio Senatus citandis. Cap. LVI.

Cives, qui extra Urbem, & in districtu cum sua familia habitant, ac illi qui de districtu ut præmittitur sunt Romæ conueniendi, citentur editio Senatus, iuxta formam consuetam, cum expressione causæ ad quam citantur, siue causa ordinaria, siue summaria, siue executiva; & cum comminatione, quod in eorum contumaciam procedetur contra eos per affixionem citationis ad valvas Curie; & in causa ulterius non citabuntur, præterquam ad sententiam audiendam, in ordinariis, & executiuis, & interdictorum. Quam citationem Nuntius Capitoline Curie siue Notarius aliquis siue Cursor personaliter, si reum personaliter apprehendere poterit, exequatur: si autem, Citationem alta & intelligibili voce legat, & illius copiam in manibus domesticorum, vel in ostio domus solita habitationis saltem uno teste presente ut supra affixam; & quatenus domum habitationis non reperiat, in manibus inibi iustitiam ministrantium relinquat, & Nuntius seu Notarius seu Cursoris relationi in premissis credatur. In intermediiis autem in unoquoque actu, si citati contumaces fuerint, per affixionem cedula ad valvas Curie citari debeant & talis processus valeat, & teneat. Ad sententiam autem audiendam in ordinariis & tribus interdictis adipiscendæ, retinendæ & recuperandæ, & in executiuis ad videndum pronuntiari instrumenta, apochas, sententias, arbitria, lauda & testamenta fore exequenda, iterum modo & forma premissis citentur. In reliquis vero iudiciorum actibus, aliisque casibus, citationes etiam ad diffinitiuvam, seu vim diffinitiue habentem, ad valvas Curie affixa sufficiant, dummodo hoc in primo editio illis fuerit communitatum.

Qua hora ius reddi debeat. Cap. LVII.

Singulis non feriatis diebus de mane in foro Capitolij ius reddatur, circiter tertiam diei horam, & alias secundum temporum mutationem, Conseruatorum arbitrio; & simul Campana audientia consueta pulsari incipiat. Et ne quis ignorantiam prætendere possit, per quartam partem unius horæ pulsetur. Sedere autem debeant Iudices per horas duas continuas, computato tempore, quo sedet Locumtenens ad Tribunal Senatoris. Reliquis autem diei horis, partibus & Notariis informare volentibus, benignas aures præbeant; & die quæ Assertainmentum præcedit, nullatenus à curia Capitolij recedant: alioqui, si istam excusationem non habuerint, poena aureorum decem vice qualibet incurvant.

*De Feriis.**Cap. LVIII.*

Diebus in honorem omnipotentis Dei & Sanctorum eius dicatis, nullatus in curia Capitolii ius redditur, sunt autem qui sequuntur.
Dies omnes Dominicis.

DE MENSE JANVARI.

A Circuncisione Domini usque ad Epiphaniam inclusus.

- 17 S. Antonij Abbatis.
- 18 Cathedræ Romanæ S. Petri Apostoli.
- 20 SS. Fabiani & Sebastiani.
- 21 S. Agnetis Virginis & Martyris.
- 25 Conuersationis S. Pauli Apostoli.
- 29 Indulgentiæ ad Aquam Saluiam.

DE MENSE FEBRVARII.

- 2 Purificationis Beatæ Mariæ Virginis.
- 3 S. Blasij Episcopi & Martyris.
- 5 S. Agathæ Virginis & Martyris.
- 22 Cathedræ Antiochenæ S. Petri Apostoli.
- 25 vel 24 S. Matthiæ Apostoli.

DE MENSE MARTII.

- 7 S. Thomæ de Aquino Confessoris.
- 9 Beatæ Franciscæ Romanæ nondum Canonizatae.
- 12 S. Gregorij Pape.
- 19 S. Ioseph sponsi beatissimæ semper Virginis Mariæ.
- 10 Dedicationis Capelle sancte Crucis in Hierusalem.
- 25 Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis.
- Omnes feriæ sextæ, seu dies Veneris huius mensis.

DE MENSE APRILIS.

- 23 S. Georgij Martyris.
- 25 S. Marci Euangelistæ.

DE MENSE MAI.

- 1 SS. Philippi & Iacobi Apostolorum.
- 3 Inventionis S. Crucis.
- 6 S. Ioannis Apostoli ante Portam Latinam.
- 8 Apparitionis S. Michaelis Archangeli.
- 20 S. Bernardini Confessoris.

DE

DE MENSE IVNII.

- 11 S. Barnabæ Apostoli.
- 13 S. Antonij de Padua.
- 24 Natiuitatis S. Ioannis Baptista.
- 29 SS. Petri & Pauli Apostolorum.
- 30 Commemorationis S. Pauli Apostoli.

DE MENSE IVLII.

- 2 Visitationis Beatæ Mariæ Virginis.
- 17 S. Alexij Confessoris.
- 22 S. Mariæ Magdalena.
- 25 S. Iacobi Apostoli.
- 26 S. Annae Matris S. Mariæ Virginis.

DE MENSE AVGUSTI.

- 1 S. Petri ad Vincula.
- 5 S. Dominici Confessoris.
- 6 Dedicationis Beatæ Mariæ ad Niues.
- 11 S. Laurentij Martyris.
- A Vigilia Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis usque & per totam octauam inclusus.
- 25 S. Bartholomæi Apostoli.
- 28 S. Augustini Episcopi.
- 29 Decollationis S. Ioannis Baptista.

DE MENSE SEPTEMBRI.

- 1 S. Egidij Abbatis.
- 8 Natiuitatis Beatæ Mariæ Virginis.
- 14 Exaltationis sancte Crucis.
- 21 S. Matthæi Apostoli & Euangelistæ.
- 27 S. Cosmi & Damiani Martyrum.
- Dedicationis S. Michaelis Archangeli.
- 30 S. Hieronymi Presbyteri & Confessoris.

DE MENSE OCTOBRIS.

- 4 S. Francisci Confessoris.
- 18 S. Lucæ Euangelistæ.
- 28 SS. Simonis & Iudæ Apostolorum.

DE MENSE NOVEMBRI.

- 1 Omnitum Sanctorum.

Comme

- 2 Commemorationis defunctorum.
- 6 S. Leonardi Confessoris.
- 9 Dedicationis Basilicæ Saluatoris.
- 11 S. Martini Episcopi & Confessoris.
- 18 Dedicationis Basilicæ SS. Petri & Pauli Apostolorum.
- 21 Præsentationis Beatæ Mariæ semper Virginis.
- 22 S. Ceciliae Virginis & Martyris.
- 23 S. Clementis Papæ & Martyris.
- 24 S. Chrysogoni Martyris.
- 25 S. Catharinae Virginis & Martyris.
- 30 S. Andreæ Apostoli.

DE MENSE DECEMBRIS.

- 6 S. Nicolai Episcopi & Confessoris.
- 7 S. Ambrosij Episcopi & Confessoris.
- 8 Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis.
- 13 S. Lucie Virginis & Martyris.
- 21 S. Thomæ Apostoli.
- A Vigilia Nativitatis Domini usque ad Epiphaniam inclusus.
- Dies Cinerum.
- Dies Stationis ad S. Marcum.
- Septem dies precedentés diem Dominicum Resurrectionis Domini, & nouem sequentes.
- Duo dies post Pentecostem.
- Dies Ascensionis Domini cum tribus diebus præcedentibus, quibus Rogationes sunt.
- Dies festivitatis sacratissimi Corporis Domini Nostri Iesu Christi.
- Dies Processionis eiusdem in ecclesia Beatæ Mariæ supra Mineruam.
- Dies octaua eiusdem, quo die S. me. Paulus Secundus instituit singulis Annis per Cameram Vrbis dari vnum Calicem & torcias duas ecclesiæ Sancti Marci, & Candelas Magistratui & officialibus Ro. Po. associantibus ob reuerentiam illius diei, & indulgentias concessit.

*Propter hominum quoque tum publicam cum priuatam utilitatem
& laetitiam, sequentes etiam dies feriati sunt videlicet:*

- Dies decem, diem Cinerum præcedentes.
- Dies Anniversarius Creationis Pontificis viuentis.
- Dies Anniversarius Coronationis eiusdem.
- Dies in quo Officiales Ro. Po. Magistratum ineunt, & in quo Consilium publicum fit.
- Dies ingressus Senatoris cum duobus sequentibus.
- Dies Natalitus Vrbis, qui est vigesimus primus Mensis Aprilis: in his autem, exceptis causis criminalibus, Ius non redditur.

Post

Post octauam quoque diem Mensis Julij usque ad vigiliam Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis propter meses & astiuos calores feriæ inductæ sunt & Vindemiarum tempore, si alter ex litigatoribus, se vel procuratorem suum in Vindemiis impeditum iure iurando afferat, induciæ iudicis arbitrio moderandæ, personarum qualitate pensata tribuendæ sunt. Ab his tamen Messium & Vindemiarum feriis excipiuntur causæ tam summariae, quam executiæ cuiuscunque generis; & causæ omnes appellationum, & nullitatum, & restitutionis integrum: nec non causæ criminales & aliæ à presentibus Statutis exceptæ; in quibus, non obstantibus feriis prædictis Messium & Vindemiarum, Ius petentiæ redditur.

De libelli, sine petitionis oblatione, Litis contestatione, & Dilationibus præfigendis in causis ordinarys: Cap. LIX.

In causis in quibus de maiori summa vigintiquinque ducatorum auri, vel revalorem prædictum excedente, tractatur (si causæ à iure communii, vel ex forma præsentium Statutorum priuilegiis non sint) forma infra tradita procedatur. In primis actor citare faciat reum, iuxta formam supra traditam, ad vindendum productionem petitionis, & respondendum illi, quam actor factò tenet exhibere in scriptis, & altera die vel alias ad libitum actoris, ante tamen productionem articulorum, & testium examen, reo citato ad contestandum item; alias videndum pronuntiari item haberi pro contestata, & ad præstandū præstarique videndum iuramentum calumniæ; eo non comparente vel comparente, & item huiusmodi non contestante, in eius contumaciam lis habeatur pro contestata, & actor iuramentum calumniæ, ut infra dicetur, præstet. Quibus pœnitentiis, producantur positiones vel articuli, inducantur testes, aliaque fiant hinc inde in causa; quæ pro verificatione, seu impugnatione dictæ petitionis respectiæ necessaria fuerint, aut opportuna. Teneatur tamen iudex, si altera pars petierit, dare in causis prædictis tres dilationes partibus ad probandum de eorum iure competentes, iuxta causarum importantian, & difficultatem illarum, videlicet, duas ad probandum, & tertiam ad probatum habendum, per omne genus probationis & perfecti examinis. Quibus dilationibus lapsis, iudex causam expediatur; nec requiratur alia tela, seu ordo iudicarius: & alias prædictis non seruatis, sententia ferenda sit ipso iure nulla. Non possit tamen actor aliquid addere vel detrahere dictæ petitioni, post huiusmodi litis contestationem, seu habitam pro contestata, absque refutatione expensarum; & iudex teneatur totam causam petitionis expedire, absoluendo vel condemnando prout iustum fuerit; alioqui pœnam vigintiquinque ducatorum auri incurrat.

Si copia petitionis iurium vel articulorum petatur, quando recipienda sit. Cap. LX.

Opiam petitionis articulorum iurium, aut aliam quamvis petens, ab haec legge monitus censeatur ad illam recipiendam ad eam diem, quam Notario ad eam

ad eam sibi tradendam supra statuimus : & si non receperit , sibi imputetur , & pro contumace habeatur , & contra illum tamquam contra contumacem in ea actu procedatur : nec sit opus aliqua alia citatione ad illam recipiendam , nisi per eum non steterit , & de hoc protestatus fuerit . Tempora autem dandarum & recipiendarum copiarum in dilationibus pendentibus non computentur .

De exceptione declinationis fori. Cap. LXI.

PRIuilegiati , & qui ius habent declinandi forum , de quorum exemptione notorie non constaret , si citati non comparuerint , & contumaces fuerint , non remittantur nisi refectis expensis contumacia ; & si consenserint in iurisdictionem , & iurisdictione sit prorogabilis , non possint se in eadem causa postmodum à Iudice in quem consenserunt , eximere , vsque ad determinationem effectualemque executionem : & semper in omnibus causis tam civilibus quam criminalibus ab eo qui prius cognoscere cœperit , & iurisdictionem legitime preoccupaverit , prosecutio fiat ; & intimatione legitime & authentice facta , ab altero defistatur : & si quid attentetur , irritum & nullum existat .

De exceptionibus litis ingressum impedientibus. Cap. LXII.

SI ante litis contestationem opponatur à reo exceptio iudicis incompetenter , litis alibi pendentis , Rei iudicatae , iuramenti litis decisiū deferendi , Transactionis , Litis finitae , petiti compromissi , Preposteriori ordinis substantialis , Causæ prejudicialis , Pendentis terminiad perficiendum inuentarium , secundum l. fin. C. de iure deliberandi . Paeti de non petendo , Excommunicationis maioris , Inabilitatis vel etiam illegitimitatis personæ , aut alia per quam per præsentia Statuta audience prohibeatur , vel actio agenti denegetur , super illis discutiatur , & parti opponenti Iudex quinque dierum utrum terminum prefigat , infra quem , si exceptionem non probauerit , per Iudicem ad ultiora in causa procedatur : & exceptiones quæ merita concernere possunt , censeantur ad merita reseruantur .

De excommunicationis aut diffidationis exceptione. Cap. LXIII.

EXcommunicati excommunicatione maior , vel civiliter diffidati , cum constiterit , non audiantur agendo , nisi satisficerint : vel legitime absoluti vel reaffidati demonstrantur :

Excommunicationis , seu diffidationis exceptionem , & alias hic enumeratas opponens , quid implere teneatur , & quando admittatur. Cap. LXIV.

EXceptionem excommunicationis , aut diffidationis , siue in personam aduersarij , siue iudicis quæ probatione indigeat , opponens , post lapsum secundæ dilatio-

dilationis statutarię , nullatenus audiatur , nisi facto deponat ducatos auri quinque penes acta Notarij illico parti aduersę assignandos ; nisi de ea infra tres dies utiles legitime docuerit : post lapsum vero dilationum , seu conclusum in causa , dictę exceptiones presumantur malitiose oppositę , & nullatenus sententię proliferationem impediant . Si vero post lapsum trium dilationum , aut ad impedientiam executionem rei iudicatę , vel aliam quamcumque executionem exceptiones noui pacti , seu conuentionis , liberationis , aut satisfactionis , pendentisque alibi litis opponatur , non audiatur opponens , nisi rem aut summam iudicatam , seu pro qua executio petitur , deponat cum effectu , illico victori confignandum , nisi infra tres utiles dies de dicta exceptione legitime docuerit . Instrumenta autem scripta à Notario diffidato , vel excommunicato , aut si testes in instrumento exhibiti ciuiliter diffidati aut excommunicati dicantur & sint , non vitientur ; similiter nec vitietur sententia , aut laudum latum à Iudice vel arbitro diffidato , vel excommunicato , nisi publice ab omnibus tempore latę sententię vel laudi ut excommunicatus vitabatur .

De termino ad excipiendum contra commissiones , si quæ in causa præsententur . Cap. LXV.

ITATO ad dicendum contra commissionem , siue A postolicum rescriptum , si petierit terminum ad opponendum , is ad primam diem post habitam copiam assignetur : quod si opponatur aliquid , quod probatione dignum videatur , hac lege utriusque parti terminus duorum dierum utrum ad iustificandum & impugnandum , probandum , probatumque habendum , absque alio iudicis ministerio datus esse intelligatur , post cuius lapsum ad reliquos incumbentes actus in causa procedatur .

De iuramento calumniae , & illius forma . Cap. LXVI.

PRincipales personæ , si præsentes sint , per se ipsos iuramentum calumniæ præstent : si vero ab Urbe ultra viginti millaria absint , de qua absentia per iuramentum procuratoris constet , tunc procurator eorum legitimus speciale mandatum ad iurandum de calumnia habens , ad iurandum admittatur , & si altera pars etiam à procuratore aduersario iuramentum calumniæ ex sua persona exigat , ipse quoque procurator , etiam in animam suam illud prestare teneatur ; & si actor à reo illiusque procuratore iuramentum exigat prædictum , non ante reus , vel illius procurator ad excipiendum vel defendendum admittatur , quam & ipsi , ut supra , iuramentum calumniæ præstent : & nihilominus actor contra ipsos procedere possit . In iuramento autem calumniæ præstanto , hæc nominatim & specificè à iurantibus asserantur . Primum , quod non calumniandi animo agit vel defendit , sed quia lis pro parte sua sibi videtur iusta : Secundum , quod probationem non exigit , nisi quam pro veritate sibi necessaria putabit : Tertium , quod nihil dedit aut promisit , dabit vel promitteret iudicibus , vel Notario aut testibus , vel mediatoribus , aut alicui alteri personæ , ut sententia detur :

etur: Quartum, quod calumniandi animo aliquam dilationem non petet: Quintum, quod paetum de quota litis non fecit. Quæ capitula principalibus personis, per Actuarium declarari mandamus: possitque Iudex pro huiusmodi iuramento recipiendo, ad egregias personas vel impeditas, necnon & honestas mulieres Notarium in Vrbe & extra per viginti milliaria, eorum sumptibus, destinare. Notarij, qui in prædictis negligentes fuerint, pœnam aureorum decem vice qualibet incurvant, nec vterius ad scribendum in illa causa admittantur.

De reconuentione. Cap. LXVII.

Si Reus actorem ante litis contestationem, seu habitam pro contestata tam in ordinariis, quam summarisiis (vbi de iure reconuentio fieri potest) reconuerit, in utraque causa pari passu procedatur; & dilationes datae in una, curant in alia: & utraque una eademque sententia, prout iustū fuerit, terminetur.

De positionibus & confessi. Cap. LXVIII.

Actor quandocumque ante lapsum tertiae dilationis à Reo responsum habere voluerit, suas positiones, seu articulos, dispositiue, & ponendo conceperas, suo iuramento parte ad id citata exhibeat, quas notarius parti, contra quam producuntur, nullatenus ante factam responcionem, ostendat; alioqui de falso puniri possit. Quibus productis, moneatur reus personaliter, vel domi copia dimissa, ut supra, ut infra triduum, illis per verbum, credit, vel, non credit, simpliciter, & explicite, ac singulariter singulis, medio iuramento debeat respondisse; cum coimminatione quod eo respondere cessante habebitur pro confessio, super omnibus, quibus de iure respondere tenetur, prout sibi deterius fuerit. Quo contumace existente, dicto triduo elapsso, & eo iterum citato, Iudex eas positiones, quibus reus de iure respondere tenetur pro confessatis, & reum in illis pro confessio haberi, prout sibi deterius erit, pronuntiet: &, si ea die reus compareat, respondendo simpliciter & explicite, ut dictum est, & expensas reficiat, eo ipso contumaciam purgasse censeatur: eo autem die elapsso, vterius ad moræ purgationem admitti non debeat; & idem fiat, si reus responsum ab actore habere vellet. quo casu, si actor in respondendo rei positionibus, moram fecerit; ipse donec sua contumacia durauerit, non audiatur, & tempora dilationum & termini ad ipsius præiudicium currant; & nihilominus si reus maluerit eum pro confessio, ut supra dictum est, haberi, ad ipsius quoque instantiam contra actorem, ut dictum est, procedatur, & unius viæ electio alteri non præiudicet. Responsio autem credulitatis habeatur pro confessione, & non credulitatis pro negatione: nec confessio ex partis alterius absentia impugnari possit, sed perinde teneat, ac si parte præsente & acceptante facta fuisset. Si vero pars, à qua responsum desideratur, tempore cœptæ litis, vel post momentum litem sine fraude à iudicio abesse cœperit, si per quadraginta milliaria, & ultra absens sit, nec illius reditus de proximo speretur, de qua absentia procurator suo iuramento fidem faciat: Tunc procurator, si plene se instruetum iuraverit, & mandatum ad respondentum positionibus saltem in genere ha-

beat

beat, ad respondentum admittatur. Si autem per calumniam, aut intra quadraginta milliaria absens fuerit, & aduersarius dominum vti legaliorem, & eius omnino responsum desideret; possit Iudex Notarium sumptibus absentis ad responsum recipiendum destinare; qui si respondere cessauerit, aut aliter respondiderit quam de iure, & ex præsentium Statutorum forma respondere tenetur, pro confessio, siue actor siue reus sit, ut supra dictum est, habeatur. Illa autem responsio, credit, si de iure probetur, nullatenus admittatur; & qui taliter respondiderit, pro non respondente habeatur, sicut & is, qui ignorare aut nescire responderit.

De negantibus filiationem, & reliqua hic expressa.

Cap. LXIX.

Qvicumque positionibus, siue articulis respondendo filiationem, fraternitatem, matrimonium, dignitatem, officium, tabellionatum, communionem, mortem, vel vitam alicuius negauerit; & contrarium postea fuerit probatum, puniatur in ducatis auri quinque pro vnaquaque positione, ex præmissis. Si vero solutionem, aut satisfactionem debiti sibi factam negauerit, in ducatis auri decem applicandis utroque casu pro medietate Cameræ Vrbis, & pro medietate parti; mulctetur. In quibus per Iudicem in sententię prolatione condemnari debeat: aliás ipse de suo teneatur, & nihilominus pœna prædicta per partem læsam, tam in syndicatu à Iudice, quam ab aduersario, qui negauerit, quandocumque peti possit.

De Articulis & aliis quæ habentur pro admisſis.

Cap. LXX.

Articuli, instrumenta, exceptiones, replicationes, testes, & iura quæcumque à quacumque legitima persona in iudicio, parte legitime citata producantur, ipso iure pet hanc legem censeantur, si & in quantum saluis exceptionibus, & iuribus hinc inde in fine causæ discutiendis, admissa: & si admitti non debebant, habeantur pro non productis, neque admissis, & nullam fidem faciat, neque adminiculum ad mouendum animum Iudicis, & Iudex diffinitive pronuntiando, censeatur omnia obstantia tacite reicisse; &, si articuli medio iuramento dati fuerint, alia materiarum specificatio non requiratur.

De iuramento Testium. Cap. LXXI.

Testes, parte citata induci commissione iuramenti per Iudicem facta, saltem tempore examinis iuramentum in manibus Notarij præstent: Notarius vero, qui illud recipere cessauerit, in ducatis auri quinque pro unoquoque teste puniatur; & damnum parti læsa resarciat, & nihilominus dictum Testis non proberet.

De Testibus recipiendis, vel non. Cap. LXXII.

NVllus in causa sui Collegij in testem recipiatur, & recepto, fides non adhuc beatur, nisi sit persona grauis & fide digna, & nullum in ea causa priuatum interesse praetendat. Diffidata autem Communitate, singulares personæ à testimonio non repellantur.

De numero Testium. Cap. LXXIII.

IN qualibet causa, ultra septem testes non recipiantur super quolibet articulo seu capitulo.

De Interrogatoriis in Testium examine dandis.

Cap. LXXIV.

CItatus ad dandum interrogatoria ad primam & sequentem dies, si post habitam copiam articulorum, vel alterius actus, super quo testes examinari petitur, vel lapsus terminum ad illam recipiendam, per illam & sequentem dies interrogatoria non dederit; sibi imputetur, & testes sine interrogatoriis, sub religione tamen Notarij, & iuxta supra traditam formam de Notariis morosis, diligenter examinentur; nec sit opus alia pronuncia super interrogatoriis dandis: & terminus praedictus intelligatur per hanc legem datus sine iudicantis ministerio. Quocumque autem tempore (examine nondum perfecto) interrogatoria producantur, testes qui nondum examinati fuerint super illis interrogentur; nec admittatur ad testium repetitionem, qui in dandis interrogatoriis contumax fuerit, etiam si illos suis sumptibus repeti petat: interrogatoria autem, si excessiva aut impertinentia sint, iudicis arbitrio refecentur.

Stylus quomodo probetur. Cap. LXXV.

SI stylus allegetur, & de eo dubitetur, is nullatenus per folium subserbentium, etiam quantacumque dignitatis subscriptentes sint, probetur; neque talis probatio quomodocumque valeat, nec miniculum faciat: sed probetur per testes iuratos, ac rite & recte examinatos super articulis & interrogatoriis partium, si dare voluerint; sin autem, sub religione examinantis, ut dictum est.

De Remissionibus rogationibus & compulsionibus pro testibus extra districtum examinandis, & iuribus extrahendis.

Cap. LXXVI.

SI pars aliqua testes ultra districtum se habere proponat, ad quorum exame se petat admitti, vel etiam iura ad causam necessaria habere afferat, & proinde dilationem sibi concedi, seu datam prorogari petat: volumus quod in primis teneatur nominare testes vel iura, & loca, ac exprimere & designare probatio- nes,

nes, quas habere intendit. Quo facto, antequam sibi dilatio detur, deponat personæ Notarium causæ pignora valoris ducatorum auri vigintiquinque assignanda Cameræ pro medietate, & pro alia parti contra quam dilatio petitur, si ap paruerit eum dilationem calumniose petisse: & ex tunc sibi iuxta distantiam loci dilatio assignetur, vel data prorogetur. & intelligatur dilatio calumniose petita, si infra terminum sibi per iudicem assignatum, nominatos testes examine non fecerit, vel examinati nihil de causa probarent; aut iura asserta non produxerit, seu si producta, non id quod asserebat, contineant. Depositum autem praedictum, necessarium non sit, si notorie appareret dilationem calumniose non peti, & iudex hæc sua interlocutoria declarauerit.

De producentibus iura in ultima dilatione. Cap. LXXVII.

SI quis, instrumenta aut priuatas scripturas seu documenta quæcumque in ultima dilatione, quæ ad probandum & probatum habendum datur, produixerit, ne parti, contra quam producuntur, defensio tollatur, volumus quod illi noua dilatio, si petierit, detur; vel data iudicis arbitrio prorogetur.

De testium publicatione. Cap. LXXVIII.

IN quacumque causa, siue ea ordinaria sit, siue etiam executiva, & in quacumque instantia, si testium in causa examinatorum publicatio petatur, per iudicem concedatur, & per Notarium infra tempora superius prescripta, petita copia detur, & à die habitæ copiæ, vel à die quo eā Notarius ei tradere tenuerit, is qui eam petierit, terminum dictum quinque utilium ad opponendum contra personas & eorum dicta, & opposita probandum habeat: qui terminus censeatur & sit per hanc legem absque iudicis ministerio datus: quo lapsu in causa ad incumbentia procedatur: In summariis vero terminum praedictum iudex arbitrio suo moderetur.

De Assettamento illiusque voto. Cap. LXXVIII.

ITem statuimus, quod in omnibus sententiis & articulis, & in his in quibus per presentia Statuta appellare permititur, & quando quis à possessorio ad suspensum petitorum parte opponente transire vellet, de consilio & voto totius Assettamenti, si id ab altera partium petitum fuerit, pronuntietur, & iudicetur; & de tali Assettamento & voto causè Notarius rogari debeat: alijs praedictis non seruatis, sententia ipso iure non valeat, & omnes iudices teneantur fine aliqua mercede seu sportulis votare, pena vigintiquinque aureorum ipso facto incurrienda, imminente: &, si quid datum, vel receptum fuerit, aut promissum pro tali Assettamento & voto, vni vel pluribus iudicibus, sententia sit ipso iure nulla, respectu tantum committentis siuismodi corruptelam, & iudicibus imputetur in corruptelam, & pro corruptelæ delicto irremissibiliiter in syndicatu puniatur, & possit is iudex ab officio remoueri arbitrio Conservatorū. Senator autem iudices pro Assettamenti faciendis, saltē ter in hebdomada.

mada de manu congregare teneatur. Volumus etiam quod in causis in quibus à partibus votum Assettamenti non fuerit petitum, si Iudex aliquod consilium super aliquo ab aliis Iudicibus petat, teneatur illud gratis tradere, ut supra; quo casu Notarii scriptura necessaria non sit, nec tale votum in scriptis redigatur.

*Quod pro Assettamentis etiam in criminalibus, nihil omnino
sollicitatur. Cap. LXXX.*

I Dem in Assettamentis pro causis criminalibus faciendis volumus obseruari, ne quis Iudex aliusque officialis aliquid pro votis in Assettamentis, neque pro ipso Assettamento recipiat, promissione vel facto, sub pena in proximo praecedenti capite contenta: & nihilominus ipsa Assettamenti deliberatio sit nulla; ita quod de novo contra illum pro quo fuit votatum, possit inquiri & procedi ac cognosci de eodem delicto.

De instantiis & fatalibus. Cap. LXXXI.

CVpientes quantum possumus finem litibus imponere, statuimus ut causæ omnes ciuiles, etiam executiæ & suminariæ, coram quibuscumque Iudicibus & Magistratibus & ius dicentibus Capitolina curia, infra Biennium à die litis contestationis, seu pro contestata habita computandum, terminentur; quo biennio elapsso, instantia pereat, & actor condemnetur in expensis, & iudex pœnam vigintiquinque aureorum incurrat: & nihilominus post lapsum instantię, teneatur Iudex ad instantiam rei causam expedire. Volumus etiā, quod instantia perepta, omnia acta præsertim ordinatoria in dicta instantia facta, fidem faciant in quocunque iudicio, & hæc in prima. In secunda autem instantia, fatalia sint mensum sex, à die appellationis interpositæ. In tertia vero, vbi esse contigerit, sint mensum quattuor à die appellationis, ut supra; quibus fatalibus elapsis appellatio deserta remaneat: & nihilominus si appellatus petierit, causa appellationis per Iudicem terminari possit & debeat.

De executione instrumentorum. Cap. LXXXII.

COntra publica instrumenta, per creditorem executioni demandari petita, nulla possit opponi exceptio, nisi dumtaxat falsitatis, simulationis, usurarum, solutionis sive satisfactionis, pacti de non petendo perpetuo vel ad tempus; rei iudicatae, prescriptionis & litis pendente: Quas exceptiones, seu earum alteram, possit debitor opponere, & oppositas probare debeat, infra decem dies vtiles, computandos à die pro qua debitor citatus fuerit, ad videntium productionem instrumenti præfati, seu à die data copiæ, seu ad illam recipiendum præfixa, si reus copiam petierit: qui terminus sit legalis, datus ab hac lege sine ministerio iudicantis, non solum ad probandum, sed etiam ad probatum habendum per omne genus probationis; & non sufficiat Testes in termino iurasse, nisi realiter & cum effectu in termino prædicto deposuerint. quo etiam

etiam termino durante Actor suam intentionem liquidare teneatur. Et si dicta Testium publicari contingat, seruetur quod supra de Testium publicatione traditum est. Quibus diebus elapsis, ad petitionem creditoris seu habentis ius cœsum ab eo, si exceptio aliqua de prædictis non fuerit opposita, seu opposita & non probata, Iudex realiter & cum effectu unica citatione præcedente, dictum instrumentum executioni demandet, vel ipsum non mereri executionem pronuntiet, & sufficiat vel pronuntiasse instrumentum fore exequendum, vel relaxare mandatum executium. Fiat autem executio realis & personalis, prout actor elegerit, & per electionem viuis viæ alteri non præiudicetur; & prædicta locum habeant, & seruentur etiam ad instantiam hæredum creditoris, & contra hæredes debitoris, præterquam quo ad personalem, quo ad illos hæredes, qui beneficio legis & inuentarii tuti sunt.

De executione Apocharum. Cap. LXXXIII.

I Dem modus & forma per omnia seruetur in executione Chirographorum, seu Apocharum scriptarum seu subscriptarum, manu alicuius priuatæ personæ: & contra scribentem seu subscriptentem, illiusque hæredes, sicut publica instrumenta executioni demandentur; etiā quod Apochæ prædictæ careant tempore, loco, causa, & partis præsentia; & si is qui eam scriperit, neget eam sua manu scriptam, & contrarium probetur; negans, si summa sit infra ducentos centum, pœnam ducatorum decem; si supra centum, ad rationem decem ducatorum pro quolibet centenario pro medietate parti, & pro alia Cameræ Vrbis applicandam, incurrat: in quibus, executionis tempore per Iudicem condemnetur, alias ipse de suo teneatur.

*De recognitione Instrumentorum, & Apocharum.
Cap. LXXXIV.*

PUblica Instrumenta, seu scripturæ publica manu scriptæ aut subscriptæ per duos testes, qui manum & scripturam scribentis recognouerint, etiam si non fuerint presentes confectioni talis scripture, intelligentur plene recognita; etiam quo ad illorum executionem petendam. Apochæ vero seu alie priuatæ scripture recognitæ per tres Testes, deponentes ut supra, pro plene recognitis habeantur, etiam quo ad illarum executionem petendam: & nihilominus possit fieri, tam instrumentorum, quam Apocharum recognitio, per comparitionem litterarum, prout iura disponunt. Possit quoque Reus multæ indictæ, & captis pignoribus ad recognoscendum suam manum compelli: vel in contumaciam non recognoscens, ipso & eius procuratore legitime, & ut supra de habendo aliquem pro confessu dictum est, citatis, pro recognita habeti.

De executione Instrumentorum dotalium. Cap. LXXXV.

Instrumenta dotalia donationis propter nuptias, alimentorum, & quæcumque alia documenta, ex quibus aliquid debeatur sub nomine, & occasione dotis, citatis personis, quæ ex hoc principaliter lœdi creduntur, statim ut exhibita fuerint, per Iudicem executioni mandentur contra debitores & eorum hæredes, & quoscunque possessores bonorum tacite vel expresse obligatorum, etiam si tertij possessores sint, & ab obligante causam non habeant; dummodo bona prædicta per obligantem tempore obligationis, aut post possessa fuisse probentur: necnon & contra depositarium dotis, & bona eius; nullaque contra dicta instrumenta exceptio, nisi falsitatis solutionis, sive satisfactionis dumtaxat, opponi possit; quas, sive earum aliquam opponens, infra decem dies vtiles computandos, ut supra de executione Instrumentorum dictum est, deducere & probare, ut ibidem statutum est, teneatur. Quibus decem diebus elapsis, dicta instrumenta executioni mandentur realiter, ac etiam personaliter, quo ad obligatos, eorumque hæredes in omnibus & per omnia, prout in dicto capite est expressum: & per vius viæ electionem alteri nullatenus præjudicetur.

De executione testamentorum, & quarumcumque ultimarum voluntatum. Cap. LXXXVI.

Testamenta, Codicilli, Fideicomissa & quæcumque aliæ ultimæ voluntates, ad instantiam illius cuius interest, citatis iis quorum principaliter interest, si aliqua per eos legitima exceptio infra decem dies vtiles opposita, aut opposita, probata non fuerit, ut supra de executione Instrumentorum dictum est, per Senatorem & Collaterales simpliciter & de plano sine strepitu & figura Iudicij, & omni iuri solemnitate omessa, executioni mandentur, in bonis, quæ per defunctum tempore obitus possidebantur pro omnibus in eisdem ultimis voluntatibus contentis, & præsertim relictis ad pias causas; nec alia pronuntia opus sit, quam declarare testamentum aut aliam ultimam voluntatem esse executioni demandandam, vel mandatum executiuum relaxare: fiat quoque contra hæredem realis, & si non adiuit cum beneficio legis & inuentarij, etiam personalis executio, prout actor elegerit: & vius viæ electio alteri non præjudicet.

De executione Sententiarum, Arbitramentorum & Laudorum. Cap. LXXXVII.

Omnis sententia, arbitrium, arbitramentum & laudum, à quo, vel à quibus appellatum, seu contradicuum non est, seu quæ in rem transferint iudicatam, sive per expressam confirmationem, sive tacitam, ex temporis lapsu resul-

resultantem, per Senatorem & Collaterales ad partis victricis instantiam executioni demandentur: & ex arbitriis, arbitramentis & laudis descendantibus ex compromissis, cum poena vel fine, oriatur actio & exceptio, sicut ex sententia Iudicis ordinarij, quæ transuerit in rem iudicatam: & si reus monitus, ut dictæ sententia arbitrio, arbitramento, & laudo parere debeat, infra octo dies non paruerit, aut de causa rationabili legibus approbata, quod parere non debet minime docuerit, relaxetur contra eum citatum, mandatum executiuum realiter & personaliter excendum; & per vius viæ electionem, alteri non præjudicetur. Si vero sententia, arbitrium, arbitramentum, seu laudum, per Iudicem ad quem, fuerint expresse confirmata, ipse etiam confirmans suam sententiam exequi possit, ut infra tradetur.

De causis summariorum. Cap. LXXXVIII.

Summariæ causæ sunt omnes, in quibus de summa infra ducatorum auri vi-gintiquinque, vel de re valorem prædictum non excedente, agitur. Item & causæ Cameræ Vrbis, & Fisci Romani Populi, necnon possessoriæ omnes, & interdictorum, & alimentorum. Item & omnes causæ, quæ iure communi summariorum sunt, vel ex forma præsentium statutorum disponitur, ut in illis summariorum procedatur: necnon causæ Aduenarum & Clericorum, qui forum rei sequi coguntur virtute reassertionis, aut inhibitionis, illis alibi agentibus, factæ. Item causæ locationum quarumcumque, in quibus quæstio dominij, vel possessionis de iure referri non potest: necnon & causæ pensionum, domorum, prædiorum, casalium, prætij herbarum, responsionum etiam vinearum & locorum quorumcumque, censuum & canonū, cuiuscumque summe & quantitatis existant: & omnes causæ, quæ de iure celeritatem desiderant: in quibus causis volumus, quod sine libello, litis contestatione, aut aliis solemnitatibus seu ordinibus iudiciorum, etiam substantialibus, summarie, simpliciter, & de plano, sine strepitu & figura iudicij, sola facti veritate inspecta, omni iuri solemnitate omessa (seruata in probationibus æqualitate) procedatur. Item & causæ Ecclesiarum, Hospitalium, miserabilium personarum, & mercedis, in quibus non solum modo præmisso, sed etiam, si iusta subsit causa, extra iudicia liter omnibus diebus, etiam festis, præterquam in honorem Dei indictis, & omnibus horis Iudicis arbitrio procedatur.

De generali forma procedendi in Summariis, ubi alia forma à Statu tradita non est. Cap. LXXXVIII.

Actor citato reo, suam verbalem petitionem, qualem qualem per Notarium in actis describi & redigi faciat, & si iterum & tertio reus citatus contumax fuerit, pro re vel summa petita, contra eum tamquam contumacem, mandatum executiuum relaxetur, & executio fiat, iuri ordine seruato: & si reus adhuc in contumacia persistenter, procedatur ad subhaftationem & deliberationem pignorum, usque ad integrum satisfactionem summæ petitæ, ut infra

de executione Iuris ordine seruato traditur. Si vero reus comparuerit, & expensas contumacię refecerit, audiatur: executio tamen (si facta fuerit) non renocetur, sed stet usque ad finem litis, vel usque quo reus idoneum depositarium dederit: & si reus actoris intentionem confiteatur, detur ei si petierit terminus ad soluendum dierum decem. Si vero actoris intentionem negauerit, & actor illi iuramentum litis decisum deferre voluerit, cogatur reus aut jurare, aut referre; & si jurare cessauerit, Iudex referat actori, & reum ad soluendum per mandati executiū relaxationem cogat: & si actor ex delatione iuramenti à reo facienda iurare noluerit, absoluatur reus; & si neutra partium sacramentum deferre petierit, Iudex det partibus (si altera petierit) terminum dierum quinque utrum ad probandum: quo termino elapso, causam expediatur, vel reum absoluendo, vel contra eum mandatum executiū relaxando, prout iustum fuerit. Posset etiam in predictis via Monitorij procedi, & tunc articuli, si dabuntur; sin autem monitorium ipsum loco petitionis, & pro petitione attendantur. Iuramentum quoque calunnię, si petatur, præstari debeat, ut supra in ordinariis est expressum; & si attestationum publicatio petita fuerit, seruentur ea quæ supra de publicatione in ordinariis traduntur.

Quod forma procedendi in Summariis seruetur coram omnibus Consulibus artium. Cap. XC.

P Rædictam in Summariis causis procedendi formulam seruari mandamus coram omnibus Consulibus artium in quibuscumque causis coram ipsis quomodocumque & qualitercumque, etiam in vim rescriptorum Apostolicorum, si in eis alia forma tradita non sit, vertentibus. Cassantes, irritantes & annullantes quascumque alias formulas per eorum particularia Statuta traditas, ut iudicaria formula ad unam consonantiam, quantum fieri poterit, reducatur; exceptis Statutis nobilis artis Agriculturę Vrbis, quæ tam in procedendo, quam in decidendo, in eorum foro seruari mandamus.

De forma procedendi in causis Interdictorum & Possessoriis. Cap. XCI.

I N causis Possessoriis & Interdictorum, actor citato reo, suam petitionem exhibeat in scriptis; qua exhibita, siue reus item contestetur, siue non, actor sibi incumbentia probet, & productio articulorum, seu materialium specificatio, vel etiam iurum productio, pro contestatione habeatur: in reliquis procedatur, prout supra de generali forma procedendi in summariis traditum est.

Si plus

Si plures contendant se eandem rem possidere. Cap. XCII.

S I plures de eadem possessione contendant, & nullus eorum velit agere, sed altercantes inter se quisque afferat se possessorem, & in possessione esse, & velle infistere, nec de alicuius possessione constet; ad tollendas rixas, quæ inde verisimiliter exoriti possent, Senator, vel eius Iudices, ex suo officio, sequentia vel ad se auocata possessione, terminum utriusque parti quinque dierum utrum ad docendum de eorum possessione statuat; & illum qui melius aptius que de actuali possessione, & eius iure docuerit, in possessione manuteneat atque defendat, etiam manu militari, si opus fuerit, & succumbentem ad cauendum cogat de non turbando nec molestando ulterius via facti: necnon eidem ad agendum, siue super possessorio ad recuperandam possessionem amissam, siue alio remedio, vel interdicto à iure, vel Statuto prodicto, terminum duorum mensium statuat: quo elapso ad partis petentis instantiam, si agi cœptum non fuerit, quo ad possessorium, perpetuum imponat silentium, dictaque causam retinendæ possessionis omnino quacumque appellatione reiecta, infra viginti dies utiles terminet: alias pœnam vigintiquinque aut eorum tempore syndicatus de suo salario retinendorum incurrat.

De dubitantibus ad rem possidam accedere. Cap. XCIII.

T Eneantur Senator, & eius Iudices, cui libet dubitanti accedere ad rem immobilem, quam possidet, dare Mandatarium, vel Marescallum, qui cum associet ad requisitionem petitoris, nisi aliud de iure obstaret.

Si fideiussor, vel expromissor se eximi ab obligatione, vel sibi pro indemnitate caueri petat. Cap. XCIV.

F Ideiussores, aut expromissores, qui se obligauerint pro aliquo, si iuxta formam infra suo loco traditam, sibi succurri velint, Iudicem adeant; qui cattatis illo pro quo se obligauerint, & aliis quorum interest, si iij cessauerint eum à fideiussione eximere, aut fideiussorem de relevando indemnum præstare, unica citatione præcedente, contra eum pro quo facta est fideiussio, vel expromissio, mandatum executiū realiter & personaliter exequendum relaxet; & per ynius viæ electionem alteri non præiudicetur.

De causis mercedum. Cap. XCV.

I N causis mercedum ubi de summa scutorum decem non excedente agitur, non audiatur reus, nisi actuali deposito facto, aut in pecunia, aut mobilibus plus valentibus: à summa vero decem usque ad quamcumque summam, similiiter non audiatur, nisi dato fideiussore de iudicium soluendo.

De causis infra summam scutorum decem. Cap. XCUI.

CAUSÆ, quæ infra summam scutorum decem coram Senatore, & illius Colateralibus tantum, & præsertim inter pauperes & miserabiles personas, vertuntur, omni prorsus appellatio ne remota, terminentur, & celeri execu-
tioni demandentur.

De conuento pro re mobili non possidente immobilia.

Cap. XCUII.

Si, qui conuenit pro re mobili in specie, non possideat immobilia in Vrbe, nec in illius districtu valoris rei petet, satisdet de iudicio fisti, & de re non permutanda, seu barattada, & quod eam rem exhibebit ante item, & post item, ad omne Iudicis mandatum; quam satisdationem si cessauerit praestare infra terminum Iudicis arbitrio, personarum & rei qualitate pensata, praefigendum, res petita Iudicis arbitrio sequestretur; & in hoc articulo, nullus alius processus, aut iudicialia tela requiratur, nisi tantum praestatio iuramenti caluniae, si petatur: in reliquo autem processu secundum causæ natu-
ram procedatur.

De suspicione fuga. Cap. XCUIII.

Asserenti aliquem suum debitorem fugam parare, seu illum sibi de fuga suspectum esse, mandatum de capiendo non concedatur, nisi extrai-
dcialiter de credito suo Iudicis arbitrio docuerit, ac suo iuramento debito-
rem bona immobilia in Vrbe, vel eius districtu non habere affirmauerit; &
si obligationis dies non venerit, de deterioratione conditionis docuerit;
& tunc mandatum de capiendo debitorem, & eum ad præsentiam Iudicis
adducendo, relaxetur: qui iudex, vt sibi videbitur, creditori prouideat.
Mandati vero & executionis impensa per creditorem sine spe repetitionis
fiat: sed si reum citari fecerit ad cauendum, & in illius contumaciam ip-
sum de fuga suspectum iurauerit, quod hoc casu sufficiat; tunc nisi is de-
bitor docuerit se possidere in Vrbe, vel districtu immobilia vel mobilia,
que de facili amoueri non possint, equivalentia tamen; vel dato idoneo fi-
deiufo de stando iuri, & se presentando, cauerit; mandatum contra-
eum relaxetur, & ipse reus propter ipsius contumaciam, ad expensas om-
nes teneatur. Quandocumque autem reus ipse de stando iuri & se repræ-
sentando cauerit, illico relaxetur, & causa inter eos pro illius qualitate
pertractetur.

Dein.

De Instrumentis & cautionibus vi vel metu factis. Cap. XCIX.

Si quis in priuatis Carceribus, aut alijs à non habente Iurisdictionem deten-
sus, seu aliter vi, vel metu coactus, obligationem aliquam, aut aliquod In-
strumentum, cuiuscumque generis contractus, seu etiam quietationis & li-
berationis, in fauorem carcerantis, detinentis, aut vim vel metum inferentis,
seu filiorum, vxoris, aut consanguineorum, seu familiarium illius, fecerit, cele-
brauerit vel emiserit: seu alium pro se obligari, vel fideiubere fecerit; & de his
vel aliquo prædictorum querelam coram Senatore vel suis Iudicibus exposue-
rit, & per quinque viros idoneos Testes de publica fama deponentes dictam car-
cerationem, detentionem, vim, metumue probauerit, Senator & Iudices præ-
dicti summarie, simpliciter & de plano, sola facti veritate inspecta obligatio-
nes, contractus, liberationes & instrumenta huiusmodi aboleri & cassari man-
dant: ita & taliter vt prædicti obligati seu contrahentes plenissimam, perpe-
tuamque liberationem, & in pristinum statum restitutionem consequantur:
& nihilominus prædicti carcerantes, detinentes, vim vel metum inferentes pœ-
nis statutariis, & Iuris communis pleuantur.

De compromissis.

Cap. C.

IN causis, in quibus via executiva non proceditur; inter consanguineos utrius-
que sexus, vsque ad tertium gradum, de iure Canonico computandum inclusi-
ue; & inter sacerdotum & generum, socrum & nutrum, priuignum & nouercam, &
inter alios affines primi gradus, affinitate durante, ad instantiam alterius par-
tis petentis, compromissum (si ante litis contestationem vel pro contestata ha-
bitam petatur) fieri mandetur; arbitriique hincinde eligantur, qui eius condi-
tionis sint, vt per Senatorem & eius Iudices ad iudicandum postquam accepta-
uerint, cogi possint; & qui alias personas elegerit, vt sunt Clerici, necnon Vaga-
bundi, Brigosi, & similes, calumniose eligere præsumuntur: & si sit is qui compro-
missum fieri petiti, beneficio compromissi priuetur, & Iudex in causa ad ulte-
riora procedat. Si vero sit is, contra quem de compromisso faciendo obiicitur,
Senator, seu Iudex coram quo causa ventilatur, in eiusdem cessantis locum, &
pro eo vnum suo arbitrio eligat. In arbitris autem eligendis, id quoque Iude x
animaduertat, vt personæ idoneæ secundum negotij qualitatem eligantur de
peritis illius artis, & sic de cæteris. Et quoniam contingere poterit, vt arbitri
discordent, volumus vt discordia non exspectata, tertius eligatur, in cuius ele-
ctione seruetur forma infra de electione consultoris Capitanei appellationum
traditæ; iuxta cuius consilium arbitrii discordes pronuntiare teneantur. Volu-
mus etiam vt arbitri, in manibus Iudicis coram quo eliguntur, seu Notarij iu-
rent, se ex bona fide, veritate, & iustitia, aut partium consensu, sententiam om-
nino dicturos. Coram arbitris prædictis quæque pars, infra quindecim dies,
quos ad probandum & probatum habendum per omne genus probationis pre-
senti lege præfixos esse decernimus, suam intentionem iustificet, & infra alios
quinque immediate sequentes, si quid reprobadum duxerint, reprobent. Infra
reliquos autem dies decein, causa per Arbitros terminetur, quæ si terminata
non

non fuerit, in negotio principali, perinde ac si compromissum petitum nec factum fuisset, per Iudicem causæ, ad vltra (causam in statu, in quo ante petitum compromissum erat, reassumendo) procedatur. Posit autem iterum & certio, & non ultra, compromissum peti; Testibus quoque coram arbitris prædictis, ac quibuscumque aliis etiam arbitratoribus, parte citata examinatis, & iuribus hinc inde productis, fides adhibeat, perinde ac si coram ordinario examinati & respectie producta fuissent. Testes vero si sine interrogatoriis partis examinati sint, repeti possint expensis petentis, dummodo durante termino probatorio petatur.

De rerum communium diuisione. Cap. C.I.

Quilibet afferens se cum aliquo rem vnam vel plures, hereditatem aut societatem habere communem, possit illius, seu illarum diuisionem petere, & pro parte eum contingente sibi pro diuiso adiudicari, & super hoc summarie procedatur, & constito Iudici de communione, etiam si aduersarius se possidere neget, interloquendo pronunciet diuisioni locum esse, vel eiusdem pronunciæ loco mandet eligi peritos agrimensores & estimatores secundum rei cuius diuiso petitur naturam, & in locum cessantis eligere, & pro eo, ipse Iudex eligat peritum, qui sic electi, habita adiacentia bonorum & commoditatibus partium consideratione, vt melius potuerint, portiones facere debeant, etiam mandando vni aut alteri vt pecuniam reficiat, aut vnam portionem gravuando ad tradendum alteri certam summam, si aliter diuiso commode fieri non posset, & alias prout eis pro iustitia visum fuerit expedire: & si plura bona essent communia, & unus diuisionem vnius rei, alter omnium diuisionem petret, omnia diuidi debeant, vt supra; & exinde Iudex, peritorum relatione habita, si partes alias concordes non sint, sorte immissa, portiones ipsas, prout cuique fors tulerit, pro diuisis adiudicet, ipsasque partes ad diuisionem obseruandam, etiam per præstationem fideifforum de non molestando alterutram partem in portione assignata, iuris & facti remedii opportunis cogat & compellat, & dictam diuisionem omnino faciat obseruari: quam diuisionem volumus etiam per minores & pupilos, & corum nomine à legitimis personis, peti posse & fieri debere, eis portionibus adiudicatis, prout melius & utilius visum fuerit.

Quod diuiso facta sit valida. Cap. C.II.

Si ostendatur diuisionem aliquam factam esse inter fratres aliquos, seu consortes, de aliquo castro, terris, casalibus, vineis, possessionibus, dominibus, aut aliis locis tam intra quam extra Vrbem, siue ea sit communis consensu facta, siue de Iudicis mandato, non possit irritari, retractari; seu in dubium reuocari; immo Iudex ad petitionem alterius partis, cogat molestantem, etiam per præstationem cautionis, omnibus iuris & facti remedii, summarie, vt de causis sum mariis dicitur, ad illius obseruationem, vt in præcedenti capite dictum est: & Iudex, qui in prædictis negligens fuerit, puniatur in ducatis auri quinquaginta, de suo salario & tempore syndicatus retinendis.

De

De diuisione rerum Emphyteoticarum. Cap. C.III.

Habentes domum, solum, ortum, vineam, agrum vel rem aliquam communem, sub proprietate alicuius personæ vel loci, in emphyteusim concessa, possint talem rem inter se diuidere, sine consensu domini proprietarij: iure tamen ipsius proprietarij integro remanente; nec propterea res locata incident in commissum.

De servitute prospectus. Cap. C.IV.

Nullus contra antiquam debitam seruitutem, seu contra conuentiones & pacta in aliqua domo, casaleno, siue loco, ædificium ex quavis materia construat aut apponat, per quod vicini impediatur aspectus: Qui contrafecerit, non solm diruere cogatur, sed poenam vigintiquinque ducatorum aucto fisco applicandam, incurrat: aliis vero libere suum tollere ædificium & ædificare permittitur.

De itinere actuque priuatis, necnon & Via publica. Cap. C.V.

Nullus ædificet, construat, aut quicquam aliud quoquo modo faciat aut apponat in aliqua via publica vel communi, seu vicinali; aut in ponte publico vel priuato, per quod vsus ipsius loci impediatur: Et qui contrafecerit, viam & locum ipsum suis sumptibus liberare, & in pristinum restituere teneatur, & poenæ nomine, fisco auricos quinquaginta persoluat: Viæ autem vicinales in rusticis prædiis debeant esse palmorum decem ad mensuram Senatus, nisi aliud sit expressum.

De Stillicidio seu Canali. Cap. C.VI.

Nulli licet habere stillicidium, siue canale per quod collectæ pluviales aquæ prope ianuam alicuius casitent, nisi constet eam impositam fuisse seruitutem à vero domino.

De pariere communis. Cap. C.VII.

Si aliquis paries fit inter aliquos communis; licet vnicuique in eo trabem seu lignum immittere, & ex eo utilitatem capere; & etiam si vicini luminibus officiatur, altius tollere.

De refectione rerum communium. Cap. C.VIII.

Quilibet habens molendinum, furnum, carbonarium, pontem, puteum, prierem, aut quid simile cum alio communem, possit consortem cogere (si res reparatione aut refectione indigeat) ad contribuendum pro rata, & ad prædicta summarie,

summarie, prout de causis summariorum dictum est, per aditum Iudicem procedatur; & iuris & facti remedii cessans compellatur.

De Emptione & venditione. Cap. CIX.

SI una eademque res duobus vendita fuerit, illa venditio, per quam in emptorem vere vel facte possessio prius transalata fuerit, firma sit & valida: & de hoc summarie, vt de causis summariorum dictum est, cognoscatur, & possessor in possessione omnibus modis manuteneatur. Reliquae vero venditiones irritae sint & nullae; & Senator illiusque Iudices cogant summarie venditorem, illiusque heredes ad restituendum pretium secundo emptori, vel primo, quatenus secundus in possessione vere vel facte primum præuenisset: & de hoc cognoscatur summarie, vt supra; & nihilominus talis venditor pœnam quinquaginta aureorum incurrat; & si capi poterit, carceretur, inde non relaxandus, donec cum effectu & parti satisfecerit, & pœnam soluerit: & executio realis & personalis fiat prout Actor, vel Fiscus elegerit.

De Venditionibus quæ per Consortes fiunt. Cap. CX.

Si quis rem aliquam cum altero communem habeat, etiam cum pacto de non diuidendo. & partem suam vendere voluerit, teneatur consorteum requirere, si velit suam partem emere pro pretio cum alio vere, & non facte conuento (de quo etiam si consors requisitus voluerit per utriusque iuramentum, emptoris scilicet & venditoris, constare debeat) vel pro iusto pretio, vbi de eo cum alio non conuenerit: & si requisitus cessauerit per dies quinque à die interpolationis numerandos, declarare, & se obligare de implenda conuentione, vel soluendo pretio; & intra alias sequentes viginti dies non impleuerit, vel non soluerit: tunc possit ipse requirens portionem suam cuicunque alteri libere vendere.

Si venditor rem venditam tradere, aut emptor recipere cesse. Cap. CXI.

Qvicumque vendiderit rem alicui, & cesseret, aut nolit tradere, si emptor premium soluerit, vel cum effectu soluere paratus fuerit, condemnatur, & praefixa cogatur venditor ad rem tradendam, si rei tradendæ facultatem habeat: alioqui quanti emptor sua in teresse, Iudicis taxatione præcedente, iuraverit, condemnatur: quod tamem interesse duplum pretij constituti excedere non possit: Et idem seruetur contra emptorem, si post rem traditam aut traditam oblatam, premium conuentum soluere cesseret. Atque in istis summarie, vt dictum est, procedatur, non obstante alio Statuto de pœnis conuentionibus non exigendis.

De

De Arrhis. Cap. CXII.

Datio Arrhæ in quolibet contractu perficiat emptionem, & contractum; nec liberetur emptor, volens arrham amittere, nec venditor, volens eam reddere duplicatam; & in vino quod degustatum fuerit, arrhæ traditio faciat omne periculum ad emptorem transfire. Macellarij quoque siue arrham dederint, siue animalia signauerint, emissæ intelligentur, & pretium soluere summarie cogantur.

De alienatione rerum Pupillorum seu Minorum. Cap. CXIII.

Si aliquam alienationem bonorum immobilium, seu iurum Pupillorum seu Minorum, per eos cum auctoritate Tutorum vel Curatorum ipsorum, seu ab eisdem Tutoribus vel Curatoribus fieri contingat; fiat cum Iudicis Decreto, & interuentu duorum coniunctorum Proxiñiorum, iuramento approbantium, non esse in præjudicium ipsorum Pupillorum seu Minorum, & illis deficientibus, alterius legitimi curatoris ad hunc effectum specialiter deputandi; causa in scriptis ipsi Iudici expressa, & insinuata ac plene cognita: & ita facta valeat, & teneat, dummodo constet eam cessisse in evidentem utilitatem ipsorum Pupillorum seu Minorum: alioquin nulla & inutilida censeatur.

De Venditionibus à decoctis factis. Cap. CXIII.

VEnditio, vel donatio, seu cuiuscumque alterius generis alienatio, facta ab aliquo, qui dictus fuerit decoctus, seu fallitus, vel ab uxore, nuru, vel alio habente causam ab eo, de bonis & rebus ipsius decocti, simulata præsumatur; & præsertim si alienans, vel decoctus post alienationem, illa possederit, vel alienatio in consanguineum facta fuerit, & vt simulata summarie, vt dictum est, ad cuiuscumque interesse habentis instantiam reuocetur. Idque locum habeat siue alienatio huiusmodi facta fuerit ante, siue post decoctionem dummodo eo tempore facta sit, quo pro decocto communiter habebatur, licet adhuc non latitaret; quod probari sufficiat per publicam tantum famam, & communem opinionem.

De Venditionibus factis ab Accusatis seu Inquisitis. Cap. CXIV.

VEnditio, vel alienatio quæcumque, facta ab Accusato, vel Inquisito de criminis capitali, seu publico, non valeat in præjudicium Fisci, & partis; & instrumentum desuper confectum, in fraudem factum, & simulatum esse censeatur.

Ut nullus bona Cameræ emere cogatur. Cap. CXV.

Nullus in Urbe sal, vel animalia; aut alia bona Cameræ, inuitus emere cogatur.

G

vt

Ut emens bona Cameræ, defendatur ab ea. Cap. CXVII.

EMENS bona mobilia, vel immobilia Cameræ Vrbis, defendatur per Cameram, & Camerarium, & in possessione manuteneatur; & in euentum euictiōnis, pretium illi per Cameram restituatur; super quo summarie procedatur, vt supra dictum est.

De Redemptoribus Litium alienarum, & de pacto quœta litis.

Capit. CXVIII.

LITIS alienæ redemptor, qui post litem motam quocumque colore & titulo, res, seu actiones in iudicium deductas, in se & sua potestati subiectos, vel de sua familia transferri publice, vel occulte fecerit; & qui de litis quora pactū fecerit, perpetuo infamia sit, & omnne lucrum & commodum, quod exinde prouenerit, turpe & illicitum censeatur, & ab eo auferatur, & illud ac tantundem de suo, Cameræ Vrbis applicetur, & defuper Senator ad cuiusque etiam secretam denunciationem inquirere teneatur: & ad hoc probandum sufficiat publica fama, per tres idoneos testes probata, aliquali iudicio præcedente.

Quod Venditor cogatur facere, vt emptor libere possideat.

Caput CXVIII.

IS qui rem vendidit, & eius hæredes, modis omnibus cogantur facere, vt emptor rem pacifice, & quiete possideat, & omnes molestias tollat, onera libere, & molestantes faciat consentire, & Iudex aditus super præmissis, venditorem, illiusque hæredes ad prædicta summarie, vt dictum est, procedendo, iuris & facti remedii opportunis etiam lite pendente cogat, etiam ad pretij (si emptor voluerit) restitutionem, ac damnorum & interesse, iuramento partis, Iudicis tamen taxatione præcedente, liquidandorum fatiſcationem: quæ dannata quantitatem pretij non excedant, nisi tunc conuentus denuo cum idoneo fiduciōlo caueat de conseruando indemnem ipsum emptorem.

De euictiōnibus. Cap. CXX.

IN promissionibus de Euictione, possit apponi pœna dupli, secundum antequam & obseruatam Vrbis consuetudinem; & illa in euentum contrauentionis exigi possit; non obstante quod pœnae conuentionales, nisi quatenus interfit, exigi non possunt, vt infra dicetur.

De locatione & Emphyteosi. Cap. CXI.

NON liceat conductori vel emphyteotæ, qui pluribus annis pro re conducta seu in emphyteosim accepta, pensionem domino soluerit, referre suo locatori.

locatori, vel eius hæredi, aut ab eo causam habenti, dominij quæstiōnem, etiam si per aliquot annos in solutione cessando, quasi possessionem interuerterit: sed cogatur per Senatorem, & eius Iudices summarie, vt dictum est, actorem in quasi possessione reintegrare, & de pensione seu fructuum parte, domino praedito, seu eius hæredibus, & ab eo causam habentibus respondere.

Quod res ad longum tempus & in Emphyteosim conductæ, pro dote obligari possint. Cap. CXII.

RES ad longum tempus, seu in emphyteosim conductæ, pro dote & donatione propter nuptias, absque domini consensu obligari possint, pacto non obstante: iure tamen directi domini integro permanente, nec propter hanc obligationem res ad dominum reuertatur: si tamen ex causis legitimis locatio disoluatur, domino ius illæsum remaneat.

Quod colonus partiarius vineæ, requirat in vindemias locatorum.

Cap. CXIII.

VINEÆ Colonus partiarius, non vindemiet, nec mustum exprimat, nec amoueat, nisi prius locatori, aut, eo absente, illius procuratori per duos dies antea, vindemiam denuntiauerit, & mustum cum eo diuiserit: alioqui domino teneatur ad duplum, iuxta estimationem per peritos faciendam, & in hoc summarie procedatur.

Quod Emphyteosis finita relocetur successoribus.

Cap. CXIV.

LOcationes ad certam generationem, contractus Emphyteotici & Liuellarij, si tempore aut ex defectu generationis finiantur, iisdem partis, conditionibus & tenoribus relocentur, & concedantur successoribus, de eadem genealogia & sanguine, extraneis hæredibus & singularibus successoribus exclusis; & ad id directus dominus omnino compellatur.

De Feudis. Cap. CXV.

IN feudis seu officiis, quæ concessa sunt alicui ratione alicuius officij, exercitij vel professionis, non succedant hæredes extranei: filij autem, ita demum si sunt eiusdem exercitij & professionis, & si tempore delata successionis, filij eiusdem exercitij & professionis non fuerint, & aliquo tempore de exercitio & professione efficiantur, feudum ab eo tempore, quo habiles fuerint, ad eos pertineat. Alia vero feuda quæ non ratione officij seu professionis conceduntur, ad filios tam masculos quam feminas, & ad extrancos quoque hæredes transcant,

transant, & durent, nulla etiam inuestitura præstita, aut petita; teneantur tamē hæredes ad ea præstanta, ad quæ defunctus tenebatur.

Si de feudo fuerit controversia. Cap. CXXVI.

Si quæstio fuerit inter Dominum & Romanum ciuem habentem feudum, de ipso feudo, causa in curia Capitolina cognoscatur, & terminetur; si autem inter feudatarios lis sit, quæstio in curia Domini ventiletur. Quod si Vassalli in Dominum conspirauerint, teneatur Senator Domino, iuris & facti remedii opportunis, etiam contra singulos se à iurisdictione, vel vassallagio eximere volentes, iustitia mediante subuenire.

De feudis pro dote obligandis. Cap. CXXVII.

In quacumque re feudaliter fuerit facta Dotalis obligatio, defendatur mulier non obstante quod de feudo non reperiatur facta concessio, siue infeudatio, dummodo obligans spatio xxx. annorum feudum ipsum possederit.

De Pignoribus & hypothecis ac priuilegiis creditorum in personali. Cap. CXXVIII.

Si plures creditores hypothecarij sint viuis debitoris, quilibet ex eis in bonis eiusdem inuestiri possit, & in possessionem immitti: in adjudicatione tamen, & in datione in solutum, ille præferatur, qui priora & postiora iura repetitur habere. In bonis autem personaliter obligati, ille præferatur, qui causam habet priuilegiam.

De iure dotis, & quemadmodum constante matrimonio repetatur.

Cap. CXXIX.

Si mulier constante matrimonio dotem repetat, in casibus à iure permisiss, procedatur in causa, iuxta formam supra de causis ordinariis traditam; & si vir dicatur ad inopiam vergere, etiam quod vir & vxor hoc fateantur, non credatur, nisi per testes, & alias probations legitimas de viri inopia probetur.

De Dote à fratribus profecta. Cap. CXXX.

Dots data à fratribus sorori, de bonis propriis fratrum, & non paternis, soluto matrimonio per obitum sororis sine liberis, reuertatur ad dictos fratres dotantes, illorumque hæredes, & sic stipulari debeat; lucro dotali marito (si aliter conuentum non sit) referuato.

De:

De lucro dotis seu donatione propter nuptias. Cap. CXXXI.

Si vxor post consummatum matrimonium, marito superstite, liberis extantibus, decedat, maritus totam dotem lucretur: quam tamen secundum iuris dispositionem liberis, communis matrimonij, referuare teneatur. Libetis autem non extantibus, maritus quartam partem dotis ad vsumfructum & proprietatem lucretur. Si vero maritus, vxore superstite, cum liberis decedat, vxor quantum est quarta pars dotis, pro donatione propter nuptias, ad vsumfructum tantum, de bonis mariti lucretur; pro qua cauere teneatur, quod vsumfructu finito, illam restituet, quibus de iure restitui debet. Liberis vero non extantibus, dictam donationem tam quo ad vsumfructum quam quo ad proprietatem lucretur. Huius autem donationis propter nuptias seu dotalis lucri pactum, semper in instrumentis dotalibus censeatur appositum & stipulatum, nisi expresse de partium contrahentium voluntate fuerit remissum, aut alter conuentum.

Quando donationi propter nuptias seu lucro Dotali locus sit.

Cap. CXXXII.

Dotem seu partem dotis & donationem propter nuptias, vir & vxor, post consummatum matrimonium, ut prædictum est, lucentur siue dos fuerit in pecunia numerata soluta, siue pignore tradito, vel fundo dotali constituto, vel aliter fuerit de ea marito satisfactum. Et si dos simpliciter per mulierem vel alium per ea promissa fuerit, & promissori ad soluendum dilatio data: si ea dilatione pendente, huiusmodi matrimonium, per obitum viri vel vxoris solvatur; lucrum prædictum superstiti acquiratur.

Soluto matrimonio, intra quantum tempus Dos & donatio propter nuptias solui & restitui debeat. Cap. CXXXIII.

Mulier, matrimonio soluto, donationem propter nuptias ante sex mens es elapsos, à die obitus mariti petere non possit; quod & in repetenda dote, si ea in pecunia consistat, seruari volumus: interim tamen mulierem in domo mariti, si ibi commode & honeste morari poterit, ali mandamus: vel si ibi commode aut honeste morari non poterit, alimenta (si petierit) extra domum mariti, iuxta infra taxandam summam, exhiberi: sed si dos in immobilibus aut æquipollentibus, vel etiam mobilibus, & se mouentibus consistat, quatenus extent, statim per vxorem peti possit, & ad eam reuertatur.

De in-

De qua parte dotis mulier decedens testari posset.
Cap. CXXXIII.

V Bicumque morte mulieris Maritus dotem lucratur , existentibus filiis , vxor pro anima, de ipsa dote in ultima voluntate possit decimam partem tantum relinquere : alia vero bona sua distribuat sicut sibi permittitur.

De reliquis donationibus inter virum, & vxorem.
Cap. CXXXIV.

D Onatio inter virum & vxorem , sponsum & sponsam non valeat , nec presumatur , nisi in casibus à iure permissis ; sed quo ad annulum subarrhationis , qui debeat esse sine lapide , donatio presumatur & valeat ; & si iuramentum in his prohibitis donationibus interueniat , presumatur dolo & metu extortum , & nihil omnino operetur .

De vestimentis lugubribus, & funeris impensa.
Cap. CXXXV I.

M Ortuo marito , cum liberis vel sine , vxore superstite , si vxori vestimenta lugubria non reliquerit , vxor de bonis viri habeat vestem vnam , & linneos pannos , quos appellant pannum listatum , superiectum , linteamen , peitorale & cingulum , necnon & caligas & crepidas , iuxta personarum & dotis qualitatem . Maritus autem mortua vxore , ultra lucrum dotale supra expressum , habeat pallium & sagum , sive togam vnam , & capitum sive hiratum , similiter iuxta dotis qualitatem , & personæ conditionem : & lucrum prædictum dotale semper intelligatur deducta funeris impensa .

De fructu dotis pro alimentis. Cap. CXXXVII.

D Otis fructus , secundum antiquam consuetudinem , redacti sunt ad rationem septem cum dimidio pro quolibet centenario , & anno , & sic taxentur post moram non solute dotis marito promissæ , & post iudiciale interpellationem per viduam factam pro illius restitutione : necnon & pro alimentis ipsius viduae etiam habentis pignus dotale , ex quo posse percipere fructus loco alimentorum , & non computentur in sortem : & similiter maritus soluto matrimonio cum liberis percipiens ex pignore dotali non computet fructus in sortem , sed sint ipsius pro aliendis communibus filiis , donec dos à quocumque debita restituta sit , si in pecunia debeat .

Si per

Si per Viduam alimenta petantur. Cap. CXXXVIII.

Si per Viduam alimenta petantur , Iudex exhibito instrumento dotali , siue iudicium super dotis repetitione fuerit intentatum , siue non , omni mora postposita , citatis his quorum interest , mandet hæredibus mariti vel saceri , aut aliis pro dote obligatis , ac quibuscumque possessoribus bonorum tacite vel expresse pro dote hypothecatorum , quæ per maritum tempore obligationis possidebantur , vt alimenta , iuxta præsentium Statutorum formam vno quoque mense infra triduum persoluant ; quod nisi fecerint , unica citatione præcedente , contra eos mandatum executiū , realiter & personaliter exequendum , relaxet ; nisi hæredes beneficio legis & inuentarij sint tuta , (quo casu realis tantum fiat executio) tam super mobilibus , quam immobilibus bonis , iuribus & actionibus , ad mulieris electionem : & si infra triduum aliqua exceptio opponatur , tunc præstata per mulierem idonea cautione , de restituendis alimentis in casum succumbentiae , Iudex mandatum executiū contra prædictos decernat & exequatur , vt supra ; non obstante quod forsitan infra tempus ad conficiendum inuentarium , aut etiam pendente causa discussionis , per Viduam peterentur , cum satis per dictam cautionem soluti consultum sit .

Si alimenta per vxorem à viro petantur. Cap. CXXXVIII.

Si mulier , se à viro ex domo ciectam esse , vel debita sibi alimenta non præstari , aut inciules illius mores sufferre non posse conqueratur ; Iudex super hoc aditus , exhibito coram eo instrumento dotali , mandet marito , ut alterum de tribus faciat & impleat ; vel scilicet vxorem suam recipiat , præstata cautione , quod eam maritali affectione pertractabit , & quod ultra quam deceat , non offendet ; vel dotem in instrumento dotali descriptam , in loco tutto collocet , vt ex illius fructibus mulier se , suosque alat ; aut ipsi mulieri tribuat competentia alimenta , iuxta supradictam formam , de semestri in semestre , in principio : & pro prædictis , unica citatione præcedente , mandatum executiū realiter & personaliter exequendum , relaxet ; quod mandatum astringat etiam Sacerum citatum , & bona illius . Possint tamen contra mulierem legitimæ exceptiones opponi & probari infra quinque dies utiles ; quibus claphis , si oppositæ non fuerint , exequatur vt supra : si vero fuerint oppositæ , non tamen plene probata , fiat executio , cautione de restituendo præstata , vt in proximo prædicti capite est prouisum : & si interim maritus vxorem receperisset , & iterum dissidium intercederet , vires mandati semel relaxati , in suo robore permaneant . Præsumatur tamen mulier alimenta , toto tempore quo in domo mariti & saceri permanserit , de bonis mariti vel saceri habuisse , nisi ipsa contrarium probet .

De

De alimentis à Patre Liberis, & ex contrario, & per quemcumque præstandis. Cap. CXL.

Si per filium alimenta à Patre petantur, vel per Patrem à liberis, causa summaria per aditum Iudicem cognoscatur, & si illis decernendis locum esse viderit, illa decernat & de semestri in semestre solui mandet. Cæteris autem quibus aliquo iure alimenta debentur, vbi Iudici consenserit illis alimenta deberi, Iudex menstrua decernat, nullumque opponentem exceptionem contra semel decreta alimenta audiat, nisi actuali deposito facto: alioqui pœnam vingtiquinque ducatorum incurrat, & in his omnibus summarie procedatur.

Quod filia feminæ, vel neptes paterno & aucto testamento acquiescant. Cap. CXL I.

Filiae feminæ, vel neptes natæ ex filiis seu filiabus præmortuis, dotatæ à patre vel auro, sint contentæ dotibus, quas pater vel auus earum, in testamento vel alia ultima voluntate, seu inter viuos dederit, vel reliquerit, nec occasione Falcidiæ, seu supplementi debiti iure naturæ, possint aliquid petere ab hæredibus patris vel aui de Agnatione etiam transuersali, ultra id quod pater vel auus earum reliquit, seu dedit in vita; sed semper testamentum & ultima voluntas patris & aui robur habeat, nec possit per ipsas filias & neptes seu ipsarum hæredes, per quamcumque viam seu alio modo impugnari; non obstante iure Canonico, Civili, & Constitutionibus in contrarium facientibus; salua tamen filiali successione ab intestato, secundum formam infra traditam.

De filiis in conditione positis. Cap. CXL II.

Filiij positi in conditione fideicommissi, censeantur ad fideicommissum tacite vocati.

Filiis illegitimis quantum relinqui posse, legitimis non extantibus. Cap. CXL III.

Iceat cui Romano non habenti filios legitimos & naturales, seu nepotes, seu pronepotes, ex eis per rectam lineam descendentes, filiis suis naturalibus, spuriis seu quomodolibet illegitimis, pro substantiatione eorum, medietatem bonorum suorum inter viuos donare, & in ultima voluntate relinquere.

Filiij

Filiij legitimati quantum ex testamento, vel ab intestato capere possint, statibus legitimis. Cap. CXL IV.

Cui Romano habenti filios legitimos & naturales, seu nepotes vel pronepotes, per rectam masculinam lineam descendentes, & filios spurios, seu quomodolibet illegitimis, per habentem potestatem legitimandi legitimatos, non licet in testamento vel quavis ultima voluntate, eisdem illegitimis relinquere plus quam vni ex legitimis, cui minus relinquet. Si vero dicto testatori filia legitima & naturalis superesset, seu frater carnalis coniunctus ex utroque parente, vel ex patre tantum, seu nepotes ex fratre predicto, tunc non possit idem testator eisdem legitimatis, nisi medietatem suorum bonorum relinquere, & non ultra. Ab intestato vero si dicti legitimati plenissimam legitimationem habuerint, non plus quam supra dictum est in casibus predictis capere possint.

De successionibus ab intestato. Cap. CXL V.

Si quis deceperit intestatus, relictis filiis masculis, seu filio vel nepote ex filio masculo sibi præmortuo, & superstibus filiabus feminis, una vel pluribus, maritatis & dotatis; ipsæ filia feminæ nuptæ in aliquo non succedant patri, sed sint contentæ dotibus pro eis datis. Si vero dictæ filia feminæ peruerterint ad viduitatem; tunc reuertantur cum dote & fructibus dotis ad domum paternam, si voluerint, & habeant de bonis paternis in eadem domo congrua alimenta secundum facultatem & potentiam domus: fructus tamen dotis, dum alimentantur in domo paterna, debeant esse fratrum, seu hæredum patris: & quod dictum est de filiabus, intelligatur de neptibus natis ex filiis seu filiabus maritatis & dotatis: Et idem iuris esse volumus in filiabus & neptibus non maritatis, nec dotatis, quibus non est constituta dos per patrem vel auum in sua ultima voluntate; dummodo frater germanus, siue patruus, sit paratus cum effectu dotare sororem, seu neptem ipsam de paragio, secundum conditionem illorum de domo sua, & facultatem patrimonij: alioqui succedant dictæ mulieres cum masculis, prout iura disponunt. Quæ filia vel neptes ab una ex predictis personis dotatae, vel si una ex predictis personis sit parata eas dotare, in casibus supradictis nec matri nec auiæ ab intestato succedant.

De successione fratrum. Cap. CXL VI.

Defuncto fratri sine filiis ab intestato, germani fratres, tam utrinqe coniuncti, quam ex patre tantum, illorumque filij masculi in stirpes simul succedant, exclusa matre; præterquam à legitima: & ij siue omnes succedant, siue ipsorum aliquis, excludant etiam sorores & amitas, etiam utrinq. coniunctas respectiue, dummodo dictæ sorores, & amitæ congrue dotatae existant, vel eas fratres & nepotes similiter congrue dotare parati sint. In illius autem bonis maternis succedant, prout ius commune disponit.

H

Vt

*Ut posseſſio bonorum defuncti, in ſuos hæredes, continuata
cengeatur. Cap. CXLVII.*

Poffeſſio quorumcumque bonorum testatorum, vel ab intestato defuncto-
rum, in hæredes ſuos tantum, präſentium Statutorum auctoritate conti-
nuata cengeatur: Senatorque, & Iudices eosdem hæredes, in poſſeſſione manu-
tenere, & reducere iuris & faeti remedii oportuniſ, omnino teneantur.

De noui operis nunciacione. Cap. CXLVIII.

Si alicui fuerit nouum opus nunciatum, vel opus in aliquo loco facere prohibi-
tum, etiam ſi is, qui prohibitus eſt, ſatidationem offerat de opere deſtruē-
do, in euentum, in quem conſtituerit eū iniuste ædificare, vel aliud opus feciſſe;
ſit in potestate nunciantis, utrum velit dictam ſatidationem recipere, vel infra
ſex dies vtiles, de ſuo iure probare, inſra quos poſſit etiam is qui ædificare, vel
opus facere prohibitus eſt, de ſuo iure docere, & ſuum opus iuſtificare. Quod si
actor inſra dictum terminum aliquid non probauerit, vel plene nō probauerit,
reus ad cautionem prædictam admittatur, & in cauſa ad ulteriora procedatur.

De donationibus inter viuos, & cauſa mortis. Cap. CXLVIII.

Cum Reipublice interſit, fraudibus, qaz in donationibus frequenter, & fa-
cile committuntur, obuiare: Statuimus, vt donationes, quæ inter viuos etiā
inter virum & vxore teuocabiliter, ſiue irreuocabiliter, ſeu mortis cauſa ſiunt,
niſi donans in ipſa prima ſcriptura (quam etiam matricē ſiue imbreuiaturā ap-
pellant) eorū Notario & Testibus, manu propria illico, & incontinenti, in ipius
actus celebrationē ſe ſubſcriperit; vel ſi ſcribere neſciat, aut nequeat, alium lo-
co ſui ad ſcribendum adhibuerit; & niſi ſaltē duo teſtes ex quinque, qui in do-
natione cauſa mortis adhibetur, & ſimiliter duo in donatione inter viuos in ip-
ſa prima ſcriptura eodē tempore quo donans ipſe ſe ſubſcribat, irriter ſint & nul-
lae, & nullū ius donatariis ex eis acquiratur: nullaq. ex eis oriatur, nec exercerit
actio valeat; & ſi iuramentum appositum reperiatur, fraudulenter appositū cen-
teatur: instrumentaq. aliter celebrata, nullam prorsus fidem faciant in iudicio
vel extra, nec aliqua alia etiam extrinſecus probatione iuuari, vel adminicula-
ri poſſint. Quam tamen primam ſcripturam liceat Notariis extendere, cum
clauſulis & cautelis conſuetis, non mutata ſubſtantia.

De donationibus inſinuandis. Cap. CL.

Vicumque donatio, quæ de iure inſinuationem requirit, excedit ſumma, ſeu valorem ducentorum ducatorum, inſinuari debeat inſra ſex mensis à
die donationis facta per acta alterius Notarii actuarij; aliás ultra dicta ſumma
ducitorū ſit nulla, nec renunciari poſſit ſolēnitati inſinuationis legitime facien-
dæ: & iuramentū tam in ipſa donatione, quam in renūciatione ipſius inſinua-
tions cengeatur fraudulenter appositum, nec cōtrarium probari, vel adminicula-
ri poſſit.

poſſit. Ad validitatē autem actus inſinuationis, ſeu inſtrumenti de dicto actū
inſinuationis celebrati, ſufficient duo Teſtes, etiam quod ſe non ſubſribant.

De contractibus fine certa ſolemnitate non valutris. Cap. CLI.

Volentes etiam fraudibus obuiare, ne mulieres ex earum ſimplicitate, & pu-
beres etias masculi, qui adhuc imperfectæ aetatis exiſtunt, defraudentur:
Statuimus, vt pacta de nō petendo, Refutationes, Quietationes, & Donationes
à quibuscumque mulieribus, vel minoribus viginti annis masculis, ſiue ſub pa-
tria potestate, ſiue ſui iuriſ existentibus ſiunt, nullius ſint roboris, vel momen-
ti, niſi duobus coniunctis proximioribus adhibitis, quorū non interſit, etiā me-
dio iuramento approbantibus, non eſſe in präiudicium earumdē mulierum, vel
minorum: & ſi ſub-patria potestate exiſtant, vocentur ex linea materna & nihi-
lominus präſentia patris interueniat: & ſi aliqui coniuncti non exiſtent, cum
curatoris legitimi auctoritate, ac ſemper cum Iudicis competentis decreto, cau-
ſa in ſcriptis illi expreſſa & inſinuata, ac plene cognita, contrahere debeant: &
iuramentum aliás präſtitum, cengeatur dolo & metu extortū, & nihil operetur.

De contractibus prohibitiſ cum filiis familiis. Cap. CLII.

Auctoritate Sanctiss. D. N. Papæ, in hac parte à nobis ſpecialiter attributa,
Statuimus, vt filiis familiis Romani Clues, vel incolæ, etiam clerici ex nullo
contraſtu poſſint ſe, aut ſua bona quoquo modo obligare, etiam ſi cum alio fi-
liis familiis contrahant, & liquido conſtet, bona & pecunias pro quibus ſe obli-
gauerunt, ad eos cū effectu perueniſſe. Sed contractus & obligationes ab eisdem
& eorum fideiūſloribus, etiam principaliter obligatis, factæ, nullius ſint roboris
vel momenti, etiam ſi contraſtu prädicti, quouis iuramento, quod dolo & me-
tu extortum eſſe cengeatur, & nihil operetur, obligatione camerali, cenzuraru-
m̄ aut mandati executiui, ſiue termini fuſceptione, vel quocumq. alio arctiori vim
culo fuerint roborati. Nec ſi ipſi filiis familiis quandocumq. ſui iuriſ eſſe & iſ ſue-
riat, huiusmodi contraſtu vñquam nobis aliquod accipient, aut conualeſcant.
Excipiimus autem ſi iidem filiis familiis de conſensu & voluntate, aut mandato
Patris vel Aui, in cuius potestate ſunt, contraxerint, vel ſi acceptam pecuniam,
in rem Patris, vel Aui, ſeu in id quod oneribus Patris, vel Aui incumbit, verte-
rint; aut ſi mercatores, negocis präpositi, inſtitoresve ſint, aut à Patre ſeorsum
habitent, & publice pro Patribus familias habeantur; & reliquos caſus quibus
filiis familiis, ex cauſa mutui de iure communi ſine iuramento, nō obſtant ſe-
natus conſulto Macedoniam, obligantur.

De contractibus illicitiſ & ciuantiiſ nuncupatiſ. Cap. CLIII.

Omnes contractus, qui vulgo Ciuanza, Rōpicollo, ſeu Stocco, nuncupātur,
quocumq. velamine, arte, vel malitia excogitari poſſint, palliatos prohi-
bemus & annullamus: ita vt ex illis nulla actio, ſiue contra principalem, ſiue con-
tra fideiūſſores, etiam ſi vt principales ſe debitoſe conſtituerint, oriatur, nec
intentari poſſit: iuramentumque defiſuper präſtitum, dolo & metu präſtitum

præsumatur, & nihil operetur. Declaramus autem quod ubicumq; res mobiles, seu se mouentes ad tempus vendantur ultra tertiam partem iusti pretij, aut si in toto vel in parte penes venditorem, aut interpositam personam remaneant, aut ab eo, vel per interpositam personam redimantur, vel si cum bonis pecunia sint admixta, præsumantur contractus, cianantiæ, & stocchi, & contra eos possit, & debeat quilibet Iudex ordinarius, in suæ iurisdictionis subiectos inquirere, & culpabiles repertos punire, tā in amissione datorum, quæ com modo accipientis cedant, quām in poena ducentorum scutorū auri, vice qualibet condemnare: quorum tertia pars denuntianti, reliquum Fisco illius curiæ, per quam inquiritur, applicetur. Proxenæ autem sive Mediatores, quorum in his culpa maxima versatur; prima vice poena simili puniantur, quā si intra mēsem nō soluerint, publice fustigentur, secunda vero ad triremes per trienniū dānentur.

*De leſione.**Cap. CL IIII.*

IN omnibus contractibus & negotiis, vbi quis masculus, seu femina reperiatur læsus, ultra tertiam partem eius quod agitur, procedi possit ad rescissiōnem: & iuramentum similiter censeatur dolose extortum, & nihil operetur.

*De fideiūſſoribus.**Cap. CL V.*

Qui pgo alio fideiūſſerit, etiam si beneficio Authen. Præſente. C. de Fideiūſſo. tacite vel expreſſe non renuncauerit; possit (antequam principalis debitor excutiatur) conueniri, & cogi implere promissa.

*Ut simul contra fideiūſſorem, & Principalem procedi posſit.**Cap. CL VI.*

Iceat creditori, habenti debitorem & fideiūſſorem, ex eadem re vel causa in specie vel quantitate obligatos, contra quem voluerit, procedere: & iudicio contra unum cœpto, & pendente, contra aliud experiri; & utrosque simul, donec sibi de suo credito integre fuerit satisfactum, conuenire.

*Ut fideiūſſor petere posſit se à fideiūſſione eximi.**Cap. CL VII.*

Fideiūſſores, aut expromissores, qui se obligauerint pro aliquo, possint compellere principales, aut eorum hæredes, vt eos extraheant de fideiūſſionibus, ve expromissionibus pro eis factis, vel dent eis fideiūſſores idoneos, de conservando eos indemnes; & hæc fieri possint, etiam antequam fideiūſſor vel expromissor sit condemnatus: vel si diu non steterit in obligatione, vel etiam si principalis non dilapidet bona sua: Et contra dictos principales, & hæredes Senator, & eius Iudices procedant ad petitionem fideiūſſorum vel expromissorum, summarie, vt superius de causis summariorum dictū est. Et si soluerit fideiūſſor, nō obstante temporis longinquitate, similiter principales, & eorum hæredes cogere teneantur.

teneantur, vt conseruent soluētēm indemnem: & per eundem Iudicem, per quem ad instantiam creditoris proceditur contra fideiūſſorem, vel expromissorem, eodem modo & forma procedatur, ad fideiūſſor is instantiam contra illū pro quo intercessit, si fideiūſſor voluerit. Posit quoq; & debeat Senator, & illius Iudices mandare Dominis locorum & Communitatibus, in quibus dicti debitores degunt: vt eos, ad eundem fideiūſſorem releuandum indemnem, seu ad illum extrahendum vt supra, sub poena debiti cogant & compellant: quibus cessantibus, contra ipsos Barones, & Communitates exequi debeat pro debito prædicto.

*De præscriptionibus.**Cap. CL VIII.*

Si creditor ex causa mutui, depositi, vel cuiuscumque generis contractus, per annos sexdecim negligens fuerit in petendo debitum, etiam si creditor ipse habeat hypothecam generalem, vel specialem, tacitam vel expressam, si corporalem, actualemque creditor ipse pignoris, & hypothecæ possessionem adeptus non fuerit: vel nisi in quolibet casum prædictorum de judiciali vel extrajudiciali interpellatione creditor legitime docuerit; præsumatur iuris præsumptione facta solutio, nisi contrarium per creditorem legitime probetur, vel nisi contraria præsumptio præponderans, ac præualens adducatur: & durante præsumptione prædicta, instrumenta quacumque, tam publica quām priuata, & codices quarumcumque rationum, quibus de iure, vel ex quocumque privilegio fides adhibetur, necnon scripturæ, & cautiones quacumque, etiam viuentibus debitoribus, post cursum sexdecim annorum, nullam omnino faciant fidem, nullumque sortiri possint iuris aut executionis effectum: exceptis dotibus, donationibus propter nuptias, tributis, & censibus Cameræ Vrbis debitis, ac censibus quibusvis aliis personis super bonis stabilibus, vel illis æquipollentibus, venditis vel constitutis, & eo quod supra de fideiūſſoribus dictum est: in quibus quidem casibus præsumptio prædicta non obſteret. Creditor autem in vim chirographi, aut schedulæ sive apochæ priuatæ, si per decennium post mortem debitoris in petendo debitum in dicta apacha contentum, negligens, vt supra dictum est, fuerit: etiam si anni sexdecim à die confectionis apochæ, lapsi non sint, similiter solutio facta præsumatur: nec vigore huiusmodi apochæ, post dicti temporis lapsum, & morari, quicquam amplius ab hæredibus debitoris petere possit.

*De Præscriptione pensionum, Canonum, & Censuum.**Cap. CL IX.*

Dominus rei ad modicum vel longum tempus locatæ, vel proprietarius rei, in emphyteosim, vel ad censum concessę, & census empti vel quomodolibet constituti, non possit petere pensiones, canones, aut census, nisi pro decem proxime præteritis annis tantum; & pro reliquis ultra decem annos sibi satisfactum præsumatur, nisi de interpellatione judiciali, aut præscriptionis interruptione

ruptione legitime doceat. Sed & si conductor, aut censum vel canonum debitor, per continuum triennium præteritum pensionem, canonem, vel censum soluisse demonstrauerit, præsumatur pro toto præterito tempore satisfecisse, & molestari non possit.

De Præscriptione Spolijs. Cap. CLX.

ACtio spolijs ultra annos triginta non detur, nisi de spolio cum violentia docatur.

De cessione bonorum, & Inducis Quinquennalibus.

Cap. CLXI.

AD cessionem bonorum, vel ad quinquennales inducias, non admittantur, nisi qui se fatalia damna, calamitates & fortuitos casus, vel alia aduersa, post contracta debita incurrisse docuerint; & tunc de consensu maioris partis creditorum. Lusores autem, dilapidatores, fraudatores omnes, & qui scientes se soluendo non esse, multiplicia debita contraxerunt, omnino excludantur: in electione vero alterius ex beneficiis prædictis, illi præferantur, qui se veros creditores esse, delato calumniæ iuramento, legitimis documentis, vel per idoneos Testes docuerint. Chirographarios autem creditores, nisi scripturæ temporis contineant, & sint trino, vel saltē bino Teste notatae, numerum facere non possumus; omnibus collusionibus, fictionibus, & fraudibus quas debitores, & creditores ex mutua intelligentia machinari solent, penitus exclusis. Deprehensi autem in aliqua fraude, fictione, vel mendacio, indigni omnino habeantur. Quicumque vero petierint se admitti, interim dum petunt, etiam si in vim Apostolici rescripti id petant, non audiantur, nisi publice, & palam biretum viride ita discoopertum, quod ab omnibus videri possit, in capite deferant: nec Iudex alter, nec in vim commissionis, nec litis pendentia, possit inhibere; & facta inhibitio non teneat: & tam is, qui ad cessionem, quam is, qui ad quinquennales inducias fuerit admissus, dictum biretum portare debeat; alioqui ipso iure priuilegio priuatus censeatur, & mandata etiam alias contra eos relaxata, sine novo decreto & citatione, contra eosdem, si sine bireto viridi reperti fuerint, executores quicunque exequi possint. Is vero qui ad quinquennales inducias admissus fuerit, si idonee cauerit de soluendo, in fine dilationis, seu termini huiusmodi, ad dicti bireti delationem non teneatur.

De Pactis cum altero ex debitoribus insolidum. Cap. CLXII.

I creditor plures debitores habens, ex eademi causa insolidum obligatos cum uno ex eis, pro certa debiti parte consequenda paciscatur, illud idem patrum in reliquorum fauorem fecisse censeatur, & obseruare teneatur.

De

De Pœnis conventionalibus non exigendis. Cap. CLXIII.

Vicumque debitor, siue promissor fuerit in mora vel culpa adimplendi promissa, eo usque pœnæ conuencionales peti possint, quantum actor iuauerit sua interesse, taxatione Iudicis præcedente; & si fuerit in obligatione interesse taxatum, & iuramentum vel assertorium, vel promissorium in obligatione & instrumento appositum, dictum iuramentum (quantum ad interesse conuentum & taxatum) censeatur metu & dolo extortum. In reliquis vero, & quo ad dictum interesse per Iudicem taxandum, iuramentum in suo robore permaneat; exceptis pœnis in compromissis, pace, securitate, aut treuga appositis, quæ omnino exigi possint à non obseruante.

De Obligatis ad factum. Cap. CLXIII.

IN obligationibus facti, ubi quis potest factum promissum adimplere, possit præcisè ad factum cogi, de quo stetur iudicis arbitrio: alias teneatur ad interesse, iuxta iuramentum principalis, iudicis taxatione præcedente, ut in proximo capite dictum est; his, quæ de venditoribus in orosis supra tradidimus, semper saluis.

De Potentioribus molestantibus Ciues in eorum possessionibus.

Cap. CLXV.

AD obuiandum insolentiis quorundam, præsertim vero Baronum, qui a deo publicè vel occultè plerumque molestant habentes possessiones in eorum terris, Castris, & territoriis, vel illis contiguas, aut vicinas, ut earum domini nec eas quietè possidere, nec ex eis fructus liberè colligere possint: Statuimus, ut Senator, constituto ei per depositionem trium Testium, etiam extrajudicitaliter, ex eius officio examinandorum, ac famam hominum ibidem conuersantium, vicinorum, seu custodum, de quibusvis perturbationibus, seu inquietationibus, illico mandet eisdem Baronibus, aut Vniuersitati, seu personæ molestanti, sub aliqua gravi pecuniaria pœna, ut ab huismodi perturbationibus, seu inquietationibus & molestiis desistant, cautionemque idoneam de desistendo præstent; & casu quo non desistant, ita ut dominus rei, ulterius non conqueratur, seu dictam cautionem non dederint, Idem Senator per omnia iuris & facti remedia, cogat ad desistendum; & huismodi pœnam impositam exigat, sub pœna quinquaginta ducatorum auri per eum, quoties requisitus fuerit, & cessauerit, incurrienda, & eius syndicatu retinenda. Et si bona predicta per annum iusto pretio non locari, aut nec libere coli potuisse, per supradictos modos probatum fuerit, præsumatur factio & culpa eorūdem supranominatorū factum fuisse; & Senator procedere debeat ut supra. Quod si ex causa harum perturbationū seu molestiarū dicti Barones aliquē Ciuem, ad vendendum eius bona, in eorū distractis existentia, sibi aut filiis, aut vxoribus, vel familiaribus, seu seruatoribus ipsorum, coegerint, vel induixerint, & videntur querela pposita, per quattuor viros idoneos Testes de publica fama, deponentes, id probauerit, Senator & illius Indices, pretiosi emptori.

emptori restituto, sūmarie, simpliciter & de plano, sola facti veritate inspecta, reducant venditorem in possessionem bonorum prædictorum, ac ipsos Barones in futurum ad caendum vt supra, de vterius non molestando, compellant.

De Jurisdictione Iudicis, seu Capitanei Appellationum, & Nullatum Urbis, & de illius Notario. Cap. CLXV I.

IN hac alma Vrbe, sit vñus tantum Iudex Appellationum, qui eligi debeat, vt supra de illius electione dictum est; & cognoscat de omnibus appellatio- nibus causarum tam ciuilium quām criminalium, & mixtarum, à sententiis, & grauaminibus per Senatorem, & illius Iudices, & quoscumque alios Iudices, & officiales Capitolinos ferendis, & inferendis; & de causis nullitatum quarumcumque sententiarum, laudorum, arbitrorum, & arbitratorum, & eoruminde reductione, & de aliis omnibus, de quibus virtute præsentium Statutorum cognoscere potest, & iurisdictio illi tribuitur. Ad cuius Tribunal, scribere debeat vñus Notarius, prout hactenus fieri consuetum est, & ius de mane reddat, sedenda in Palatio Conseruatorum, per horas duas, tempore aliis Iudicibus ad sedendum, & ius dicendum deputato: ceteris vero diei horis partibus informare volentibus, se exhibeat; & itudeat causas quanto citius expedire: qui & in sui officij ingressu iurabit, vt supra de eius iuramento dictum est.

De Officio eiusdem Capitanei Appellationum. Cap. CLXV II.

AD officium Iudicis Appellationum spectat, de causis appellationum, nullatum, & iniquitatum; quarumcumque sententiarum, Iudicum in prædenti capite dictorum, arbitrorum siue arbitramentorum, cognoscere; & querelas & appellationes, quæ representantur coram eo, & an sint recipienda, accurate perspicere; & si ab interlocutoria & in Vrbe, parte citata, alias statim, significare & inhibere Iudici, à cuius sententia, siue grauamine appellatum, querelatum fuerit, ne contra appellantem & eius bona aliquid innouet, vel attenter, ad pœnam eius arbitrio moderandam; & inde acta & processum primæ cause recipiat, & inspiciat, vtrum debito tempore fuerit appellatum, & querelatum: & si viderit quod infra tempus à Statuto præfixum, non fuerit appellatum, seu querelatum, seu appellatio & querela presentata, interloquendo pronunciet appellationem vel querelam non esse recipiendam, vel esse defensam. Si vero facta fuerit debito tempore appellationis representatio, querelatio & prosecutio, actis transportatis, & partibus auditis, pronunciet, bene vel male iudicatum, appellatum, seu querelatum, prout ex actis viderit conuenire. Vbi vero cognoverit primam sententiam condemnatoriam infirmandam, pronuntiet bene appellatum, & male iudicatum, & partem appellantem absoluat; & si viderit primam sententiam absolucionem infirmari debere, pronuntiet bene appellatum, & male iudicatum; & partem, quæ fuit absoluta, condemnnet. Posit etiam & debeat, si opus fuerit, in parte infirmare, & in parte confirmare, sicut in diuersis capitulis sententiae viderit expedire. Posit quoque primam sententiam

sententiam addendo, corrigendo, minuendo vel modificando, reformare. Pos fit præterea, si viderit primam sententiam fuisse nullam, pronunciare superuacuò appellatum, & causam adiicere, quia sententia est nulla; & si de eius nullitate appareat evidenter, tunc ipsem Iudex appellationum, ea nulla declarata, iterato pronunciet super appellatione prædicta; & intelligatur totam causam appellationis & nullitatis esse deuolutam ad eundem Iudicem, ita vt totam causam possit & beat reassumere, vigore appellationis interpositæ, & eam terminare, intra tempus à Statuto præfixum: quam, si non terminauerit, pœnam vigintiquinque aureorum incurrat, de eius salario sui syndicatus tempore retinendam.

Intra quantum tempus appetetur. Cap. CLXV I.

IN omnibus casibus, in quibus appellare permittitur, debeat appellans intra octo dies, à die latè sententiae computandos, suam appellationem interponere; alias censeatur suæ appellationi renunciasse, & prima sententia firma remaneat: nec ignorantia allegari possit, si citatio ad sententiam audiendum iuxta formam supra traditam præcesserit, & sententia in loco publico fuerit promulgata.

De tempore redeundi pro Apostolis. Cap. CLXV II.

QVando legitime ab appellantibus apostoli petiti sunt, & Iudex a quo monuerit ad terminum iuris: Statuimus quod terminus iuris intelligatur esse dierum quinque à die interpositæ appellationis; quodque non licet Iudici ad longiorem terminum appellantem monere. in quo die quinto, & qualibet illius diei parte, sufficiat pro apostolis redire, etiam si Iudex illos non dederit, aut non respondiderit. & Iudice non reperto, sufficiat coram Notario protestari. Et dicto termino apostolorum durante, nihil omnino neque per Iudicem, neque per partem posset innouari, & innouatum tamquam attentatum reuocetur.

De Representatione Appellationis. Cap. CLXV III.

IN quacumque causa fuerit appellatum, appellans intra quinque dies, à die interpositæ appellationis numerandus, suam appellationem coram Capitaneo appellationum in actis Notarij eiusdem representare teneatur, etiam si ipse ad terminum iuris per Iudicem à quo monitus fuerit; cum iam sit prouisum, vt sufficiat in quacumque diei quinti parte, apostolos petuisse, seu pro eis rediisse. Qui vero intra dictum terminum suam appellationem non representauerit, censeatur suæ appellationi renunciasse, & prima sententia firma maneat.

De Appellationibus non recipienda, & Deposito faciendo.
Cap. CLXIX.

AB executionibus facti, etiam personalibus, nulla resipiatur appellatio: à sententiis vero, per quas instrumenta etiam dotalia, apochas, testamenta & ultimas voluntates, sentenrias, arbitria, arbitramenta & lauda, iuxta formam supra traditam, exequi mandantur, vel pro illis exequendis mandatum relaxatur, nulla recipiatur appellatio, aut petitio reductionis ad arbitrium boni viri: nisi appellans, aut reductionem petens, intra triduum à die representationis appellationis computandum, deponat apud aliquem idoneum camporum, vel aliam personam fide & facultatibus idoneam, summam iudicatam, aut pignora aquivalentia, etiam si appellatus depositum non requisiuerit, assignanda appellato, si pro eo fuerit in causa iudicatum, vel nisi se personaliter in carceribus constituat, detinendus usque ad finalem & integrum executionem: & si esset summa notabilis, supra centum ducatos de carlentis, & reus persona, quæ tot pignora verisimiliter non habeat, possit deponere res stabiles plusvalentes, ad electionem partis aduersæ, etiam infra aliud triduum, si appellatus rem aliâ, quam illam quam reus deposuerit, elegerit; computato dicto triduo à die intimationis eiusdem electionis. Et in obligationibus facti, ipse appellans teneatur deponere, quantum appellatus iurauerit sua interesse (Iudicis taxatione praecedente) pariter infra triduum, post factam declarationem: Et si de re mobili vel immobili actum sit, teneatur appellans pariter dictam rem mobilem deponere, & immobile sequestrare, penes personam per Iudicem, parte citata, eligendam, infra triduum, ut supra: aliâ in quolibet casu predictorum appellatio sit deserta, & prima sententia firma remaneat.

De Deposito in causis Nullitatum. Cap. CLXX.

NVIIus ad principaliter dicendum de nullitate sententiæ latæ super executionibus, de quibus in proxime præcedenti capite dictum est, admittatur, nisi & ipse infra triduum deposuerit, ut supra: & si de facto fuerit admissus; admissio, dicto triduo elapsa, cum omnibus inde secutis, etiam si Iudex inhibuerit, nullum præstet iuris effectum, nec executionem, aut ulteriorem processum quo modo valeat impedire.

De Appellationibus ab Interlocutoriis recipiendis, vel non.
Cap. CLXXI.

AB interlocutoriis, etiam vim diffinitiuæ habentibus, que aliâ per diffinitiuam, seu in ipsa diffinitiuâ reparari possent, nulla recipiatur appellatio; sed omnia grauamina, & eorum cognitio, disputatio, & diffinitio, ipso iure intelligantur per hanc legem, sine ministerio iudicantis in fine causæ reseruata. Et quia sunt nonnulli casus impeditentes litis ingressum (de quibus

quibus supra sub rubrica de exceptionibus, litis ingressum impeditibus) Statuimus, ut in illis omnibus, grauato licet appellare. Volumus tamen quod appellans nullo modo audiatur per Iudicem ad quem, nisi deponat penes personam, fide & facultatibus idoneam, per appellatum, si voluerit eligendam, ac de deposito constet in actis infra triduum, infra scriptas summas in pecunia, vel pignoribus duplum valentibus, assignandis statim appellato, in casu, quo contra appellantem pronuncietur: quo triduo elapso, & deposito non facto, seu de eo in actis non docto, censeatur suæ appellationi renunciasse, & in negocio principali ad ulteriora procedatur. Summae deponendæ sunt haec: In causa decem ducatorum, ducatus unus; in causa ducatorum viginti & infra, ducati duo; infra quinquaginta, ducati quinque; à quinquaginta ad centum, ducati decem; à centum usque in quamcumque summam, ducati quindecim: & nihilominus appellans ad expensarum refectionem teneatur, si in appellatione succumbat.

Quod Appellationes ante diffinitiuam scribantur per Notarium causæ. Cap. CLXXII.

APpellationes omnes ante diffinitiuam interponendas, scribantur per Notarium causæ, nisi is fuerit legitime impeditus; & tunc ea appellatio cum nomine Notarii, per cuius acta fuerit interposita, appellato denuncietur: aliâ appellatio non teneat, & nullum iuris sortiatur effectum.

De Appellatione ab expensarum taxatione. Cap. CLXXIII.

ATtaxatione expensarum appellans non audiatur, nisi summam iudicatam, aut pignora plus valentia penes personam fide & facultatibus idoneam, infra triduum: etiam si appellatus non requisiuerit, realiter & cum effectu deposuerit, & de eodem deposito constet in actis: alioqui suæ appellationi renunciasse censeatur, & prima taxatio firma maneat.

De Appellatione à Desertione vel reiectione Appellationis.
Cap. CLXXIV.

SI per Iudicem ad quem, appellationem desertam, aut reiiciendam esse pronuncietur, & ab ea pronuncia sive declaratione appelletur: si appellatio sic deserta, aut reiecta declarata, interposita fuerit, ab interlocutoria, à qua per presentia Statuta appellare permisum est, Volumus quod licet appellato, in negocio principali, coram primo Iudice à quo, appellatione huiusmodi à desertione vel reiectione non obstante, ad ulteriora procedere: & nihilominus de dicta appellatione à desertione, vel reiectione, coram Iudice ad quæ cognosci possit. Et si aut non desertâ: aut non reiiciendâ fuisse per duas cōformes iudicetur, omnia post appellatione predictâ secuta, in pristinum reducantur, & victus vitori expensas.

expensas reficiat. Si vero appellatio sicut præmittitur deserta aut reiecta, declarata; à diffinitiuia sententia interposita fuerit: tunc huiusmodi appellatio (à desertione vel reiectione non obstante) ad ulteriore executionem (si executio retractabilis sit) in negocio principali, per Iudicem à quo, procedi posse statuimus: data tamen prius per potentem executionem, idonea cautione de restituendo Reo, seu appellanti, omnia in executionem capta, cum expensis, in euentum in quem, appellacionem non fuisse desertam, vel non fuisse reiiciendam, per duas conformes iudicetur.

Ut à sententiis syndicorum non appetetur. Cap. CLXXV.

A Sententiis latis per Iudices electos ad syndicandum Senatorem & Iudices, eiusque officiales, Conseruatores, & alias officiales quoscumque, nulla recipiatur appellatio; sed unica sententia rem faciat iudicatam.

De Appellacione & reductione à sententijs Arbitrorum & Arbitratorum. Cap. CLXXVI.

A Sententiis Arbitrorum intra decem dies appellare, & de nullitate dicere licet: & similiter à laudis Arbitratorum intra eosdem decem dies dicere de nullitate dicere & petere reductionem ad arbitrium boni viri. Quæ omnes causæ intra tres menses terminentur: quibus clapsis prima sententia, arbitrium sive laudum firmum permaneat.

De Appellacione à confessione debiti. Cap. CLXXVII.

A Confessione debiti, seu mandati relaxatio, in vim obligationis in forma Cameræ, appellare non licet ad effectum impediendi executionem; sed tantum ad effectum deuoluendi cognitionem ad Iudicem Appellationum: qua deuolutione non obstante, ad executionem dictæ confessionis procedatur; & nihilominus de dicta appellacione per Iudicem præfatum intra legitimam supra præstituta tempora cognoscatur.

Ne in una eademque causa secundo appetetur provocare.

Cap. CLXXVIII.

A Sententia lata per Iudicem de appellacione, seu de reductione ad arbitrium boni viri cognoscentem, nullus audiatur appellans, nisi quatenus ea sententia esset infirmatoria primæ sententiae diffinitiuæ, seu vim diffinitiuæ habentis. quo casu, & ab ea parte infirmationis tantum, appellari possit ad Senatorem, qui si non ipse, aut illius officiales fuerint, qui primam sententiam tulerint, de causa sicut Iudex appellacioni cognoscat. Si vero idem Senator, aut illius,

illius Iudices de causa cognouissent, Consultor, vt infra dicetur, eligatur, cuius consilio causa terminetur. Declarantes quod omnino in nulla causa, seu casu, secundo liceat prouocare; sed duæ conformes sententiae habeant vim trium, & rem faciant iudicatam: Quod statutum in omnibus Curiis inter Cives incolas & districtuales Vrbis seruari volumus; & aliæ processus contra præsentem constitutionem factus, sit ipso iure & perpetuo nullus.

De appellacione à sententia Capitanei. Cap. CLXXVIII.

N On solum vt in præcedenti capite, à sententia Capitanei, quando cum prima non est conformis, ad Senatorem appellari volumus; sed etiam quando Capitanei sententia, sive diffinitiuæ, sive vim diffinitiuæ habens, effet unica vel prima; dummodo appetetur in casibus à iure & per præsentia statuta permisis: & tunc sequentur omnia coram Senatori, quæ coram Capitaneo appellacionum seruari debere dictum est, & infra dicetur: & Senator eo casu vt Iudex appellacionum in omnibus & per omnia procedat.

De appellacione à sententia Senatoris de appellacione cognoscens. Cap. CLXXX.

A Sententia Senatoris cognoscens de appellacione, à sententia per Capitaneum lata, quæ cum prima conformis non fuerit, licet ab ea tantum parte, quæ cum prima conformis non est, ad eundem Capitaneum appellare: qui si fuerit ille idem, qui prius in ea iudicauerit, Consultor, vt infra dicetur, eligatur eius consilio causa terminetur.

De temporibus ad appellandum, & appellaciones representandum in tertia instantia. Cap. CLXXXI.

V T res, quantum fieri potest, ad unam consonantiam reducantur; volumus vt eadem tempora appellandi, redeundi pro apostolis, appellacionis representatione, depositi & sequestrationis (vbi illis locus erit) facienda: & reliqua omnia, quæ in secunda instantia fieri debere præcepimus, in quacumque instantia obseruentur; præterquam quo ad fatalia, quæ in tertia instantia quatuor mensium (vt supra in capite de instantiis dictum est) esse volumus: & ita sub penitus desertorum, & aliis quoquo loco comminatis seruetur.

De prosecutione cause appellacionis. Cap. CLXXXII.

C Ausa appellacionis, per actorum in prima instantia factorum transportationem, & illorum repetitionem instructa censeatur: & ideo in ea non sit opus libellum offerre, lité contestari, aut iuramentum caluniae, vel veritatis præstat;

stare: sed instrumentum appellationis cum actis suprascriptis, pro libello & intentione appellantis sufficiat.

De testibus & iuribus de novo repertis in causa Appellationis producendis. Cap. CLXXXII.

IN causis appellationum, possint induci testes de novo reperti, & examinari tam super articulis in prima instantia datis, quam super aliis de novo datus: similiter instrumenta publica & priuatæ scripturæ produci possint, dummodo pars quo ad Testes, iuret de novo reperisse.

De suspicione Capitanei. Cap. CLXXXIII.

SI in principio litis, aut ex rationabili causa in illius prosecutione pars aliqua Capitaneum appellationum ut suspectum recuset, Consultor eligatur, cuius consilio causa terminetur, & aliter sententia non valeat ipso iure.

De Consultore eligendo. Cap. CLXXXIV.

IN causis, in quibus Capitaneus ut suspectus recusat, & in his, in quibus Consultor ipsi Capitaneo, vel etiam Senatori per presentia statuta dari præcipitur, haec in eligendo forma seruetur: Ter pars citetur ad dandum listam, seu schedulam suspectorum, & eorum de quibus confidunt, quam cum iuramento partes dare debeant, in qua nominatim suspecti sint descripti (quoniam allegatione suspectorum in genere, veluti omnes Auditores, omnes Romani nullatenus admitti, nec attendi volumus) quibus schedulis per judicem sequenti die visis, & parte ad videndum extrahi consultore vocata; si partes in aliquem consenserint, is Consultor pronuncietur. Si vero non consenserint, Iudex datis, vel non datis schedulis suspectorum, semotis partibus, de bonis, & doctis viris à neutra partiū nominatis, decē eligat, corūq. nomina in Vrnā, seu Bussulā coniiciat, ex qua publice pro Tribunalis sedendo, vnu extrahat, qui Consultor sit. Aliæ vero chartule, ubi descripta sunt nomina aliorum qui remanserunt in Vrna, ibi statim publice inuoluuntur (non lecta) in aliqua crumena vel sacculo, sigillis partium, si volunt, vel aliorum loco partium, signato: retinenda penes Iudicem vel Notarium causæ, donec electus acceptauerit: qui, si non acceptauerit, statim facta notificatione per appellantem, extrahatur alter, & deinde alius, donec unus acceptauerit; qua acceptance secuta, ad instantiam pétentis partis, aliorum nomina, quæ in sacculo remanserunt, publice legantur, & Notarius causæ sub pena falsi, describat omnia nomina, tam illorum decem, quam aliorum à partibus nominatorum in eius actis. Tempora autē predicta, id est à die petitionis Consultoris, vsq. ad diem acceptanceis, in fatalibus omnino non computentur.

Dē

De officio Consultoris, & Sportulis illius. Cap. CLXXXV.

Consultor electus, consilium tradere teneatur infra decem dies, à die suscepctionis numerandos, intra quos visis actis, & informationibus partium (si informare voluerint) auditis, consilium suum in scriptis, clausum, suoque etiam sigillo signatum, Notario causa tradat; iuxta eius consilium, Index pronunciabit: quod, si infra dictum decennium facere neglexerit, ducentorum auri de Camera centum poenam incurrat, & damnum laesa partis farciat; nec ulterius in ea causa eligi possit. post traditum autem consilium Notario, illud nec reuocare, nec corrigeri, neque mutare, aut illi quicquam addere possit. Sportulae pro Consultore sint tantumdem quantum pro Iudice, cui Consultor datus est, supra in capite de Sportulis Capitanei taxatum repetitur: ultra quas nihil omnino ipsi Consultori percipere licet; alioqui poenam eandem, quam in dicto capite de Sportulis expressa est, & dans & recipiens ipso iure incurvant.

Vacante officio Capitanei Conferuatores inhibeant.

Cap. CLXXXVI.

Officio Iudicis appellationis vacante, vsque quo alius possessionem adcepit fuit, appellationes & querelæ omnes coram Conferuatoribus represententur, qui per acta Notarij appellationum illas recipient, & inhibere possint. In reliquis vero supersedeantur vsque ad aduentum noui Capitanei, & interim nulla tempora, neque termini currant.

De appellationibus subditorum castrorum & terrarum Romanorum Populi. Cap. CLXXXVII.

Appellationes per subditos officio Conferuatorum, ab eorum Iudicibus, aut superioribus officialibus interponendæ, ad ipsos Conferuatorum interponi debeant, ad quos appellationes prædictæ, vna cum toto negocio de soluantur. qui de illis, omni iuris solemnitate omissa, per se aut Assessorem eligendum, ac sola veritate inspecta, cognoscant, & secundum iustitiam terminent, & decidant.

De causis nullitatibus. Cap. CLXXXVIII.

Causa Nullitatis principaliter in iudicio deducenda, litis contestationem non postulat; sed ea intentata, actor statim infra decem dies viles, à die super ea petitionis oblatæ numerandos, per processum, & acta primæ causæ, seu aliter prout potuerit, suam intentionem iustificet. quibus elapsis, ulterius ad illius iustificationem non admittatur, & lis ipsa, ac ius dicendi de nullis.

nullitate pereat, & Iudex causam infra primam communem instantiam decidat. Volumus autem, quod interim executio legitima non impediatur; & si Iudex inhibuerit, censeatur cum clausula, sine praividicio legitimæ executionis inhibuisse, nisi executio facienda esset irretractabilis: quo casu, & cum hac expressione, attento quod executio est irretractabilis, volumus per iudicem inhiberi posse. De nullitate autem sententia non possit agi nec replicari post annum, à die sententia numerandum: neque de nullitate vnius & eiusdem sententiae, nisi semel principaliter agi possit, etiam si ex diuersis capitibus nullitas pretendatur.

De appellantibus, & simul de Nullitate dicentibus.

Cap. CXC.

SI ille, contra quem est lata sententia duxerit appellandum, & in sua applicatione, nullitatem & iniquitatem deduxerit, & in causa appellationis, contra eum fuerit lata sententia; non audiatur ulterius super nullitate prime sententiae, à qua fuerat appellatum.

De electione executionis rei iudicata. Cap. CXI.

IS in cuius favorem mandatum executium realiter & personaliter exequendum, per præsentia statuta relaxatum est, possit, si velit, debitorem personaliter capi facere, & ad carceres deduci, inde non relaxandum donec soluerit, vel satisficerit ipsi creditori. Posit quoque in possessionem bonorum immobiliarum se immitti facere; bona quoque mobilia capere, & super nominibus debitorum & iuribus aliis omnibus exequi: & si vnam viam elegit, alteri non praividicasse censeatur, sed de una ad aliam sibi liceat transire.

De forma seruanda in pignore prætorio, vel etiam conuentionali, mobili vel immobili vendendo, & de nominibus debitorum. Cap. XCII.

IS qui in possessionem immobilium missus est, seu is cui immobilia cum facultate capiendi possessionem & vendendi data est, à die qua in possessionem missus est, qui in prætorio; qui vero in conuentionali, à die qua denunciauerit, debitori se velle rem hypothecatam vendere, fileat per dies trigesima continuos; quibus elapsis, citatis aduersariis, Iudex ea immobilia adjudicet auctori, pro quantitate in mandato executivo, & vere debita respectu, contenta. Altera autem die ad auctoris libitum, citata parte, elegantur aestimatores, quorum alterum, in contumaciam non eligentis, Iudex eligat: qui dicta bona infra quindecim dies continuos, citata parte pro certa die & hora, ad intressendum, habita ratione rei & eius qualitatum, fructuum ac loci & temporis, & eius quod communiter vendi potest & solet, aestiment: die

qua estimatione facta, & uno praconio, seu banno precedente, si aliquis apparuerit emptor, dentur & vendantur per Iudicem plus offerenti, nisi infra mensem debitor soluerit: Vel ipse Iudex tantum de dictis bonis insolutum ipsi creditori concedat, quæ ascendant ad quantitatem sibi debitam, & tertiam partem ultra; per quam dationem insolutum efficiatur Dominus, & defendatur per Senatorem & Iudices, & ipse vendat cui voluerit. Posit tamen illa bona debitor, illiusq. hæredes recuperare, si infra sex menses à die dationis insolutum computandos, cum effectu soluerint creditori, seu eius hæredibus vel habentibus causam ab eo, quantitatemi veram pro qua fuit facta missio & executio supradicta. Debitorem autem, & eius hæredes, cuius bona venduntur, aut insolutum dantur, teneri volumus ad euictionem, & defensionem dictorum bonorum emptori, seu creditori, cui in solutum data fuerint, vel per iudicem addicta; perinde ac si ipsi dicta bona vendidissent, aut in solutum tradidissent, & perinde ac si expresse de euictione & defensione emptori & creditori præsenti & stipulanti promisissent; & ad hæc iuris & facti remedii opportunis cogi possint. Si vero mobilia sint, super quibus executio facta est, seu quæ creditori in pignus data sunt: tunc illis mandatario prævia citatione, & Iudicis decreto subhastanda, consignatis; mandatarius, ter saltem, bona ipsa in publicum eo modo quo fieri potest, producat, & exhibeat; & si non essent portabilia, saltem per schedulam, ad valvas curiæ affigendam, publice denunciet: quæ bona vt volentes, offerre valeant, per ipsum subhastentur. Ut autem omnis fraus cesset, oblationes, quæ pro re subhastada fient, per Notarium causæ describi & adnotari curabit: quo termino elapsi, & citato reo, dentur & vendantur plus offerenti, nisi infra decem dies debitor soluendo quantitatem, pro qua facta fuit executio, pignora illa reluerit. Sin autem super nominibus debitorum executio fieri contingat, citabitur nomen ad declarandum, si sit debitor debitoris, & contra eum ad grauamen usque quo declarabit, procedatur; si confitebitur, fiat præceptu de soluendo infra dies octo, quibus elapsis, contra eum citatum, mandatum contra reum relaxatum exequatur. Si vero negabit, citetur reus principalis ad cedendum iura contra illum suum debitorem: quo contumace existēte, Iudex illa debitoris loco cedat, sicq. contra illum debitorem debitoris, creditor eo iure cesso, iuxta causarum naturam procedat: Cessio autem prædicta eatenus liberet primum suū debitorē, quatenus creditor exigere poterit; nec interim sit creditori præiudicatum, quo minus executionem & realem & personalem contra suum debitorem facere possit, dummodo utrīcū solutione contentus sit. Non liceat etiam debitori debitoris, postquam sibi cessio prædicta denunciata fuit, aut in iudicio fuerit per primum editorem interpellatus, suo creditori soluere: alioqui iterato ad solutionem vrgeri possit.

De executione facienda iuris ordine seruato. Cap. XCIII.

IN causis, in quibus executio iuris ordine seruato, fieri debet, vt sunt summatiæ & aliae, in quibus exprimitur, primo pignori capiantur mobilia, quæ si per executorem non reperiantur, facta per ipsum fide, cui stetur, ita ut contrarium probari non possit, Iudex parte aliter non vocata, immobilia, si summa pa-

K tiatur,


tiatur, & debitoris qualitas ita requirat; prout sibi videbitur capi mandet. Si vero non erunt immobilia, vel summa, vt dictum est, non patiatur, personalis executio committatur, & demum ad nomina debitorum, vt supra in praecedenti capite dictum est, deueniatur.

De expensis litis. Cap. CXC IIII.

IN qualibet causa, victus vitori expensas reficiat, nou obstante quod de calunnia sit iuratū, & in sententia sit condēnatio omissa; nisi aliter per aliquod statutum in aliqua causa disponatur, in quarum repetitione, nullus ordo, nec solemnitas iuris requiratur: sed folio vbi fuerint adnotatae producēto, & illarum examine Notario causæ vñica citatione prævia commissio, per Notarium examinatur: quo facto, per Indicem taxentur, auctoꝝ iure iurando affirmet, tantum erogasse; iterumque reo citato, ad soluendum expensas taxatas, cōtra eum mandatum executiuum, iuris ordine seruato, exequendum, relaxetur: & prædicta coram quibuscumque Capitolinis Iudicibus, fieri debeant. Si vero in sententia condemnatio facta fuerit, coram Iudice sententiam exequente, prædicta taxatione & executio fiat.

De verborum & rerum significatione. Cap. CXCIV.

Districtus Vrbis passibus quadraginta millibus circumquaque finitur. Dierum vtilium appellatione, illi dies continentur, quibus ius in Capitulo redditur: vbi autem dierum sine adiectione, vtilium, fit mentio, de currentibus diebus intelligitur. Menses triginta dierum singuli computantur. Ducatus auri Iuliorum undecim computatur. quod, si simpliciter ducati nomen proferatur, vel cum adiectione, de carlenis, carlenorum decem pro singulis interpretatur. Scutum, si aliud non adiicitur, Iuliorum decem intelligitur. Floreni nomen simpliciter prolatum, quadraginta septem solidoruū prouisiorum interpretatur, qui constituant præsentis temporis Sanctissimi D. N. D. Gregorij Papæ Decimtertij, & huius anni M. D. LXXIX. bolonenos trigesimum quinque, & quartam partem alterius boloneni. Libra prouisiorum consistit ex solidis prouisiorum, viginti, bolonensis autem quindecim. Julius est bolonenorum decem. Carolenus bolonenorum septem eum dimidio. Bolonenus quatenorum quatuor. Proutius denique solidorum, interpretamur esse trium quatenorum.



LIBER SECUNDVS.



Qui ad accusandum admittantur. Cap. I.

Nullus ad accusandum vel denunciandum aliquem de criminibus, exceptis vel delictis admittatur, nisi suam vel suorum, vsq. ad tertium gradum inclusive, de iure Canonicō computandū, iniuriā prosequatur, exceptis casibus infrascriptis, videlicet, de crimine læsa Maestatis, homicidio, incendio, falsitate, latrocínio, aggressione nocturna, & battalia generali, in quibus & aliis per præsentia statuta expressis casibus culibet accusare permittatur.

De forma accusationis, & modo procedendi, ac custodia Reorum. Cap. II.

Qui aliquem de aliquo maleficio, crimen, seu delicto coram Senatore, seu illius Iudice maleficiorum, accusare vult; teneatur suam accusationem dare in scriptis, in qua locus, tempus, & qualitas perpetrati delicti cōtineatur; & absque eo quod se in accusatione subscrībat, iuret coram Iudice, se credere accusationem esse veram, & non calumniosam: & in ipsa accusatione nomina Testium, quos putat de delicto informatos, non plus numero quam decem, describat; ultra quos, alios Testes producere non possit: Iudex tamen ex suo officio, ne delicta remaneant impunita, aut per collusionē occultentur, possit etiam post publicationem Testium, alios, & quotquot sibi videbitur super accusatione prædicta, & contentis in ea, recipere: qua porrecta, reum citari, aut moneri faciat super dicta accusatione seu querela, cum comminatione, quod si non comparuerit, de & super eo delicto, pro confesso reputabitur, & condemnabitur: eoque ter citato, siue personaliter, siue domi copia dimissa, & contumace existente, iterum eodem modo & in scriptis ad audiendam sententiam citetur, & illius contumacia accusata, ad sententia diffinitiæ prolationē & diffidationem iuxta delicti qualitatem, procedatur; & hæc de ciubus & habitantibus in Vrbe, & circa eam per milliaria tria intelligentur. Qui vero extra Vrbe in Vrbis districtu, & ultra dicta tria milliaria ab Vrbe, forū in Vrbe vel ratione delicti, vel territorij, aut personæ sortiuntur, citentur edictio Senatus cū inserto tenore accusationis seu querelæ, quatenus infra terminum dierum viginti vel alium Iudicis arbitrio pro peremptorio assignandū (habita distantia locoruū, personarum & delicti ratione) debeat corā ipso iudice cōparuisse, & accusationi seu querelæ

respondisse cum comminatione, quod eo termino elapo, pro confesso habebitur, & tamquam confessus cor i eutra ad sententiam & diffidationem procedetur. & haec executio citationis fiat, vt in ciuilibus causis de citandis edicto Senatus dictum est: quo contumace existente, iterum per affixionem schedulae ad valvas curiae affixa, ad sententiam ad primam diem citetur, illoq. contumace existente, ad sententiam & diffidationem, vt supra, procedatur. Vagi autem & domicilium non habentes, citentur ad valvas Palatij, affixa copia citatorij edicti, vt dictum est, & ibi etiam copia dimissa, vt facilius ad eorum notitiam possit citatio deuenire. Quod si reus praedictus ante sententiam comparuerit, Iudex faciat eum per se ipsum accusationi, seu querelae respondere; qua response habita, si reus de eo delicto accusetur, pro quo de iure, vel ex forma Statutorum pena pecuniaria imponenda venit, Iudex eum, praestitis idoneis fideiussoribus, vsque ad summam per eum taxandani relaxet: Quod si in defactum solutionis pecuniaria pœna, corporalis veniat imponenda, vel etiam corporalis pro pecunia redimi possit, tunc nisi reus idonea pignora, aut pecuniariam in Camera deposuerit, que pro pœna & interesse partis sufficiat, carceribus mancipetur, in quibus diligenter custodiatur vsque ad totalem & finalem causa expeditionem. Vbi vero pœna corporis afflictiva, sive ea sit à Statutis aut à lege præcise taxata, sive Iudicis arbitrio relicta, veniat imponenda, tunc nullatenus reus pignoribus aut cautionibus committatur, sed omnino in carceribus custodiatur, vsque ad finalem cause decisionem. Praedicta autem confessione aut negatione secuta, & praedictis impletis, ad iustificationem & impugnationem dictæ accusationis, seu querelæ partibus aliquo competenti termino a probandum preffixo procedatur. Iudex autem qui in praedictis & eorum quolibet negligens, aut remissus fuerit, pœna quinquaginta aureorum in syndicatu puniatur, & interesse parti lese resarciat.

De cautione ab accusare volentibus praestanda, & pœna eorum, qui delicta non probauerint. Cap. III.

SI quis accusauerit aliquem de delicto, pro quo pœna capitalis ad mortem imponenda veniret; non ante audiatur, quam per idoneos fideiussores cauerit se quingentos aureos Cameræ soluturum, & de stando tot diebus in carceribus, quot reus steterit, si in accusatione succubuerit. Si vero aliqua alia corporalis pœna quam mortis; tunc cautio praedicta de soluendo ducatos auri centum, & de stando in carceribus, vt dictum est, praestare debeat: ad quas pœnas eo ipso condemnatus intelligatur, quod reus fuerit absolutus; & nihilominus partem executio fieri possit. Si vero accusare voluerit de excessibus pro quibus pecuniaria pœna, sive principaliter, sive in subsidium imponenda esset; tunc nec etiam audiatur, nisi dederit idoneos fideiussores de soluendo medietatem pœnæ, in qua accusatus condemnandus veniret, absque aliquo beneficio pacis aut confessionis; ad quam pœnam censeatur eo ipso condemnatus, quod adversarius fuerit absolutus, & statim contra ipsum & illius fideiussorem executio fieri

fieri possint: & nihilominus parti ad interesse teneatur, & Iudex aliter cum ad accusandum admittens, de suo teneatur in syndicatu.

De Abolitionibus. Cap. IIII.

NVllus accusationem à se institutam, destituere neque eam aboleri petere possit, sed ad illius effectualem prosecutionem procedere teneatur: alioqui pœnam juris incurrat; exceptis casibus infra scriptis, videlicet, de verbis iniuriosis, de damno dato, de contemptu mandati, de turbata possessione, de investimento fracto, & vbi vxor de adulterio à viro accusata fuisset, quod ad uxorem tantum, non quod ad adulterum.

In quibus casibus per inquisitionem procedi possit. Cap. V.

NVlla inquisitio per Senatorem vel Iudicem malefiorum formari possit, nisi in casibus infra scriptis; videlicet, in crimen laesa Maiestatis, Homicidio, etiam per Communitatem commisso, & de Abortu fetu iam viuificato, Assassinio, Incendio, Falsitate quoru[m]cumque instrumentorum, instrumenti late sumpto vocabulo: De falsariis quarumcumque monetarum, etiam quod ad illas tendentes, seu minuentes: Necnon de receptatoribus consciis & conscientibus eorumdem, & de erogantibus eamdem falsam monetam, De furto, Latrocinio etiam à Pyratis facto, Violentia mulieribus etiam libidinis causa illata: & de Lenonibus mulierum, etiam si meretrices sint: De his qui pueros libidinis causa verberant, abducunt aut seducunt, Sodomia, Aggressione nocturna, Battalia generali, Pace vel securitate fracta: De praestantibus auxilium consilium & fauorem ex proposito ad committendum homicidium in principio, aut medio, vel in fine homicidij: De percussionibus cum sanguinis effusione, vel fractura cranei, quod ad percussorem tantum: De inferentibus vel nunciantibus minas, vt infra suo loco: De speraentibus mandata Senatoris in assecurando, & contra iniuriam Nunciis inferentes: De sumentibus vindictam contra innocuos, Et de receptatoribus delinquentium, Et de offendentibus Magistratum, vel officiales, Aduocatos, Procuratores, & Notarios ratione officij: De Blasphemis: De Incestu: De Plagiariis: De Proditoribus, De profligientibus stercora, Et de fagonis libellis: De iacentibus plumbatam: De prohibentibus Annonam siue graseiam ad Vrbem adferri: De portantibus vel habentibus arma prohibita, vel venenata: Contra diruentes antiqua ædificia: Contra priuatum carcere exercentes: Contra incisores Vinearum & vitium in Urbe & extra: De congeratione, conspiratione sive coniuratione, contra bonum & pacifcum Ciuitatis statum; Et de seditionis: Contra ementes viuctualia vescibilia & esculentia in Portis & Pontibus Vrbis, & extra Plateas designatas: De excessibus commissis in Curia Capitolij, & platea tam Capitolij, quam sanctæ Mariæ de Araceli: De excessibus commissis in ludo Testaciæ & Agonis, & rixis & percussionibus ibi factis: Si Senator, Conseruatores, & Marecalli aut Capitanus Curia Capitoline, seu eorum alter irent per Vrbem, & in eorum vel alterius ipsorum praesentia vel conspectu, excessus fuerit commissus: Si excessus dicetur commissus in exercitu

in exercitu Romano, aut intra ecclesiās Vrbis. & de aliis casibus, de quibus per præsentia Statuta, inquiri posse vel debere permittitur, & mandatur. In quibus omnibus casibus, volumus etiam per denunciationem procedi posse.

De modo procedendi per Inquisitionem. Cap. VI.

Antequam formetur particularis inquisitio, debeat per Iudicem, inquisitionem formare volentem, recipi sufficiens informatio de delicto vel maleficio per testimoniū receptionem, de qua apparere debeat in actis Notarij maleficiorum; quæ testimoniū depositiones per extensum in libro describi & adnotari debeant: quibus receptis, Iudex causam in Asfettamento proponat, in quo si per Iudices, aut eorum maiorem partem fuerit resolutum inquiri posse, ad inquisitionem procedatur. Debeat tamen de dicta deliberatione per acta Protonotarij, & illius fidem, quam gratis dare teneatur, constare: qua demum deliberatione facta, Iudex inquisitionem formet, in qua omnes & singulas qualitates delictorum, quæ ad eius notitiam peruererint, vel publica fuerint, apponere debeat: aliás ipse Iudex, etiam si omiserit qualitatem corporalem, pœnam requirentem, pœnam similem incurrat. qua formata, si talis sit causa, in qua pœna corporis afflictiva imponenda venit, & reus haberi non possit; tunc moneatur reus per affixionem schedulae ad domum suæ solitæ habitationis, & ad valvas Curiæ Capitolij, si in Vrbe aut circa eam per milliaria tria inhabitet: aliás editio Senatus, vt de accusatione dictum est, quatenus infra triduum, aut alium terminum competentem, loci & personæ habita ratione, sub pœna confessi crimini debeat personaliter comparuisse ad se excusandum super delicto, per eum in illū casum, tali die & loco, commisso; cum comminatione, quod eo non comparente, pro confessō habebitur, & ad diffinitiuam sententiam & diffidationem contra eum procedetur: eoque pereemptorie ad docendum se patuisse citato, & contumace existente, rursus iuxta traditam supra de accusationibus formam, ad sententiam audiendam citetur; eoque in contumacia persistente, diffinitiuam sententiam promulgetur, & demum ad pœnarum executionem procedatur, iuxta iuris & Statutorum formam. Quod si inquisitus comparuerit, aut captus fuerit, & in posse Curiæ deuenerit; tunc formatæ contra eum inquisitioni respondere cogatur; qua response facta, vel in carceribus detineatur, vel fideiussoribus aut datis pignoribus committatur, iuxta delictorum qualitatem, & prout supra de accusationibus est expressum: vel etiam si Iudici videbitur opportunum, reum custodiat, vsque quo delictum fuerit probatum, vel euacuatū; aliter autem formatæ inquisitio (si de illius nullitate ante sententiam obiiciatur) non tecum, & per prædicta non censeatur sublata facultas Iudici incipiendi etiam à captura inculpati, iuxta dispositionē iuris communis. Iudex autem in præmissis negligens, aut contraveniens, pœnam vigintiquinque aureorum incurrat.

Si mulier de delicto accusetur, aut contra eam inquiratur. Cap. VII.

Mulier honesta accusata vel inquisita de leuiibus criminibus, aut vadat personaliter ad respondendum ante Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Aracali;

aut

aut si noluerit, Notarius maleficiorum ad eius domum accedat ad responsionem recipiendam, pro quo viatico recipiat bolonenos quinque, & non ultra. Pro grauioribus delictis, vbi tamen pœna corporis afflictiva non infertur, ad dictam Ecclesiam ire teneatur, & ante dictam Ecclesiam accusationi aut inquisitioni respondere cogatur: in vtraque tamen causa per idoneos fideiussores cauere teneatur & debeat de condemnatione soluenda. Si autem capitalis aut corporalis pœna imponenda veniret; tunc in carceribus pro mulieribus factis, & faciendis, seorsum à viris; aut si nobilis persona fuerit, vel de magnatibus, in aliquo ruto loco, sub idoneis fideiussoribus de tuto carcere custodiatur: & in omnibus & per omnia contra eam procedatur, prout de viris dictum est, & dicetur.

Quando Procurator admittatur, et de securitate reis danda pro aliis excessibus. Cap. VIII.

Si ex delicto, pro quo reus accusatus est vel inquisitus pœna corporis afflictiva, sive principaliter, sive in defectum pecuniaria, & sive ea arbitaria, sive à Statuto taxata sit, imponenda venit; reus se ipsum præsentare, & querela vel inquisitioni respondere confitendo vel negando delictum, de quo inquiritur aut accusatur, omnino teneatur. In aliis vero iudicij actibus admittatur procurator ad omnia, quæ pro defensione reorum fuerint opportuna. Si vero ex crimen veniat pœna pecuniaria imponenda, & reus idonee cauerit, dato fideiussore de pœna soluenda, admittatur procurator ad respondendum, habens speciale mandatum ad sic respondendum: quod si reus accusatus, vel inquisitus timeat ad respondendum accedere, eo quod de aliis excessibus diffamatus dicatur, detur ei securitas de aliis similibus excessibus, præterquam de iis de quibus inquiritur, vel accusatur.

Quod Testes ex Officio super innocentia recipiantur, & eorum dicta integre describantur. Cap. IX.

Enator, & Iudex, sicut ex eorum officio diligenter pro delictis reorum & no- scientium indagandis & inuestigandis inquirunt, & testes examinant: ita & pariformiter ex eorum officio, æqualitate seruata, pro innocentia inuestigare & indagare, & testes de veritate facti informatos, per quoscumque ad eorum notitiam deducantur, interrogare & examinare, & in actis annotare & describi facere teneantur, & deheant; & non præterire testem & testimoniū dicta, pro innocentia deponentes: aliás tam Iudex veritatem facti pro innocentia quærere, quam Notarij dicta testimoniū scribere & annotare, & in actis ponere, per malitiam, aut per manifestam desidiam cessantes, in syndicatu ad interesse teneantur, & pœna falsi puniantur.

De termino reis dando. Cap. X.

Si reus accusationi aut inquisitioni respondendo, delictum de quo accusatur vel inquiritur, negauerit, & accusator vel Fiscus suam intentionem iustificasse prætendat, antequam ad rigorosum examen deueniatur, Romano & Romæ habitanti, terminum sex dierum; aduenæ vero & de districtu, duodecim dierum ad se defendendum, etiam si pars non petierit, præfigatur: in quo termino copia indiciorum contra eum laborantium, si eam habere voluerit, & facultas suos procuratores alloquendi, dari debeat.

De Minoribus. Cap. XI.

Minores annis decem & septem, absque curatoris legitimi interuentu in iudicio criminali stare non possint; & aliter eorum confessiones, & gesta cum eis non valeant.

De Positionibus in causis criminalibus non faciendis. Cap. XII.

In causa criminali non recipiantur positiones pro responsione ab alterutra parte habenda, nisi quando mixte pro violentia expulsiva vel turbativa intentaretur simul ciuile & criminale iudicium: possint tamen fieri & produci capitula ad offensam & defensam, de quibus parti copia, si voluerit, dari debeat,

De Quæstionibus & Tormentis. Cap. XIII.

Publici latrones & viarum violatores, homicidæ, falsarij monetarum, maiestatis rei, incendiarij, violatores molierum, sodomitez, status Romani Populi turbatores, & proditores; ac de prædictis, seu aliquo prædictorum infamati vel descripti, & nominati in infra scriptis libris infamatorum pro prædictis, si fama publica præcedente per tres saltem idoneos testes probata, ad manus Curia deuenient, ne tanta scelera impunita remaneant, pro veritate eruenda, prout dictauerit discretio Senatoris, & suorum Iudicium, ad tormenta contra eos procedatur. Accusati autem & inquisiti de aliis quibuscumque excessibus, maleficiis & delictis nullatenus torqueantur, nisi præcedentibus legitimis indicis, vel depositione vnius testis de visu, cum aliquali indicio; vel saltem quatuor testium examine, de publica fama deponentium cum aliquali indicio, ut dictum est. Prius tamen iuterrogetur reus super delicto; & si confiteri voluerit, torqueri non possit: alias vero antequam ad torturam deueniatur, terminus ad defendendum, prout supra de termino reis dando dictum est, etiam si reus non petierit, præfigatur. & eo elapso votum omnium Iudicium de Assettamento, seu maioris partis eorum accedat, de qua deliberatione & voto Protonotarius rogare se debeat, & per illius fidem in actis Notarij criminalis constet, & aliter ad torturam deueniri non possit: & si aliter fiat, confessio extorta confenti non noceat, & Iudex in syndicatu poena centum aureorum puniatur, & interesse, si astimabile fuerit, parti resarciat.

De

De Terminodando capto capitaliter diffidato. Cap. XIV.

Diffidato, seu condannato capitaliter ad mortem, si infra annum sponte se constituerit; terminus competens statuatur, ad suam innocentiam (si potuerit) probandam, non obstante quod à sententia diffidationis de contumace & confessio per eum, vel eius procuratorem non fuerit appellatum: infra quem terminum, etiam super nullitate sententiae audiatur.

De Libro diffidatorum & investigatorum, & eorum nominibus publicandis. Cap. XV.

Senator Vrbis retineat apud se unum librum cum chartis numeratis, & signo Cameræ Vrbis impressis; in quo per Alphabetum nomina omnium diffidatorum describi faciat, illumque diligenter custodire, & finito officio, in manibus syndicorum successori tradendum, consignare teneatur; alias ad omne interesse, & ultra, ad pœnam centum ducatorum Cameræ obligetur, & de suo salario in syndicatu retineantur. Similiter etiam retineat, sicut hactenus consuetum est, librum alium (quem vacchettam appellant) in quo Notarij maleficiorum, sua manu, nomina delinquentium, qui ad eorum notitiam peruenient, cum annotatione temporis, & diei, & qualitatis delicti, summatim annotare debeant: & aliter ad capturas investigatorum (nisi in grauioribus delictis) deueniri non possit: quæ capturæ semper sigillo Senatoris fieri debeant, & aliter non valeant. & dictus liber conferuetur & restituatur vt supra, sub dicta pœna. Omnes autem & singuli diffidati pro crimine, in dicto libro descripti, describantur in charta membrana capaci, per nomina, & cognomina, & Regiones cum expressione pœnae. Et singulis hebdomadis prima die iuridica, exhibeantur in publico, & in valuis Palatij eadem charta appendatur, vt ab omnibus inspici & legi possint; & ibi saltem per unam horam, dum ius redditur, retineantur. & fiat dicta annotatio similiter per alphabetum, & ab una parte describantur ciues, & incolæ domicilium in Vrbe habentes; ab alia forenses, & extra Vrbem habitantes: Vel fiant duæ chartæ distinctæ, vt facilius inueniantur, & maiori infamia notentur, & omnibus magis innotescant: Et detur fides huiusmodi scripturis, ad effectum procedendi ad capturam diffidatorum, & offendendi ipsos, in casibus permisiss; ac etiam excipiendi contra eos, vt ab agendo, & ab officiis publicis, ac dignitatibus repellantur. Si vero contingat aliquos ex iis reaffidari, vel eorum diffidationes cassari; par formiter Scriba Senatus Vrbis, aut Protonotarius Curiæ Capitolij, nomina eorum ex dictis chartis, de mandato Senatoris & Iudicium, & ad cuiusque petentis instantiam, delere, & cancellare teneantur, ita vt legi non possint; & nullus alias, sub pœna falsi, manus apponere possit, aut corrumperé præsumat dictas patentes scripturas. Et si Senator, vel eius Iudex maleficiorum, vel Scriba Senatus, aut Protonotarius in his exercendis cessauerit; is qui cessauerit, aut neglexerit, decem aureorum, toties quoties omiserit, pœnam incurrat. Item Senator habere, & retinere debeat unum alium codicem, similiter cum numero chartarum signatarum, & impres-

L sarum;

sarum; in quo omnes infamati de homicidiis, de furtis, vel aliis huiusmodi facinoribus, diligenter annotentur, & describantur ad hoc, vt contra eos procedi possit vt supra.

Quod diffidati impune offendи possint, & quando in iudicio esse permittantur. Cap. XVII.

Diffidati de crimine capitali ad mortem, impune offendи possint, & per Sentencem contra illos occidentes vel tradentes in manibus Curiae praeimum de pecunia Cameræ solendum constitui possit; diffidatus autem citra poenam mortis, non possit nec etiam leuiter offendи; immo eum offendens, ita puniatur ac si non diffidatum offendisset. Qui vero diffidatum etiam capitaliter ad mortem, postquam in manibus & posse Curiae, vel sue familie deuenit, offenderit; perinde puniatur, ac si non diffidatum offendisset. Ciuiliter autem siue citra mortem diffidati, si ab alio ciuiliter conueniantur, possint se per procuratorem legitimum defendere, diffidatione non obstante. In causis tamen criminalibus audiuntur agendo & excipiendo, si suam vel suorum iniuriam prosequantur. Diffidati autem siue pro causa ciuili siue pro criminali nullatenus ad aliquod officium intra vel extra Vrbem eligi possint, & electio non teneat.

De Homicidis. Cap. XVII.

Homicida, capite naturali puniatur, si capi poterit, seruata forma de qua si praelatio qui diffidetur, & condemnetur de homicidio, & bona eius publicentur, & Cameræ Vrbis applicentur: deducta legitima filiorum & nepotum. Domus autem occisoris, pro Vrbis decore nullatenus diruatur; de quibus bonis medietas sit Cameræ Vrbis, & alia medietas haeredum legitimorum proximorum in gradu, qui ab intestato venirent ad haereditatem interfici: siue interficetus testamentum fecerit, siue non, & illis deficientibus, sit haeredum in testamento descriptorum. deducta tamen semper ex omnibus dictis bonis legitima filiorum & nepotum interficientis, quæ eisdem applicetur: & Senator in possessione dictæ medietatis bonorum haeredes supradictos immittat, & immissois manuteneat, & partem pro diuiso, si voluerint, assignet.

Si Homicidium ab aliqua Ciuitate vel Castro de Urbis districtu committatur. Cap. XVIII.

Si contigerit Communitatem alicuius Terræ de districtu Vrbis, committere homicidium, condemnetur, si fuerit Ciuitas, in mille ducatis auri; & si fuerit Castrum, in quingentis Cameræ Vrbis, & tantumdem haeredibus interfici, & plus quolibet casu arbitrio Senatoris, & diffidetur: & non possit reaffidari, nisi primo haeredibus occisi, & Cameræ Vrbis dictam soluerit quantitatem: & nihilominus auctores & homicidae poena iuris, & præsentium Statutorum, puniantur.

giantur. Diffidata autem seu condemnata Communitate alicuius Castrorum vel Terræ pro poena praedicta, singuli de Castro vel Terra censeantur diffidati seu condemnati pro eadem poena, Clericis, Religiosis, Pupillisque & Mulieribus dumtaxat exceptis.

De Pace, & quibus non suffragetur. Cap. XIX.

Si quis instigante diabolo, homicidium commiserit, nullatenus reaffidari possit, nisi pacem ab haeredibus legitimis proximioribus in gradu interfici (si extant, siue defunctus testamentum fecerit, siue non: vel si non extenti legitimis, ab haeredibus testamentariis) habuerit. Statuimus autem, quod si is homicida, secundum homicidium, seu plura homicidia commiserit, & pacem habuerit a legitimis haeredibus interfici, vel etiam testamentariis; pax ipsa pro secundo, seu pluribus homicidiis redditia, nihil illi proficiat, nec opituletur: quin immo contra cum ad penam legis & Statutorum Vrbis, cum rigore iustitia procedatur, pace huiusmodi non obstante. Similiter & pacem suffragari nolumus his, qui dolose occiderint patrem, matrem, filium, fratrem carnalem, vel neptem carnalem, patruum, auunculum, & materteram, sororem carnalem seu vxorem: sed pace non obstante, contra tales facinorosos ad penam legis & statutorum rigorose procedi mandamus: nisi mulier interficita in regione vel vicinia esset manifesta meretrix, quo casu pacis beneficium ut ceteris suffragari possit.

De Beneficio Pacis. Cap. XX.

Si de aliquo delicto, aut maleficio, pro quo poena pecuniaria veniat imponenda, pax infra decem dies a die delicti computandos, ab offenso habeatur, hoc casu poenæ medietas remittatur.

De Beneficio confessionis. Cap. XXI.

Cvilibet accusato vel inquisito de delicto, de quo similiter pena pecuniaria imponenda venit, sponte & in prima responsione confitenti maleficia, unum, vel plura, de quibus proceditur contra eum, remittatur quarta pars penæ pecuniaria, quæ in huiusmodi maleficiis, uno vel pluribus confessatis, secundum Statuta imponi deberet.

Ut semel gratijs à carceribus liberati, amplius non liberentur. Caput XXII.

Qui semel extractus fuerit, seu liberatus de Carceribus, in honorem Assumptionis Beatæ Mariæ semper Virginis, vel aliis solemnitatibus, ex benignitate Sanctissimi Domini nostri Papæ, non possit ulterius similem gratiam obtinere.

*De Pace per metum extorta, & quod Securitas non habeat vim
Pacis. Cap. XXIII.*

Si quis terrore vel minis præcedentibus, aliquem ad pacem prestantam adduxerit, omni pacis commodo, & beneficio (quo ad diuinitionem penæ sit exclusus, & omni beneficio cuiuscumque re scripti, seu gratiæ, omnino priuatus: nec pax minis præcedentibus secura, profit illis, qui sic illam fuerint consequi, quoad dictos effectus: sed eo beneficio indigni reddantur, & habeantur; & pax sic præcedentibus minis, vel aliis violentiis facta, violenta, & coacta præsumatur; & quo ad effectum remissio nis penæ, vel consequendæ gratiæ, ex rescripto Principis, aut Superiorum; nulla, nulliusque roboris vel momenti existat. Quo autem ad effectum securitatis prestatæ de se mutuo non offendendo, validafit, & perpetuo inuiolabiliter obseruetur, ac salua, & firma remaneat, & vim perpetuæ securitatis obtineat. Perpetua autem securitas, nullatenus intelligatur vim pacis habere ad dictos effectus gratiæ, vel remissionis partis penæ ex beneficio Statuti vel rescripti.

*De occidentibus & percutientibus per pecuniam, vulgo Assasinis
vocatis. Cap. XXIII.*

Qvicumque pretio vel pecunia aliquem quomodocumque occiderit, aut occidere tentauerit, vel occidi fecerit, aut mandauerit, dummodo ad actum proximum deuentum fuerit, per Terram trahatur, & in furcis laqueo suspendatur, ita ut moriatur, & bona eius confiscetur; applicanda prout supra de Homicidiis dictum est. Si quis autem pretio vel pecunia aliquem, citra tamen animum occidendi, percutserit; seu percuti fecerit; tam ipsi percutienti, quam percuti facienti amputetur manus ita ut à brachio separetur, & in quadruplum eius in quo teneretur, si pecunia non interuenisset, puniatur: & tam huiusmodi occisores vel percussores, quam mandantes nullo pacis aut confessionis beneficio gaudeant. quod & locum habere volumus. etiam si occasione vindictæ talia perpetrentur.

De Pace fracta. Cap. XXV.

Qvicumque pacem cum aduersario suo factam studiose fregerit, per se vel per aliū, si capi poterit, capite puniatur ad mortem; si autem capi non potuerit, capitaliter diffidetur ad mortem; bonis eius publicatis: & si pena fuerit in instrumento apposita, illa etiā à datis fideiussoribus exigatur, & cum offenso diuidatur, secundum formam instrumenti pactorum; & non possit aliquo tempore reaffidari, nec liberationem à Senatore impetrare; & si impetraverit ipso iure, nulla sit. Domus autem eius ne Ciuitas ruinis deformetur, nullatenus diruatur, sed publicata pro medietate Cameræ Vrbis, & pro alia medietate parti offendæ applicetur: referuatis semper iuribus dotium mulierum, & quorum-

quorumcumque creditorum. Et si aliquis de Baronibus aut Magnatibus Vrbis dictum pacis fractorem receptauerit, post diffidationem, vel condannationem de predictis, puniatur in ducatis auri mille, & am plus arbitrio Senatoris: & sententia, seu diffidatio lata contra delinquentem, ipso iure noceat fideiussori; & hoc locum habeat, si de pace constet per publicum instrumentum.

De frangentibus Securitatem vel Treugam. Cap. XXVI.

Similiter etiam contra frangentem securitatem per petuam, vel ad tempus, ultra penas conuentionales, eadem pena capitum ad mortem, & sicut contra frangentes pacem, imponatur: & predicta locum habeant, si de securitate vel treuga constet per publicum instrumentum.

Quomodo Pacis securitas fracta intelligatur. Cap. XXVII.

Pacis securitas, sive fideiussio fracta intelligatur, si quis enim, cum quo pacem, & securitatem habet, studiose per se, vel alium percuaserit, bona aut munitiones inuaserit, vel violenter abstulerit: Item per quamcumque violentam inuasionem, ad dominum iniurioso animo factam: Item per solam violentam & iniuriosam aggressionem: Item per solam euagationem gladii, & per administrationem, cum quocumque genere armorum, licet persona non tangatur: Item per solam infugationem cum armis, vel sine armis: Item si per pallium iniuriosæ apprehenderit, vel si equitantem per frenum ceperit, & retinuerit. Pro verbis tamen iniuriosis, vel contumeliosis, non intelligatur pacis securitas fracta; sed agi possit ciuiliter, & criminaliter aestimatoria iniuriarum: Et si criminaliter agatur, imponatur pro quolibet verbo iniurioso vel contumelioso pena decem ducatorum, vel arbitrio Senatoris, puniatur etiam pena corporali pro personarum, verborum, & locorum qualitate; sin autem ciuiliter agatur, astimentur arbitrio iudicis. Quæ autem dicta sunt de pena verborum iniuriosorum, locum habeant etiam inter quos nulla est pacis securitas: mitigetur tamen pena eius, qui prouocatus, verba iniuriosa responderit; & si modum & mensuram non excesserit, impunitus euadat.

*De frangentibus reconciliationem osculooris, aut aliis far-
tam. Cap. XXVIII.*

Si quis autem fregerit pacem, securitatem, vel treugam, de qua non est factum instrumentum, sed solum pacis osculum, seu potus, vel alias reconciliationis modus interuenerit, puniatur in quadruplicem eius penæ, quæ pro admisso delicto imponenda veniret, si pax aut reconciliatio facta non esset.

Qui,

Qui, & quibus casibus petere possim securitatem, & fideiussores de non offendendo. Cap. XXIX.

Quicunque vulnerauerit aliquem cum armis & sanguinis effusione, aut fratura offisis, aut sic offendenti auxiliatus fuerit, non possit petere securitatem ab offenso, seu consanguineis, & affinibus illius, nisi prius contra eum ad effectualem executionem pena per Curiam processum, vel per ipsum sponte dicta pena soluta, aut deposita fuerit; & vtroque casu facto compromisso in Pacerios, aut alios duos nobiles viros, & praestita per ipsum cautione idonea de satisfaciendo parti laesa, iuxta declarationem per dictos Pacerios, seu arbitros faciendam, ac etiam praestita idonea fideiussione de non offendendo aduersarium sub pena per Senatorem iuxta personarum qualitatem arbitranda. Si vero offensio sine sanguine facta fuerit, securitas per ipsum offensorem & socios ab offenso peti possit, facta satisfactione iniuria arbitrio Paceriorum, & cautione, ut dictum est, praestita, & pena soluta. Consanguinei tamen, & affines utriusque partis usque ad tertium gradum inclusiue, de iure Canonico computandum, incontinenti inuicem securitatem cum idoneis fideiussoribus petere possint, & ad id per Senatorem, omni mora post posita, per iuris & facti remedia coimpellantur: & si ipsi id non petierint, Senator, & Iudex etiam ex officio ipsos consanguineos & affines sine mora inter se securitatem & fideiussores praestare compellat; & cogat; & idem inter omnes facere possit & debeat, inter quos de futura rixa dubitetur, in quibus liberum habeat arbitrium: & si minæ praecesserint, non solum pro se ipsis, sed pro attinentibus illius, qui minas intulit usque ad tertium gradum inclusiue, de iure Canonico similiter computandum, minans securitatem praestare teneatur: Ipsi tamen vulnerato & offenso licet quandocumque ab offensore & consanguineis & affinibus eiusdem securitatem petere, praestita tamen per ipsum fideiussione de non offendendo illum, a quo securitatem petat. Et prædicta, & quæ in sequentibus dicuntur, locum habent etiam si contra bonos mores, & quietum Populi statum inuicem etiam cum iuramento conuentum fuisset, & promissum de securitate inuicem non pertenda, nec praestanda. Posset etiam quilibet à quacumque persona ex quacumque causa & suspicione securitatem petere, in qua cum idoneis fideiussoribus partes inuicem cauere debeant, sub pena arbitrio Senatoris iuxta personarum qualitatem moderanda, pro medietate Cameræ Vrbis, & pro alia offenso applicanda: quod in omnibus casibus predictis locum habere volumus. Et si pars conuenta, & cui per petentem securitas est promissa, & fideiussio de non offendendo est praestita, similem cautionem praestare cesseretur; cogatur illico & incontinenti, vnicarum citatione precedente, per Senatorem iuris & facti remedii opportunis, etiam per dissidationem & capturam personalem, ad dictam securitatem & fideiussionem praestandam; nec ante reaffidetur, aut captus à carceribus liberetur, quam securitatē cum idoneis fideiussoribus praestiterit, & quicunque pro centenario ex summa pro qua cautio praestari mandatum fuerit, Cameræ Vrbis pro pena persoluerit. Senator autem & Iudices, qui in præmissis negligentes fuerint, penam ducentorum ducatorum auri incurvant, & partibus ad

ad interesse teneantur. Debeat etiam illi, cuius aduersarius ob non praestitam securitatem vel fideiussionem fuerit dissidatus, pro tuitione sui corporis defensibilia arma deferendi licentia, si petierit, concedi.

Si Securitas per Ciuem ab aliquo de districtu petatur.

Cap. XXX.

Si Ciuis, vel Incolæ Vrbis, securitatem ab aliquo in districtu habitante petierit, & ille edicto Senatus citatus, cautionem praestare recusauerit, aut contumax fuerit, superscriptam penam ciuibus comminatam incurrat, & insuper requiratur Ciuitas, Castrum vel dominus loci vbi habitat, ut dictam securitatem, & fideiussionem praestari faciat: quod si non fecerit, Communitas ipsa, si Ciuitas sit, in ducatis auri ducentis; si Castrum, aut Villa, aut Baro illius dominus, in centum condemnatur; & exercitio contra quemlibet illius ciuem, aut oppidanum, etiam Romæ apprehensum fieri possit.

De inferentibus & nunciantibus minas. Cap. XXXI.

Si quis per se, vel per Nuncium, vel per litteras, seu quocumque alio modo, quibuscumque consanguineis, vel amicis, vel institutoribus, vel sociis, vel factioribus, seu famulis, seu mercenariis, vel quibuscumque aliis propter causam brigæ, vel ad nocendum suis inimicis, minas intulerit, seu minas inferendo, aliquem domi se includere, & custodire fecerit, vel quocumque alio modo ad brigam prouocauerit: Si plebeius, vel filius familias, vel iuuenis, aut adultus sit, de facto capiatur, & arbitrio Senatoris torqueatur, & ad semestre in carceribus & compedibus detineatur. Similiq. pena Nuncius, qui scienter litteras reddiderit, vel tales minas, alicuius mandato denunciauerit, puniatur, nec praedi- Eli de carceribus liberentur, nisi soluta prius pena centum aureorum, pro singulis, ac praestita fideiussoria cautione (si petatur) pro se ipsis, & pro omnibus eorum attinentibus usque ad tertium gradum de iure canonico computandum, de non offendendo perpetuo in persona, vel in bonis, nec offendi faciendo. Sed si capi non possint, ad querelam cuiuscumque, vel ex mero officio inquiratur contra eos, & procedatur ad dissidationem per contumaciam, & pro confusis habeantur, & ad capitalem penam mortis condemnentur. & in omni casu contumacia, seu latitationis, aut fugæ, liceat eos post dissidationem impune offendere. Possint etiam per eos, quorum interest, capi, & tradi in manibus curiæ: & si in Vrbe capti fuerint, non possint detineti ultra spatium quinq. horarum: si extra Vrbem, seruetur dispositio iuris, secundum locorum distantiam, ita ut quam primum possit, iudici illæsi presentetur, nec possint post capturam impune quouis modo offendere, vel si tuto praestari non possint, denuncietur curie ut familiam mittat. Contra facientes vero, puniantur de violentia arbitrio Senatoris. Posset etiam suo arbitrio Senator, si sibi videbitur, constituere præmiū capiētibus, vel occidētibus praeditos in contumacia perseuerantes, & illud de intentibus cameræ solui facere. Et idē seruetur contra quoscumque contēptores mandato.

mandatorum, & inobedientes, & contumaces cauere vel assecurare recusantes, vel cessantes, & in omnibus grauibus, & atrocibus criminibus, & contra quoscumque facinorosos ac rebelles diffidatos aut condemnatos, quos liceat impune offendere; & præmium, eos capientibus constituantur arbitrio Senatoris ut supra. Si vero huiusmodi minas inferentes, aut inferri facientes, vel ad brigā prouocantes, patres familias existant, pœnam ducentorum ducatorum incurant, & ad cuiusque suspicionem habentis, instantiam, vel etiam ex officio, si ad notitiam Curiæ quomodocumque peruererit, illico & sine mora præcipiat eisdem, ut sub pœna quingentorum aureorum (qua tamen pœna augeri possit ad quanicumque suminam, arbitrio Iudicium, secundum personarum conditio- nem, & qualitatem) cum idoneis fideiussoribus aduersarium securum facere debeant, secundum modum supradictum: & si neutra partium talem securitatem præstari petierit, aut petere voluerit, Senator, & Iudices ex eorum officio, ubi, & quoties cognoverint, inter ciues Romanos dissensionem aliquam, aut ri- xam exortiri posse (de quo extra judicialiter, & ex sola probatione famæ, inuestigare, & se informare sufficiat) vtriq; parti mandent mutuas securitates præstari, & ad præstandum cogant, per diffidationes, condemnationes, carceratio- nes, & per alia iuris & facti remedia: & contra inobedientes, & contumaces, si in contumacia perseuerarint, seruetur modus supra traditus, cum omni seueritatis rigore. Præsumatur autem is, qui imputatur de huiusmodi minis, illas fe- cisse, vel fieri fecisse; si illum, contra quem minæ illatæ dicuntur, recuset; vel se- mel monitus, distulerit assecurare...

De iniuriam inferentibus Nuncij. Cap. XXXII.

Contra offendentes, aut inferentes iniuriam Nuncij, ad deferendum man- data, citationes, & edicta, per Magistratus destinatis, ex causa dicti officij (quod semper præsumatur, nisi contrarium probetur) qui ius gentium vio- lare, & Principis maiestatem offendere videntur, seuerissime inquiratur, & Communitates, & Domini Castrorum, dissidentur ad pœnam quingentorum ducatorum: sed contra ipsos iniuriam inferentes, si capi possint, si iniuria fuerit personalis & atrox, ad Capitalem pœnam procedatur, & ultimo suppicio af- ficiantur: si vero personalis fuerit minus atrox, ad Triremes per triennium mittantur: vel alia pena corporali, citra mortem, Iudicis arbitrio, plectantur. Si vero iniuria fuerit tantum verbalis, tunc arbitrio Iudicis, quod extendi pos- sit usque ad relegationem, puniri debeant: Et credatur iuramento ipsorum Nunciorum cum uno Teste idoneo de visu; & non sit opus eos, qui moneri vel citari debebant, ulterius in illa causa citare, nisi in valuis Capitolij per affixio- nem schedularum.

De Sumentibus vindictam contra Innocuos Cap. XXXIII.

Vicumque ab aliquo offensus, consanguineos, affines, aut amicos vel do- mesticos offendentis, qui ipsi offensores non fuerunt, vindictam sumendo vulnerare, mutilare, occidere, vel quocumque modo realiter vel personaliter offendere

offendere ausus fuerit; pœnam capitum ad mortem & publicationis honorum, ac perpetuæ infamie, iuxta saluberrimas Pauli Papæ Secundi, & aliorum sum- morum Ro. Pontificum Constitutiones, quæ in hac parte in omnibus, præter- quam quo ad demolitionem domorum (ut eisdem placuit) ne Ciuitas rui- nis deformetur, seruandæ sunt, incurant. Sed si reus in potestate ha- beatur, & decapitatus fuerit, seu mortis suppicio affectus, publicationis bono- rum pœna locum non habeat, nisi in vindictam sumendo, homicidium sit com- missum. Si vero homicidium interuenerit, ultra pœnam capitum etiam si deca- pitatus, seu alijs ultimo suppicio affectus fuerit, bona publicentur, & in omni casu pro dimidia applicetur parti offensæ, vel suis hereditibus; quam si ha- bere noluerint, tota applicetur Cameræ Vrbis, ut supra. Ad demolitionem au- tem domorum, non aliter deueniendum esse statuimus, nisi quando aliter in personam, vel in aliis bonis excedentibus summam quingentorum ducatorum auri puniri non posset: & si domus esset communis cum aliis, vel nexus hypothecæ alicui obligata, si socius partem delinquentis emere, vel creditor hypothecam habens in solutum recipere, & pretium quod superesset, estimatione illi- co facta refundere voluerit; præferatur, & pretium applicetur ut supra: alijs, fa-cta sine mora diuisione, pars tota, quæ fisco & parti læsa obuenerit, diruatur; vel si diuisionem non recipiat, tota parti offensæ, vel suis hereditibus ut supra adiu- dicetur, & pleno iure transferatur, qui vera debita satisfacere teneantur.

De tumultuosis armatorum Collectis. Cap. XXXIII.

Simili modo, ut de sumentibus vindictam contra innocuos dictum est, aduer- sus omnes, qui tumultuosas armatorum collectas, non solum ad vindictam sumendam, sed etiam ad iniuriam inferendam, & ad quoscumque actus illici- tos, siue alijs sine legitima causa, de die, vel de nocte, facere ausi fuerint, in omnibus & per omnia procedendum esse; eosque in easdem pœnas incidere, & pariformiter puniri debere, statuimus.

Quæ dicantur illicitæ Collectæ. Cap. XXXV.

TVnultuosæ autem collectæ, factæ intelligentur, si numerum decem arma- torum excedant: quo casu principales ductores tantum, ad pœnam in prece- denti capite contentam obligentur. Sequaces vero, ultra alias penas delictorum perpetrandorum, singuli aureorum centum pena, sine diminutione aliqua, nec non & quatuor iustum funis mulcentur. Si vero minor numerus fuerit, sed sint supra quatuor, principales arbitraria pena plectantur, quam usque ad sanguinem, & mutilationem membrorum inclusive, pro personarum qualitate, ar- bitrari Senator possit. Sequaces vero, pena quinquaginta ducatorum auri, sin- guli sine diminutione, & trium iustum funis mulcentur & plectantur: & nihi- lominus pro delictis commissis puniantur. Si vero sint quatuor, vel infra, om- nes tam principales, quam auxiliatores pari pena puniantur, pro delictorum, & facti, & personarum qualitate: quæ penæ aduersus eos, qui tumultuosas collectas fecerint, locum habeant in omnium multu illico, & in omni collecta

M armato-

armatorum prohibita, & non in casibus à iure permisss: in quibus casibus locum non habeat capitalis, seu publicationis bonorum pœna: sed si aliqua delicta commiscent, vel si aliquam illicitam violentiam intulerint, vel exercuerint; extra ordinem, vel secundum Statuta puniantur.

De Incendiariis. Cap. XXXVI.

I quis data opera, ignem immiserit, & ex eo incensum fuerit Castrum, Villa, Casale, aut aliqua domus, in toto vel in parte; igne comburatur, ita ut moriatur. sive Area cum frumento, vel acerui seu postea lignorum, furca suspendatur. Qui vero ad ostia meretricum ignem immiscent, si inde domus incendium non sequatur, si capi poterint, tribus iugibus funis torqueantur: et insuper si viles personæ fuerint, fustigentur per Vrbem, & in perpetuum exilium vel ad Triremes arbitrio Senatoris damnentur: & si personæ nobiles aut bona estimationis alias fuerint, ultra torturam vt supra, per triennium regentur, vel per annum arbitrio Senatoris in carceribus detineantur. & præterea in quadruplum damni illati, damnum passo condemnentur. & si capi non possint, pro dicta pena diffidentur.

De receptatoribus delinquentium. Cap. XXXVII.

Ivta Sacras Constitutiones felicis recordationis Innocentij Octauj, & aliorum suminorum Romanorum Pontificum, contra receptatores, & minas inferentes, usui receptas; Statuimus, vt si quis, etiam non brigosus, diffidatos de crimine vel condemnatos, siue de enormibus delictis infamatos, vel alios quoscumque mandatorum à Magistratibus factorum, contemptores, vel inobedientes, & contumaces, seu mandatis de assecurando, parere recusantes, aut cessantes, scienter receptauerit; pœnam trecentorum ducatorum, vel alias iuxta formam dictarum Constitutionum patiatur. Presumatur autem scientia, si diffidati vel per sententiam condemnati appareant. Et si Ciuitas, vel Communitas, vel ipsarum Domini immediate, vel Vicarij sint, apud quos illicita prædictorum fieret receptatio; contra Dominos & officiales, & ipsas vniuersitates ex officio inquiratur, & diffidentur, aut condemnentur ad pœnam quingentorum ducatorum, vel alias iuxta formam earumdem Constitutionum; & ad effetalem executionem, per pignorum captiones, personarumque, & animalium arrestationes, & per generales represalias, procedatur; & non reaffidentur, nec à represaliis desistatur, donec fuerit integra pena soluta, & à tali receptione desistisse, per legitimas probationes docuerint. Sed & si de diffidatione, vel condemnatione eorum, qui sic fuerint receptati, non appareat, postquam per litteras Senatoris ipsi Barones & officiales ipsarum Communitatum, & vniuersitatum moniti, aut aliter legitime certiores facti fuerint, vt ab huiusmodi receptione abstineant, vel desistant, eamdem pœnam nisi paruerint, incurvant. Senator autem, & Iudices, quomodo cumque ad aures, & notitiam eorum peruenierit, quo in loco tales personæ receptentur, statim monere debent receptantes, vt eos capiant, vel expellant; alioquin contra eos procedant,

cedant, & exequantur, vt supra est dictum: & si negligens in his fuerit Senator, vigintiquinque aureorum pœnam in syndicatu patiatur; & Camerarius Cameræ Vrbis ad omnem requisitionem Senatoris tenetur soluere mercedem Nunciorum, aut Cursorum ad prædicta deputandorum: & ad id, officio eiusdem, si opus fuerit, compellatur: saluis nihilominus remanentibus aliis pœnis contra prædictos receptatores, per easdem Constitutiones Apostolicas inflictis.

De Brigosis, & qui se domi pro Briga includere possit, & quos secum retinere. Cap. XXXVIII.

Liceat offenso, vel iniustis minis præcedentibus, ad brigam prouocato, vel aliam iustum suspicionis causam habenti, pro securitate suæ personæ, vel suorum, qui sint eiusdem familie, vel ei qui domi se includendi, & in briga se continendi iustum & rationabilem causam habuerit, impune id facere: habitam prius licentia à Senatore & Paceriis: & si fuerit de offensoribus, iustum causam habere etiam intelligatur, postquam soluta pœna delicti, offensor ipse Magistratibus parere, & obediens esse paratus sit; & de parendo mandatis eorum idoneas cautiones dederit, & aduersarius inobediens fuerit, & Superiorum mandatis parere recusaverit, vel distulerit, seu laritando se subtraxerit, vt capi non possit: Et dummodo ultra eos, qui sunt de eadem familia, absque Senatoris, vel Paceriorum expressa licentia (de qua in scriptis apparere debeat) aliquos armatos non retineat: ita tamen, quod si licentiam retinendi aliquos armatos obtinuerit, nec diffidatos pro criminis, nec brigos, nec aliquos, qui minas alicui intulerint, nec inobedientes Magistratibus, nec assicurare recusantes eos, qui securitatem ab eis petierint, nec aliquos criminosos de gravibus delictis infamatos, receptare; nec condemnatos pro ciuili debito, apud se stare permittat: alioquin eamdem pœnam incurrat (si pecuniaria sit pœna) ad quam diffidati, vel condemnati obligantur: & si debitum sit ciuile, ad tantumdem obligetur. Sed si receptati capitaliter, vel ad pœnam sanguinis diffidati sint, receptantes brigos in pœnam in proxime præcedenti capite contra receptantes impositam, incurvant. Sed nec homicidas, nec raptore, nec falsificantes monetas, nec alios latitantes, & à manibus Curiæ se eximere quarentes, etiam si non fuerint diffidati vel condemnati, quouis modo audeant receptare: & si prædictos, aut alios delinquentes scienter receptauerint, ad ducentorum ducatorum auri pœnam obligentur; à qua pena eximantur, si illi qui receptantur, de iuris permissione receptati possunt, non tamen diffidati, vel condemnati de criminis. Si autem prædicti brigos, plures, quam de dicta licentia permisum fuerit, receptauerint armatos, aut apud se in domo stare permiserint, incident in pœnam centum ducatorum, quoties contrafecerint; salua semper prohibitione, & pena illicitæ collectæ, de qua supra, si ultra decem armatos receptauerint, & hoc ultra pœnam in licentia & mandato prohibitionis impositam, si qua per Magistratum apposita fuerit: nullamque post huiusmodi prohibitionem, ignorantiam pretendere possint. Senator vero & Iudices

ces ex eorum officio, teneantur in omnibus dictis casibus diligenter inuestigare, inquirere, & perquirere, seu perquiri facere singulis mensibus, in domibus brigolorum, & ad executionem dictarum poenarum procedere; alias ipsi, qui talia impune transire permiserint, ad eandem penam obligentur.

De Brigosis non permittentibus executores eorum domos perquirere.
Caput XXXIX.

Si aliquis brigosus, vel inimicitias habens, non permiserit Magistratus, vel officiales, & executores cum mandatis Iudicium, intrare in eorum domos, & receptacula, etiam perquiri, si contra constitutiones, armati, & diffidati apud eos existant, in poenam ducentorum ducatorum auri incurrat. Quam poenam pecuniariam, si soluere nequeat, luat in corpus arbitrio Senatoris, & Iudicium. Sed si maiores Magistratus non admiserit, capitaliter puniatur ad mortem, & contra sic delinquentes Senator ex officio inquirere teneatur. saluis tamen Constitutionibus foelicis recordationis Pi Papæ Quarti, & Sanctissimi Domini Nostri Gregorij Papæ Decimi tertij contra prætensiones franchias editis.

De Visitatione Brigosorum permissa. Cap. XL.

Visitantes Brigosos, si sint amicitia vel benevolentia coniuncti, consanguinei vel affines, vel vicini, quando & quoties (vt fieri solet) humanitatis causa, & ex charitate, hoc faciant, aliqua poena non puniantur: & præsumantur charitatis causa facere, si armatum cum armis sibi prohibitis non incident; vel si continuam residentiam in illorum domibus non faciant, vel si per Magistratus non fuerint prohibiti: quibus casibus, si secus fecerint, incident in poenas supra contra armatos impositas. Deferentes autem arma ad domos eorumdem brigosorum, & propter causam brigæ, sine Senatoris licentia, armati ibi commorantes, in poena quinquaginta ducatorum singuli mulctentur, & contra hos inquirere Senator debeat.

De Offendebus Magistratus, Aduocatos, vel Procuratores, aut Executionem impedientibus. Cap. XL I.

Offendentes Magistratus, ius coercionis habentes, in officio vel propter officium, etiam pendente syndicatu, capitaliter ad mortem plectantur. Sed si iniuriosa, aut contumeliosa verba protulerint, capiantur, & carcerentur, vel torqueantur, vel aliis etiam grauioribus arbitriis poenis, arbitrio Senatoris, & Iudicium, verborum & personarum qualitate pensata puniantur. Idemque obseruetur contra verberantes, aut iniuriam inferentes Aduocatos, Procuratoribus, & Notariis ratione officij; & præsumatur offendere ratione officij, nisi contrarium probetur. Resistentes vero Marescallis, vel execu-

executionem impedites, si cum armis resistent, carcerentur, & in carcerebus ad mensem detineantur, & torqueantur, vel aliis poenis corporis afflictuis, secundum personarum, & facti qualitatem, afficiantur; & non liberentur, nisi prius integraliter omne interesse parti, & poenam Fisco persoluerint; si pecuniarium sit interesse, vel poena; sed si poena esset capitalis, vel sanguinis, ad quam exemptus tenebatur, similem poenam is qui exemit, patiatur. Si vero sine armis resistatur, resistens in causa ciuili, poenam quinquaginta aureorum incurrat, & damnum parti resarciat: in criminalibus vero in poenam aureorum quingentorum condemnetur. Pro offensionibus autem in personam executorum illatis, duplicantur poenæ pro delictorum qualitate limitatae, & prædicta locum habeant etiam contra Communitates, & Barones executionem fieri impedientes, aut executores expellentes: & si Communitas cum armis, poenam quingen- torum aureorum; si sine armis, poenam aureorum trecentorum incurrat, & damnum vt supra resarciat. De expulsione vero credatur Executori vel Mandatario cum uno teste idoneo, medio iuramento deponenti. Et præmissa intelligantur saluis prædictis Constitutionibus eorumdem Pij Papæ Quarti, & Sanctissimi Domini Nostri Domini Gregorij Papæ xiiij. quæ in suis casibus seruandæ sunt.

De Blasphemia. Cap. XL II.

Qvicumque Deum & Dominum nostrum Iesum Christum, vel Gloriosam Virginem Mariam eius Genitricem expresse blasphemauerit, si Nobilis aut soluendo sit pro prima vice poenam viginti quinque ducatorum auri incurrat, pro secunda poena duplicitur: pro tertia autem centum ducatos auri soluat, & ignominia notatus exilio mulctetur. Qui vero Plebeius fuerit, & poenam prædictam infra decem dies non soluerit, aut soluendo non sit, pro prima vice, manibus post terga ligatis, & capite discooperto in Platea Capitolij in loco infamie, seu ad Berlinam, per diem integrum constituatur: pro secunda fustigetur per Vrbein: pro tertia lingua eius perforetur, aut ad Triremes mittatur. Qui reliquos Sanctos blasphemauerit, pro qualitate blasphemiae, atque persona, arbitrio Iudicis puniatur. Executoribus autem siue Birruariis poenæ prædictæ aggrauentur, Senatoris & Iudicis arbitrio: Et de prædictis quilibet possit acculare, & Curia teneatur inquirere; & quilibet qui audierit denunciare teneatur.

De Crimine læse Maiestatis. Cap. XL III.

Qvicumque contra statum Sanctissimi Domini Nostri Papæ, & eius successorum, aut Sancte Romane Ecclesiæ, vel contra illius Reuerendiss. Cardinales, Romanum Populum vel Senatorem, vel Senatus officium gerentes, seu Rempublicam, ab aliquo receperit stipendum, seu aliter machinatus fuerit; capitaliter ad mortem puniatur, & eius bona publicentur. Qui vero rebellioni commiserit, per terram trahatur per Vrbem, & furcis laqueo suspendatur, & eius bona Cameræ applicentur: & alienationes per eum à tempore maleficij perpetrati

perpetrati factæ , ipso iure non valeant ; & locus unde esset rebellionem committens , vel stipendum recipiens , si de consensu vel voluntate dictæ Terræ prædictæ commiserit ; si fuerit Civitas , in ducatis auri mille ; si terra vel Castrum , in quingentis ; si Villa , in trecentis Cameræ condemnetur . Scientes autem & non reuelantes , poena Iuris communis puniantur .

De Falsa moneta. Cap. XLIV.

SI quis falsam Monetam non solum auream , argenteam ; sed etiam æream , vel etiam ex quacumque alia materia , ex qua monetæ expendibiles fieri consueuerint , siue sit materia simplex , siue mixta percusserit , cuserit , signauerit , vel impresserit , aut fuderit , aut quocumque modo fabricauerit , & quocumque stigmate vel signo non solum Pontificis , siue Imperatoris ; sed etiam Regum , Ducum , & Civitatum ius cudendi monetam habentium , falsificauerit ; ultimi supplicij pena puniatur : & diligentissime non solum contra prædictos , sed etiam contra mandantes , & fabricari facientes , necnon contra permittentes , & scientes , receprantes , & contra quoscumque conscientes , qui lucri participes fuerint , inquiri volumus & mandamus ; & si fuerint Domini alicuius Terræ , Castræ , vel Villæ , ipsi Domini , si in potestate haberí possint , capitaliter ad mortem puniantur : sed si haberí non potuerint , diffidentur ad capitalem penam , & publicentur bona omnia : & contra subditos , & vassallos , & contra communitates , & universitates eorum ad diffidationes , & represalias procedatur ; & quandcumque capi possint , ad executionem dictæ capitalis penæ procedatur . Communites vero etiam ipsæ , si seuerint , & non prohibuerint , vel si prohibendi facultatem non habeant , si quam primum potuerint , non denunciauerint . Principi , vel aliis Superioribus , incident in penam mille ducatorum , & ad dictam penam diffidentur , & ad represalias contra omnes municipes , & eorum bona deueniatur . Contra alias vero priuatas personas scientes , qui lucri participes non fuerint , neque consilium , auxilium , vel fauorem , ante vel post factum dederint , arbitraria sit pena , quam Senator , & Iudices arbitrari possint , ad penam sanguinis , mutilationis membrorum , fustigationis , carcerum , tormentorum , exiliij , personarum qualitate & conditio- ne consideratis . In omnibus autem dictis casibus , ex sola infamia , per tres saltem veridicos , & fide dignos testes probata , cum aliquali indicio , Senator inquirere teneatur ; & si accusator , vel denunciator , palam , vel secrete , nominatis testibus interuenerit , quartam partem penæ , si pecuniaria sit , lucretur . Si vero capitalis , vel corporis afflictua , constituantur sibi premium arbitrio Senatoris , & Conservatorum Cameræ Vrbis . Quam partem siue præmium , de manibus Camerarij , cum solita schedula Senatoris , & Conservatorum , & non aliter , recipiat .

De

De Vendentibus aut erogantibus falsas Monetas ; & de spondentibus , & minuentibus Monetam. Cap. XLV.

Scienter vendentes Monetas falsas , seu reprobas , & scienter ementes , mercandi seu lucrandi causa ; si summam vigintiquinque ducatorum excesserint , capitaliter , vt supra puniantur ; & si minor sit summa , amputetur eis manus dextera , dummodo ultra quam semel talia non perpetrauerint . Verum si bis , vel ultra , vendere vel emere scienter falsas , vel reprobas Monetas , quis com pertus fuerit , capitaliter ad mortem , vt supra puniatur . Et idem in omnibus & per omnia seruetur , contra incisores aut imminutores monetarum etiam Argentearum , videlicet , si semel , usque ad summam vigintiquinque ducatorum incederint , capitaliter ad mortem ; si vero infra eamdem summam vigintiquinque dummodo ultra summam decem ducatorum , poena manus ; si vero pluries id commiserint , etiam pena mortis plectantur . Expendentes vero aut cambiantes scienter falsam monetam , si non sint de complicibus fabricantium , de quibus dictum est capite præcedenti , poenam ducatorum auri vigintiquinque vice qualibet incurvant : Sed & contra hos omnes inquiratur , & accusatores quartam partem etiam lucentur , vt supra .

De Testibus falsum deponentibus. Cap. XLVI.

Testis qui in causa Civili falsum Testimonium tulerit , fustigetur per Vrbem , & in exilium per triennium mittatur : qui autem ipsum scienter produxerit , litem & causam amittat , & poenam aureoruni centum , Cameræ Vrbis applicandam , si Plebeius sit , incurrat ; & per Vrbem fustigetur : si vero Nobilis sit , poena pecuniaria duplicitur , & in exilium per septennium mittatur : si Baro , aut de Magnatibus , siue illorum Bastardus , eadem poena pecuniaria quadruplicetur , & in exilium per decennium mittatur ; & nihilominus tam testis , quam producens , parti ad expensas teneatur .

De Testibus contraria deponentibus. Cap. XLVII.

IN quacumque causa ciuili , vel criminali , Testes judicialiter , vel coram arbitris , vel arbitratoribus , citata tamen parte , examinati , contraria in facto deponere reperiantur , si ad concordiam eorum dicta reduci non possint , ante prolationem sententiae , factœ cipientur , & carcerentur , vel denuncientur per arbitros , seu arbitratores Senatori : qui , viuis & consideratis attestacionibus , contrarietate reperta , eo ipso ad capturam procedat , & vt sibi videbitur , per quæstiones , & tormenta , veritatem eliciat . Incipiat autem , tam quo ad capturam , quam quo ad tormenta , ab iis qui magis suspecti videbuntur , personarum qualitate , & aliis circumstantiis consideratis , & illis deum fides adhibetur , qui habita quæstione , in suo dicto perseverauerint : iudex autem , vel arbiter , siue arbitrator , qui in denunciando negligens fuerit , in poenam vigintiquinque ducatorum incidat . Posset etiam , & debet Senator ad cuiuscumque querelam ,

querelam, seu denunciationem, de iis inquirere, & inquiri facere, in quibus, si negligens fuerit, eamdem pœnam viginti quinque ducatorum incurrat, de suo salario retinendam.

De fabricantibus & fabricare facientibus falsa Instrumenta, & priuatas Scripturas. Cap. XLVIII.

NOtarious qui fecerit falsum Instrumentum, & qui fieri fecerit, & ipsorum quilibet insolidum puniatur in ducatis auri ducentis, & ulterius Notario amputetur manus dextera, & fieri faciens si Plebeius sit, fustigatus per Vrbem ad Triremes per triennium mittatur. Si vero Nobilis aut de genere nobilium, in ducatis auri quadringentis condemnatur: & per quinquennium relegateur, & quilibet ex predictis, qui ex hoc fuerit in Iudicio condemnatus parti læsa damnum resarciat. Quos ducentos & quadringentos ducatos si Plebeius aut Nobilis predicti infra decem dies à die latæ sententia, vel postquam in fortiam Curia deuenerint, non soluerint, amputetur eis manus dextera. Notarius vero predictus postquam de falso diffidatus aut condemnatus fuerit, non possit amplius in perpetuum Tabellionatus officium exercere; & Instrumentis post diffidationem seu condemnationem per eum factis, & rogatis, nulla fides adhibeat: Et qui scienter produxerit falsum Instrumentum, aut eo usus fuerit, si Plebeius fuerit, in ducatis auri ducentis; si Nobilis, aut de genere nobilium, in quadringentis, si Baro in mille similibus ducatis condemnatur. Quicumque vero priuatas falsas scripturas fabricauerit, aut fieri mandauerit, si Plebeius pœnam ducentorum ducatorum auri incurrat, & postquam in loco infamiæ in scalis Capitolij per totam audientiam steterit, per triennium in exilium mittatur; si Nobilis quadringentos ducatos auri soluat, & per triennium relegateur. Quam pecuniariam pœnam si tam Plebeius quam Nobilis infra decem dies ut supra soluere cessauerint, amputetur eis manus dextera, & nihilominus in exilium Plebeius mittatur; & Nobilis relegateur ut supra. Quicumque vero scienter falsam priuatam scripturam in iudicio produxerit, aut ea usus fuerit, medietatem pœnae, quam incurreret producens publicam, ut supra dictum est, Fisco persoluat.

De Sodomitarum pena. Cap. XLVIII.

Si quis nefandum sodomiæ scelus commiserit, igne comburatur, ita & taliter quod moriatur; & de predictis, Curia ex officio inquirere, & procedere tecatur.

De Adulterio & Incestu. Cap. L.

Quicumque adulterium cum incestu cum muliere seu attinente usque ad quartum gradum de iure Canonico inclusive computandum, commiserit, ad mortem, & mulier cum qua adulterium cum incestu commissum est, pari pena plectatur; nec in hoc casu pax quoquomodo profit. Si autem incestum sine

sine adulterio commiserit, cum aliqua attinente usque ad secundum gradum de iure Canonico computandum inclusive, similiter tam ipse quam mulier capite puniantur ad mortem: & de hoc Senator inquirere debeat. Committens autem simpliciter adulterium cum muliere honesta; si Plebeius, aut vialis conditionis sit, pœnam ducentorum aureorum incurrat; & in exilium per triennium mittatur; si Nobilis, duplum, & per sexennium; si Baro aut de genere Baronum, triplum & per nouennium in exilium huiusmodi mittatur, & mulier tonsa in loco male nuptis deputato, vel alio sibi pro carcere deputando, detrudatur. Si vero mulier cum qua adulterium commiserit, sit vialis conditionis & inhonestata, non tamen publica meretrice; tunc medietatem pœnae predictæ respectivæ incurrat: mulier autem inhonestata esse intelligatur, si communiter, præsertim in vicinia in qua inhabitat, pro inhonestata fuerit reputata: Et in casibus de simplici adulterio predictis, si adulterio pacem habuerit à marito, pœna pecuniaria ad medietatem reducatur; nullatenus tamen reaffidari possit, nisi Cameræ dictam medietatem pœnae integre persoluerit. In eisdem vero casibus procedi non possit, nisi per accusationem ab eis factam, quibus accusare permittitur, videlicet a viro, patre, filio, & germano fratre mulieris.

De Stupris & violentiis. Cap. LI.

Si quis stuprandi causa honestæ mulieri vel pueru vim intulerit, vel inuitis parentibus puellas aut pueros abduxerit, aut alias honestas mulieres & pueros rapuerit, aut rapi fecerit, etiam si stuprum non sequatur, furca suspendatur, ita ut moriatur. sed si stuprum in masculum fuerit securum, seruetur Statutum supra de sodomitarum pœna: & si capi non poterit, diffidetur, & condemnatur pro dicta pœna, & perpetuo reaffidari non possit. Si vero quis ex eadem libidinis causa honestam mulierem aut pueros verberauerit, vel chlamydem, vel infulam, vel quod aliud vestimentum, vel tegmen ex ea causa rapuerit, amputetur ei manus dextera, ita quod à brachio separetur; & si capi non poterit, pro dicta pœna diffidetur. Si vero quis ex eadem libidinis causa cum vociferatione & conuictio turpia verba contra honestas mulieres vel pueros protulerit, capiatur, & acriter torqueatur; & si viles sint personæ, virgis cedantur, & per mensem in carceribus detineantur; quo elapsi, non liberentur nisi praestita idonea cautione de non offendendo perpetuo, & de se representando per integrum annum, toties quoties fuerint requisiti.

De raptu meretricum, & vi eis illata Cap. LII.

Si quis meretricem per vim rapuerit, inuitamque retinuerit, amputetur sibi manus dextera, quam redimere possit soluendo infra decem dies post condemnationem immediate ducatos auri ducentos, vel secundum conditionem personæ, & facti qualitatem carceretur, torqueatur, fustibus cædatur; vel in exilium mittatur, arbitrio Senatoris & Iudicium. Similibus vero penis puniantur principales Trentunum meretricibus facientes: sequaces vero singuli quatuor funis istibus torqueantur, & in carceribus ad mensem detineantur: sed si cum N armis

armis numero decem personarum armatarum id fecerint, capite puniantur, si-
cut de illicitis armatorum collectis dictum est.

Intra quantum tempus de violentia mulieri illata liceat accusare.

Caput LIII.

Si aliqua mulier innupta dixerit se ab aliquo vim passam, & infra duos menses de vi prædicta conquesta non fuerit; ipsa vltius super hoc non audiatur: si vero mulieri nuptæ vim illatam fuisse dicatur, possit maritus, pater, filius, & germanus frater mulieris, etiam post duos menses, usque ad tempus à iure præfinitum, accusare.

De Concubinis. *Cap. LIII.*

Marii qui concubinas retinent, per Senatorem & Iudices à concubinis separari possint, & cogi per idoneos fideiussores cauere, de insimul non conuersando, nec colabitando, sub pena per Senatorem & Iudices imponenda, & super his Senator ad cuiusque honestæ personæ denunciationem, procedere debeat; & cessans, in syndicatu pena aureorum quinquaginta puniatur.

De Plagiariis. *Cap. LV.*

Si quis rapuerit, abduxerit, aut occultauerit, aut rapi, abduci, occultariue mandauerit, vel ad effectum vendendi, vel ad effectum redimi faciendi puellam aut puerum, in furcis laqueo suspendatur, ita ut moriatur: & si capi non poterit, capitaliter diffidetur ad mortem, & perpetuo reaffidari non possit.

De priuato carcere. *Cap. LV I.*

Qicumque cepit aut capi fecerit aliquem, & eum propria libertate priuauerit, animo carcerandi, vel in eum priuatum carcerem committendi; si per aliquod temporis breve spatiū retinuerit, pœnam ducatorum centum; si vero per unam horam, pœnam ducatorum ducentorum; si vero per duas, vel plures horas, non tamen ultra vigintiquatuor, pena ducatorum quingentorum incurrat: dicta vero pecunaria pena, in Nobilibus duplicitur, in Magnib⁹ & eorum Bastardis quadruplicetur: quas pœnas, si singuli prædicti in his casibus non soluerint infra decem dies, à die latæ sententiae, capite puniantur ad mortem, & de prædictis debeat per Senatorem inquiri.

De Proditoribus. *Cap. LVII.*

Proditor, qui contra aliquem proditionem commiserit, vel aliquem seduxerit vel conduxerit ad aliquem locum ut offendatur a suo inimico, vel ab alio; si proditus & conductus offensus fuerit, sine sanguinis effusione, is proditor

ditor pœnam scutorum centum incurrat, Cameræ Vrbis applicandam: & inexilium per quinquennium mittatur. Si vero ex offensione sequatur sanguinis effusio, utraque pœna duplicitur; & nihilominus in eam etiam pœnam incidat, quam principalis percussor incurrit: Si vero mors inde sequatur de homicidio puniatur.

De Latronibus etiam nocturnis & Piratis. *Cap. LVIII.*

Insidiatores viarum, & itinerum frequentatorum & piratas impune occidere vnicuique permittitur; pro primo autem latrocinio, in loco ubi reperti sunt (si in fraganti crimine deprehendantur) furca suspendantur, ita ut moriantur: sed si in fraganti crimine deprehensi non sint, & in potestate habeantur, causa cognita, similiter pro primo latrocinio furca suspendantur ad mortem. Et idem seruetur contra raptore nocturnos, qui cum violentia in Urbe spoliant transeuntes, si vulnera intulerint; si vero vulnera non intulerint, sed aliter verberauerint, vel amputata eis manus dextera, in perpetuum exilium mittantur; vel fustigati ad Triremes per decennium transmittantur. Illi vero qui bis rapinas huiusmodi facere inuenti sunt, ultimo furcarum supplicio damnentur.

De Furibus. *Cap. LVIII.*

Fvres, qui occulte furantur, pro primo furto puniantur in simplu parti, & dum Cameræ soluant. quod si non fecerint intra mensem à die latæ sententiae, vel postquam diffidati de eo delicto in fortiam Curiæ peruerenterint, fustigentur audientia publica existente; pro secundo vero furto, mittantur ad Triremes per Triennium; pro tertio furca suspendi possint, ita ut moriantur, & omni casu damnum parti læse resarciant.

De Sordibus & corruptela Iudicium. *Cap. LX.*

Qvi officialibus Curiæ Capitolij pecuniam, aut aliquid illicitum dederit, seu eos corruperit in causa aliqua, nisi prædicta denunciauerit syndicatori ipsorum officialium, tempore syndicatus, in triplum puniatur; & qui acceperint, in quadruplum puniantur, & ab officio deponantur, si durante officio de huiusmodi criminis conuicti fuerint: Et idem locum habere volumus in Consulibus artium, & eorum Assessore & Notario, & quibuscumque aliis officialibus Vrbis, ius dicendi facultatem habentibus.

De termino moto. *Cap. LXI.*

Qvi terminos, seu Fines alicuius possessionis amouere, auellere, aut quo-
cumque modo corrumpere vel mutare ausus fuerit; si Plebeius fit, pœnam ducatorum auri centum incurrat, quam si soluere non poterit, amputetur ei manus dextera, ita ut à brachio separetur: si vero Nobilis, pena duplicitur, &

pariter si eam non soluerit infra mensem, manus dextera amputetur, vt supra: si vero fuerit Communitas, aut Baro, pena ducatorum mille incurrat; & in omnem euentum parti ad interesse teneantur.

De Aggressoribus & aggratione nocturna ac diurna.

Caput LXII.

Contra Aggressores, & eos qui primi offensores fuerint, penæ statutaræ, quæ ob delicta inde secuta imponendæ essent, aggrauentur, & Senatoris arbitrio in carceribus vel compedibus ad tempus, quod sibi videbitur, detineantur, & torqueantur; vel aliter puniantur. Sed si quis armatus aliquem ad domum suam, solus vel associatus, de die vel de nocte aggressus fuerit, ipse aggressor puniatur ad mortem. Associantes vero (si homicidium ex alterutra parte sequatur) pariter ad mortem puniantur: si vero homicidium non sequatur, per decennium ad Triremes transmittantur. Aggresso vero, quilibet impune cum armis vel sine, auxilium & fauorem præstare possit: dictique aggressores impune ab ipso aggresso, & à præstantibus illi auxilium, opem & fauorem durante dicta aggressione, vel conflietu, offendи possint. Verum si quis cum armis & solus, vel associatus, aliquem extra domum de die aggressus fuerit, si nullum aliud delictum sequatur, ex aggressione, pena ducatorum auri centum puniatur: Si autem sine armis aggressio fiat, pena ducatorum auri quinquaginta incurrat; associantes vero vigintiquinque pro quolibet: quæ pena in aggressione de nocte duplicetur.

De Vallis, seu repagulis, & Sbarris non faciendis.

Caput LXIII.

NVllus in Vrbe vallos, aut repagula, vulgo sbarris, aut in castellationes nūcu patas, ex quibus prælium inferri, aut sustineri vel pacificus Status Vrbis turbari possit, construere, aut construi facere audeat, seu præsumat: & qui contra fecerit, pena mille aureorum incurrat. Artifices & eorum famuli seu manuiales, qui ea construxerint, pena ducatorum centum singuli puniantur, quam si infra quindecim dies non soluerint, eis manus dextera amputetur, ita vt à brachio separetur.

De Aggressoribus vulnerantibus in facie cum cicatrice, aut cum membra mutilatione, vel debilitate. Cap. LXIII.

Si quis aliquem aggrediens ex proposito faciem aggressi vulnerauerit, aut vituperabili signo deturpauerit, vel cum simplici cicatrice dehonestauerit, amputetur ei manus dextera; faciem autem à summitate frontis, ad extremitatem menti, seu barba, & ab aure ad aurem inclusive hoc casu intelligi volumus: sed:

sed si nasum in parte abscederit, nasus ei abscidatur, & similiter oculus pro oculo effodiatur; & pro auribus aures amputentur; & nihilominus amputetur manus dextera ultra penas prædictas. Sed si membrum aliquod, aut articulum mutilauerit, membrum similiter pro membro ei secat: si vero non mutilatum sit membrum, sed debilitatum aliquod ex principalibus membris, & perpetua debilitatio futura sit; similiter dextera manus amputetur, vel puniatur in eodem membro arbitrio Senatoris: si autem unus aut duo digiti debilitentur, & non tota manus, aggraetur pena vulnerum infra dicenda per tormenta, & carceres arbitrio Senatoris. Sed si taliter delinquentes capi non possint, & propterea ad effectualem executionem amputationis manus, & penarum talionis procedi nequeat; condemnentur, & diffidentur in ducatis auri quingen- tis, & fiat executio in bonis eorum pro integra pena; & nihilominus quando- cumque in manus & potestate Curiae deuenient; ad executionem dictarum penarum sanguinis procedatur. Quæ penæ locum non habeant in rixis subi- taneis, & quæ ex improviso & incontinenti ex contentione verborum, vel al- tercatione de rebus, aut aliter non præmeditato consilio fuerint exortæ.

De Percussionibus cum sanguine, vel sine.

Cap. LXV.

Quis quis cum aliquo armorum genere, latissime armorum sumpto voca- bulo, aliquem vulnerauerit ita vt ex vulnere sanguis exinerit; soluat pro pena, ducatos auri centum, & in exilium Senatoris arbitrio mittatur: si vero in rixa, pena quinquaginta aureorum multetur, attributa potestate Senatori aggraundi & minuendi penam secundum facti, & personarum qualitatem: & hoc in aliis casibus, quam in proxime præcedenti capite enumeratis. Si vero si- ne sanguinis effusione aliquem percusserit, puniatur arbitrio Senatoris, perso- narum & facti qualitate pensata.

De percusionibus ad ignominiam. Cap. LXVI.

Si quis ad ignominiam & appensate, ad maiorem iniuriam inferendam, ali- quem lato gladio, aut cum fuste, baculo, seu bastone, vel etiam arundine per- cussiterit; si capi possit, acriter campana pulsata, publice torqueatur, & in carce- ribus per sex menses detineatur; & non liberetur donec soluerit ducatos auri centum pro pena, quam si soluere non potuerit, recipiat tot verbera cum simili instrumento quot dedit, vel luat in corpus arbitrio Senatoris, persona- rum conditione & qualitate considerata: & præsumatur dicta percussio ad igno- minia illata, nisi contrarium probetur. Quæ quidem penam locum non habeat, si ali- cui vili & abiecta personæ causa leuius offendēdi, huiusmodi iniuria inferatur; vel si ex tempore, & ex improviso in aliqua rixa cum baculo seu bastone ad manus occurrente offenderetur: in quibus casibus leuius & pecuniariter, iuxta personarum & facti qualitatem, arbitrio Senatoris, & Iudicium delinquen- tes puniantur.

De percuscentibus pugno, vel alapa. Cap. LXVII.

Si quis similiter ex proposito, & iniuriandi animo alapa, vel pugno in facie aliquem percuaserit; si Plebeius sit, recipiat similem alapam in scalis Capitoli, & ultra carceretur, & torqueatur arbitrio Senatoris. Alij vero maioris existimationis similiter carcerentur, & iuxta personarum qualitatem, si similem alapam sustinere noluerint, torqueantur arbitrio Senatoris, & pœnam præterea vigintiquinque ducatorum auri soluere compellantur: si autem in alia parte corporis, quam in facie percuaserint, medietatem pœnæ prædictæ pecuniarum soluere cogantur: Hæ vero pœnæ locum non habeant in rixis subitaneis, ut supra proximo capite dictum est, in quibus arbitrio Senatoris minui debeant, per sonarum & facti qualitate perpensa.

De proiicientibus stercora, aut cornua ad fenestras, vel ostia aliena, deque Famosis Libellis. Cap. LXVIII.

Qui stercora, vel cornua, & his similia, ad limina & ostia domorum, & qui saxa, seu lapides, ad illarum ianuas, fenestras, specularia, & tecta ad iniuriam inferendam proiiciunt, aut parietes fodant; si ad domos meretricum, capti si Viles fuerint, acriter torqueantur, & insuper fustigantur, atque in perpetuum exilium damnentur; si Nobiles vel bonæ existimationis fuerint, similiter torqueantur; & ad anum in carceribus detineantur, vel in exilium arbitrio Senatoris mittantur. Sed si quid eorum fiat ad ignominiam honestarum personarum, vel si quis famosas litteras, carmina, scripturas, vel picturas affixerit, capitaliter pro personarum delinquentium, & in quas deliquerint, qualitate, Senatoris arbitrio puniantur.

De ponentibus manum ad arma, & terrorem alteri inferentibus. Caput LXVIII.

Quis quis posuerit manum ad arma contra aliquem malo animo, vel etiam aliquem in fugam verti fecerit cum armis, ultra pœnam delationis armorum, aliam vigintiquinque ducatorum auri incurrat.

De aliis iniuriis in personam factis. Cap. LXX.

Qicumque alicui stercus, vel phialam cum stercore, aut alia materia in faciem proiecerit; si ex percussione cicatrix remanferit, seruetur Statutum supra de vulnerantibus in facie cum cicatrice. Si vero cicatrix non remanferit, torqueatur, & ad Triremes per triennium mittatur. Si vero lutum in faciem iniecerit, aut fecerit aliquem cadere in terram, vel de aliquo animali, si inde aliud delictum non euenerit puniatur in ducatis auri vigintiquinque. Quod si quis aliquem per capillos, aut barbam apprehensum traxerit per terram,

ram, soluat pœnam ducatorum centum, plus, vel minus arbitrio Senatoris, pro personarum qualitate: sed si aliter quam per capillos, aut barbam traxerit, soluat medietatem pœnæ prædictæ: si vero quis ceperit aliquem per barbam, aut capillos, & non traxerit, soluat ducatos auri triginta: si autem pannos de dorso iniuriose sciderit, seu dilaniauerit soluat ducatos similes vigintiquinque ultra damni emendationem. Si quis vero alicui signum, quod sicutum appellant, vel simile alicui iniuriouse fecerit, soluat pro pœna ducatos quinque plus minusue arbitrio Senatoris, personarum qualitate considerata: Sed si mulieri capillos, sive trecias de capite præciderit; simulieri in honesta & meretrici, pœnam ducatorum quinquaginta auri incurrat; si honestæ, & nuptæ, aut virgini, vel viduæ, capitaliter ad mortem, Senatoris arbitrio puniatur: si vero pannos supra genu inciderit meretrici, pœnam centum ducatorum incurrat: aliis vero honestis supradictis, capitaliter puniatur ut supra.

De verbis iniuriosis. Cap. LXXI.

Si quis alicui verba iniuriosa animo eius honorem fugillandi dixerit, aut protulerit, pro quolibet verbo iniurioso, pœnam decem ducatorum auri incurrat, vel arbitrio Senatoris corporali pœna plectatur, personarum & verborum qualitate perpensa: mitigetur tamen pena eorum, qui provocati verba iniuriosa responderint; vel si modum, & mensuram non excesserint, impuniti dimittantur.

De incidentibus vineas, vel pergulas. Cap. LXXII.

Qui dolose vineam, aut vineæ partem alicuius, seu pergulas, inciderit, vel aliter corruperit in toto vel in parte, pœnam centum ducatorum incurrat, & damnum parti læsæ resarciat; ad cuius incisionis, aut corruptionis probationem sufficiant quatuor testes idonei omni exceptione maiores, de fama publica deponentes, aliquibus præsumptionibus concurrentibus: quam pœnam si non soluerit infra decem dies, à tempore quo in posse Curia peruererit, amputetur ei manus; & de hoc ex officio possit inquiri.

De corrumpenibus arma, vel picturas alienas. Cap. LXXIII.

Qicumque arma, seu insignia vel picturas in alienis dominibus, vineis, vel aliis locis existentia, data opera, abraserit, inciderit, aut quoquomodo corruperit, pœnam centum aureorum incurrat, & parti ad interesse & iniuriarum teneatur.

De estimatione iniuriarum. Cap. LXXIV.

Pro quibuscumque iniuriis graibusque contumelias & conuictiis, de quibus etiam criminaliter processum fuerit ad condemnationem, vel dissidationem, & pro quibus pars offensa nullam pœnæ partem receperit, aut recipere velit;

velit; possit ciuiliter agi ad aestimationem iniuriarum; & Senator & Iudices dictas iniurias quo ad priuatum interesse, secundum qualitatem & conditionem personarum & iniuriarum (dejato prius parti iniuriam passa iuramento) adhibita moderatione, eorum arbitrio taxent, seu ad debitum modum reducant: Similique modo pro sumptibus & expensis factis in curandis vulneribus, & pro damnis passis in operibus, quibus offensi caruerint, aut sint carituri, ultra criminalem poenam, ciuiliter agi possit contra offensores; & super his sumptibus, & damnis, & interesse summarie, similičiter, & de plano, sola facti veritate inspecta, ad celerem executionem, iustitia mediante procedatur.

De prohibita delatione armorum. Cap. LXXV.

NVllus per Vrbem arma offensiua vel defensiua ferre possit exceptis officiis Romanis Populi, & officialibus ac ministris Palatijs Senatoris & Conservatorum; ac his etiam exceptis, qui veniunt in Vrbem, vel de ea exēunt, quibus ligata arma vel aliter signata ferre, in ipso itinere liceat: qui contrafaciens inuentus fuerit, arma amittat, poenam trium iotuum funis, & ducatorum auri viginti, incurrat. quæ poenæ de nocte duplicantur. Nulli vero archibus ad rotam infra mensuram duorum palmiorum deferre vel retinere liceat: & qui contrafecerit crimen læsa Maiestatis, & poenas pro eos inflictas, incurrat. Sed si quis pugionem, aut cultellum cum cuspidi, aut punctarolum supra mensuram palmi Senatus deferre repertus fuerit, damnetur ad Triremes ad tempus arbitrio Senatoris. Qui occultum ensem, quem Bordoncellum nominant, tulerit, eadem poena qua ferentes pugiones plectatur. Qui vero cum armis venenatis, aut medicatis repertus fuerit, statim torqueatur, & per acerrima tormenta ab eo veritas eliciatur, & causa ad quid dicta arma venenata deferat, & de beneficio etiam puniatur, ultra poenas delationis armorum.

De ferentibus aut iacentibus Plumbatam.

Caput LXXVI.

DEferentes plumbatam, seu pilam plumbeam, aut ferream, statim deprehensi, tribus funis iotibus torqueantur, & carcerentur non relaxandi, nisi pena vigintiquinque ducatorum auri soluerint: Si quis vero plumbaram in alium iecerit animo percutiendi licet non percusserit, similiter torqueatur, & insuper in poenam quinquaginta ducatorum similium incurrat: sed si percusserit, quomodo cumque læserit, similiter torqueatur, & in poenam centum ducatorum ex illo iactu, ultra maleficij penam, incurrat. Sed si ex proposito & consilio occidendi cum ea aliquem aggrediatur, & percusserit, amputetur ei manus dextera; & nihilominus de delicto, quod inde sequetur, puniatur.

De

De vi & vi armata Cap. LXXVII.

QUicumque cum armis, violenter aliquem expulerit de possessione cuiusq. rei immobilis, ultra poenas legales, in poenam ducentorum aureorum Fisco applicandam incurrat: si vero sine armis, poena centum similium ducatorum mulctetur. Idemque seruari volumus in his, qui turbant, inquietant, seu molestant aliquem in sua rei immobilis possessione. Qui autem cum armis, vel sine armis orphanos, viduas, & miserabiles personas, Ecclesiæ, Monasteria, Hospitalia seu pia loca, vi de possessione immobilium eiecerit; ultra penas legales, duplum valoris rei, à cuius possessione prædictos eiecerit, Fisco persoluat. Si vero Domicellus, aut Baro Romanus, vel Castrum, Communitas, aut Ciuitas vim prædictam armatam vel sine armis contra Ciues Romanos habentes bona immobilia in eorum Castris, aut territoriis commiserit; penæ prædictæ duplicantur, sufficiatq. hoc casu de violentia per quinque idoneos testes de publica fama deponentes, constare. Isdemque penis locum esse volumus, si prædicti Barones, Castra, Communitates, vel Ciuitates per minas, aut prohibitiones, aut aliâs, etiam indirecte fecerint, ne quis Ciuis Romanus ex suis bonis immobilibus fructus percipere, aut sua bona locare possit, de quo credatur ut supra. Hæc autem pena toties committatur, quoties fuerit contraventum. Posit etiam quilibet expulsus aut inquietatus, querelam criminaliæ uis prædictæ tam expulsiæ quam turbatiæ, & tam cum armis quam sine, coram Senatore, seu eius in criminalibus Locumtenente, etiam ciuiliter, si ciuilis cum criminali simul deducatur, intentare & prosequi: quo casu vna eademque sententia tam ciuilis quam criminalis causa terminari debeat.

Ut filij, in parentes delinquentes, parentum arbitrio puniantur. Cap. LXXVIII.

SI filius in patrem, aut matrem, citra sanguinis effusionem, deliquerit; patris vel matris arbitrio puniatur, & Senator iniunctam à patre vel matre penam executioni debitæ demandet. pena aureorum quinquaginta de suo salario retinendorum, si contrafecerit, imminentे.

De poenâ minorum delinquentium. Cap. LXXIX.

SI minor annis decem cum dimidio aliquod maleficium commiserit, ad penam aliquam non teneatur, & omnis processus contra eum factus, & condemnatio inde forsitan secuta, sit ipso iure nulla: si vero à die etate usque ad decimum quartum annum inclusine deliquerit, mediata e pena, quam alij incurrerent, ipse plectatur. Sed si ex delicto capitalis pena infligenda veniret, pecuniariter usque ad summam trecetorum aureorum puniatur: si vero associatus homicidium ex proposito commiserit, puniatur arbitrio Senatoris, facti & personæ qualitate pensata.

O De

De Patre non granando profilio. Cap. LXXX.

Si quis filius etiam emancipatus commiserit aliquod maleficium, siue delictum, non propterea pater ad aliquid de bonis suis teneatur.

De publicatione pœnarum ratione loci, & temporis.
Cap. LXXXI.

Poenæ delictorum in præsenti volumine comminatae & impositæ duplicantur contra illos qui deliquerint in Ecclesiis, vel in vigilia & festo Assumptionis beatæ semper Virginis Dei genitricis Mariæ, in vigilia & die Nativitatis Domini Nostri Iesu Christi, in die Dominico Palmarum usque ad Dominicam Resurrectionis Domini inclusive, in die Ascensionis Domini & in die Pentecostes, in festo sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, vel in Palatiis Senatoris & Conservatorum, in platea Capitolij & cliuo Capitolino, usque quo se porrigit scalæ Ecclesiæ Aracæli, à parte Septentrionis: & parte meridiei usque ad arcum Septimij Seueri: Item in consiliis secretis & publicis Romani Populi, in nuptiis, in exequiis, in ludis Tertiacæ & Agonis, & omnibus temporibus de nocte.

De arbitrio Senatoris in pœnis augendis.
Cap. LXXXII.

Delicta omnia aggrauentur, si perspicuis indiciis, appareat aliquem occidendi auumum habuisse, quod ex armorum genere, & ex qualitate vulnerum, maxime argui potest; quo casu ultra alias pœnas statutaras, amputetur manus dextera. Item similiter aggrauentur ad eandem pœnam amputationis manus, si à iuuene in senem, qui annum sexagesimum impleuerit, à Plebeio in Nobilem; & si contra graues, & honoratos viros, vel contra Doctores vel contra Procuratores, vel in quacumque dignitate constitutos grauis iniuria inferatur; quibus, & aliis similibus casibus, eadem pena inferatur. In aliis vero offenditionibus leuioribus, contra tales personas, & à talibus commissis, liceat excedere, & aggraquare pœnas à Statutis limitatas, & illas pro modo, & qualitate facti, & personarum exacerbare, arbitrio Senatoris, & Iudicium omnium, vel maioris partis, simul conuenientium, facto Affratamento. Quod quidem arbitrium, non modo ad pecuniariam pœnam, verum etiam ad carcerales, & tormenta, & ad Triremes ad tempus, & ad exilium, & fustigations contra viles homines, vel qui infames, aut criminosi sint, vel consueti delinquere extendatur.

De

De portione pœnarum, & quod rei non soluentes luant in corpus. Cap. LXXXIII.

In omnibus casibus, in quibus pecuniariæ pœnæ debentur, vel damnatorum bona publicantur, semper dimidia pars applicetur parti offendæ, vel eius hæredibus, si habere voluerint; alioqui Fisco integra remaneat. Prærea in omnibus delictis quarta pars fit Accusatoris, vel Denunciatoris, quorum diligentia & sollicitudine delicta elucentur; quibus etiam Senatoris & Conservatorum arbitrio, præmium constitui possit. In omni autem casu, quo reus non vult, vel non potest pecuniariam penam per soluere luat in corpus, arbitrio Senatoris & Iudicium; & si quando expediens fuerit, pro bono pacis, Parte ciuij adhibeantur.

Ut Indices inquisitiones & accusationes cæptas prosequantur. Cap. LXXXIII.

Senator & iudices ex actis maleficiorum tempore suorum antecessorum inchoatis & pendentibus, Accusationes, Inquisitiones, & Denunciations quascumque terminare omnino teneantur, condemnando vel absoluendo; pena eis si contrafecerint, vigintiquinque aureorum de eorum salario retinendum imminentem.

De officio Paceriorum. Cap. LXXXIV.

Pacerij duo ad annum iuxta morem elegantur, quibus potestas data est, ac datur ex eorum officio per bannimenta, seu præcepta penalia, & alia iuris & facti remedia, omnes brigos & inter se odia & inimicitias habentes tam Romanos, quam forenses, (accedente tamen Domini Gubernatoris aliae Vrbis auctoritate) etiam si securitas perpetua, vel ad tempus, data sit ad compromittendum, & compromissum in eos de iure & de facto cum idoneis fidelissimis faciendum cogere, & cogi facere: Inobedientesque, seu contumaces carcerare, mulctare, & ad qualcumque grauissimas penas condemnare, vel diffidare: seruata tamen constitutione de non cogendis offendis, ante solitam per offendorem penam, de qua supra, cap. Qui, & quibus casibus petere possint securitatem. Condemnationes etiam vel diffidationes, quas ipsi fecerint, secuta pace, vel perpetua securitate, ad quamcumque voluerint, etiam parvam sumam reducere, vel in totum remittere: & ad dictam compulsionem faciendi compromissum, ubi securitas præstata est, non nisi ad partis cuius interest postulationem deueniatur: alioquin ex officio, etiam nullo petente, contra omnes alios ad prædicta procedant; dummodo pars offendisa partem penæ, ad quam offendor condemnatus, vel diffidatus fuerit sponte prius non receperit. Quibus Paceriis parere teneantur omnes Executores, & in eorum declarationibus, arbitrariisq. sententiis assisteret: & si recusauerint,

O 2 incident

incident in penam, quam ipsi Pacerij declarauerint; in quorum arbitrio & protestate sit, quascumque emendas, vel satisfactiones, etiam in pecuniis (si partem penae sibi tangentis offensus sponte non receperisset) praestari facere. Sed si partem penae offensus habuerit, alia emenda quo ad vindictam sibi non praestetur: sed si qua damna passus est, vel si expensas in medicando fecerit; ad ea resarcienda, ultra partem penae soluta, offensorum condemnare possint. Ab hu iusmodi autem sententiis Paceriorum non liceat appellare, nec reclamare, nec per viam querelæ, nec recursus, nec supplicationis contrauenire: neque possint ipsi Pacerij quo uis modo recusari; sed si ex aliqua iusta & legitima causa, aliquis ex eis suspectus esset, semper Dominus Gubernator Vrbis, seu Vicecinerarius, qui tunc erit, in dicto casu suspicionis, vel si Pacerij inter se discordes sint, tertius sit inter eos, & cum altero non suspecto procedat, & cognoscatur, & Pacerij potestate fungatur.

De corridentibus familiam suam. Cap. LXXXVI.

QUilibet familiam suam corrigeret, & verberare possit, scilicet, pater filium, & ex filio nepotem, frater fratrem, patruus vel auunculus nepotem, & alios familiares, quos retinuerit ad suas expensas; dummodo temperate & modeste, nec super his recipiatur per Senatorem, aut illius Iudices querela.

De corrigenda ignavia inertiis inuenientis. Cap. LXXXVII.

QUoniam vero plerunque multa facinora committuntur ab iis, qui sine industria, nullamq. artem exercentes, cum ignavia vitam ducunt, qui que ut plurimum in aleis, & illicitis ludis ac barattariis, & nonnumquam etiam in commessionibus, & crapulis, aut in meretrationibus, & lenociniis, defidem & infamem vitam agentes, nihilque communis hominum societati utilitatis conferentes, quotidie versantur: ad obuiandum huiusmodi occasionibus delictorum, Senator Vrbis, vna cum Conseruatoribus, & Paceriis, vel ipsi Pacerij tantum, per singulos tres menses, dum renouantur, & creantur noui Magistratus Populi Romani, in ingressu eorum officij admonere debeant Capita Regionum Vrbis, ut quisque singula capita hominum Romanorum, quam forensum, in sua regione habitantium recensere debeat, diligenterque explorare, de vita, moribus, artibus & facultatibus, vnde vestes sericeas, vel laneas mutent, vnde annulos & alia preciosa bona comparent, vnde immoderatos sumptus effundant: & haec, & alia diligenter inuestigent, & exquirant; & si postquam tales inertes deprehendantur, & ter moniti, ad meliorem vitæ frugem se non redegerint, & ad aliquod laudabile exercitium se non accommodauerint, carcere, exiliis, & aliis mulctis & penis etiam ad Triremes, ipsorum Senatoris, Conseruatorum, & Paceriorum arbitrio plectantur, atque damnentur in perpetuum, vel ad tempus, & prout eis magis visum fuerit expedire.

De

De congregazione officialium facienda pro obseruantia Constitutionum. Cap. LXXXVIII.

PRO obseruatione praesentium, & aliarum bonarum, & laudabilium Constitutionum, & pro aliis rebus necessariis ad bonum statum Vrbis, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & ipsius Vrbis & Ciuium tutelam, singulis mensibus, ad minus, fiat semel congregatio per Conseruatores: in qua interueniant omnes qui in Concilijs secretis interuenire solent. Cessantes vero conuenire, multentur in uno ducato auri vice qualibet, nisi iustum habuerint excusationem, & miserint excusatorem: pro qua pena statim executio fiat, & si Conseruatores eam exigere neglexerint ipsi teneantur in syndicatu ad duplum, toties quoties exigere negligentes fuerint. Si autem Conseruatores dictam congregationem singulis mensibus facere cessauerint, incident in penam decem ducatorum auri vice qualibet, quæ in syndicatu de eorum salario retineatur.

Ut de similibus ad similia procedatur. Cap. LXXXIX.

IN omnibus etiam casibus, in quibus per praesentes Constitutiones non esset expressa aut limitata pena, procedatur de similibus ad similia, & sufficiat in genere similitudinem accipere. Sed ubi omnino casus assimilari non poterint, arbitrio Senatoris & Iudicium penæ declarentur, vel alterentur, adhibitis Paceriis, si quando expediens fuerit, ad effectum pacis, & concordiae partium, & ad dissensiones Ciuium sedandas. Hoc autem arbitrium extendatur ad relegationem & damnationem ad Triremes necnon & ad sanguinem, carcerationes, tormenta, fastigations, vel ad exilium perpetuum, vel ad tempus, secundum facti & delictorum, & personarum qualitatem.





LIBER TERTIVS.



De Studiis liberalibus Urbis. Cap. I.



Vm in hac Alma Vrbe , ad laudem & gloriam omnipotentis Dei , & honorem Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, Gymnasium cum Praelectoribus & Magistris, non solum pro ipsis, & circumstantium locorum filiis ; verum etiam pro aliis ab omnibus Mundi partibus ad eam confluentibus edocendis; vt omni Diuina humanaque sapientia erudirentur & illustrarentur antiquitus summa prouidentia fuerit institutum , & per fel. rec. Bonifacium Papam Octauum Magistri in eo profientes & Scholastici variis priuilegiis exornati ; illaque ob succendentium temporum calamitates & bella fere essent extincta , per sanctæ memorie Eugenium Papam Quartum non modo restituta fuerint, sed etiam vini forensis Vectigali adauerto, ipsum Vectigal Romano Pop. postulante, pro Magistrorum inibi profitentium salariis condonatum, ac in Domibus in Regione S. Eustachij , ex pecunia dicti Vectigalis, emptis , idem Gymnasium fundatum ; & ad extreum à Summis Pontificibus Julio Secundo, Leone Decimo, Pio Quarto, Pio Quinto, & Sanctissimo Domino nostro , Domino Gregorio Decimotertio amplioribus priuilegiis atque Aedificiis & Magistrorum numero au&tum, ornatum, amplificatumque fuerit : & in eodem omnium liberalium Artium , aliarumque humanarum & Diuina. rum scientiarum, & linguarum peritissimi electi Magistri, singulis pene diei horis profiteantur: Summopere curandum est, omni studio, & sollicitudine inuigilandum, vt ea omnia in suo vigore & robore conseruentur. Quamobrem pro ipsius Gymnasi professorumque & Scholasticorum conseruatione & incremento mandamus , vt Conseruatores pro tempore existentes , necnon dicti Gymnasi seu studij Reformatores, & alij ad quos pertinet , eadem & alia que in praedictorum , aliorumque suminorum Pontificum litteris & priuilegiis continentur, diligenter obseruent, & debitæ executioni demandent: alioqui penam vigintiquinque aureorum, singuli quoties contrafecerint, incurvant.

De Secreta Confilio. Cap. II.

CVm optimæ quæque Ciuitates Consiliis selectorum Virotum gubernetur, & augeantur, ea propter in rebus dubiis (quarum dispositio ad Romanum Populum pertinet) mature consulendis , infra scriptas Constitutiones seruari mandamus.

In

In secreto Consilio celebrando interuenire debent Conseruatores , Prior Capitum Regionum, Capita Regionum, Cancellarij, Viarum Magistri, Tredecim, & viginti sex Consiliarij à Capitibus Regionum electi , Aduocatus & Procurator Cameræ; necnon & quadraginta Consiliarij additi, ac etiam qui Conseruatores & Capita Regionum in proximo præcedenti Trimestri extiterunt, Custodes portarum Consilij , Defensores Decretorum, & omnes Deputati ad quascumque deputationes saltem in numero infra dicendo.

Conseruatores & Prior pridie quam Consilium congregetur , singulis præminatis per Mandatarios in scriptis dimissa breui ichedula , saltem in manibus Domesticorum , consilium secretum pro sequenti die & certa hora intimari, & denunciari faciant : quarum denunciationum, Mandatarij ipsi, sub pena priuationis relationem in scriptis Scribis Senatus facere teneantur, horaque denunciata elapsa, & relatione eorumdem Mandatariorum in scriptis per Scribas Senatus recepta, & iussu Conseruatorum Consilio clauso, nullus deinceps admittatur : & id quod resolutum fuerit in hoc Consilio (dummodo sufficienti numero, vt infra dicetur) ad Consilium publicum , & nihil aliud, nec aliter deferatur.

Propositiones per Conseruatores in hoc Consilio facienda , describantur per alterum ex Scribis Senatus , in libro Consiliorum , quem debeant in Archivio Palatij Conseruatorum cum aliis scripturis ad Populum pertinentibus recipere.

Resolutiones in prædicto Consilio facienda post dictas propositiones, similiter in eodem libro per Scribam Senatus describantur, & in Consilio publico Conseruatorum nomine legantur .

Factis propositionibus, omnes silentium seruent : nec è Consilio discedant, nisi à Conseruatoribus Consilio dimisso, vel de eorum licentia : quod si quis alter discesserit , ab omni officio & emolumentis Po. Romani per Biennium illico priuatus censeatur.

Nullus propositis quæstionibus respondere audeat nisi ad suggestum, vel alium deputandum locum accederit, exceptis his qui in Magistratu sunt , quibus ex suis subselliis respondere permittitur : nullusque omnino nouam rem dicere aut proponere possit , sed propositæ tantum quæstioni respondere, & suum iudicium semel tantum proferre , & non amplius : nisi forsitan dictum suum corroborare vellet; quo casu iterum & non ultra ei liceat replicare.

Scribæ Senatus nomina & numerura Consiliariorum in eodem libro scribere , & annotare teneantur , & cum decretis sive resolutionibus propositarum quæstionum, numerum simul votorum, per fabas vel pilulas collendum, annotare, clare quot fabæ pro parte affirmatiua , & quot pro parte negatiua in Vrnam repertæ fuerint exprimendo , vt inde dignosci poslit , si fabarum numerus cum numero Consiliariorum conueniat ; & si non conueniat, vota iterum recipientur, vt error omnis excutiatur : & quod à maiori parte Consiliariorum , in numero infradicendo , conclusum fuerit, pro valida secreti Consilij resolutione habeatur, exceptis casibus infra reseruatis.

Decreta omnia, sive resolutiones per fabas vel pilulas in Vrnam secreto conciendas recipi debeant, & nullatenus viua voce , & aliter recepta vota & decreta

creta nullius fint roboris vel momenti , nec Scriba Senatus ea annotare debat.

Consilium nullatenus validum esse intelligatur , nec in eo decreta aliquam roboris firmitatem obtineant , nisi in eo interuenerint saltem Triginta ex consiliariis prænominatis , inter quos omnino esse debeant duo ex Conseruatoribus , & septem ex Capitibus Regionum : & quod à maiori parte præsentium conclusum fuerit , pro valida secreta consilij sententia habeatur , & ad Consilium publicum deferri possit . Quod si Consilium vocatum prima vice , ex defectu numeri Capitum Regionum fieri non possit , vocetur pro secunda vice , cum expressione causæ , quod ex quo prima vice congregatum non fuit , vocatur pco secunda , in quo secundo Consilio , sufficiat interuenisse Priorum , & saltem Tres ex Capitibus Regionum cum aliis Consiliariis , vsque ad numerum Triginta supra definitum . Sed si tractari contingat de Donationibus , Pignorationibus , Hypothecis , aut Alienationibus aliis bonorum Romani Populi tam mobilium quam immobilium , iurium , & actionum , constitutione prouisionum , aut oneribus , vel aliis quibuscumque grauioribus negotiis : tunc & quolibet casuum prædictorum non intelligatur Consilium validum , nec decreta in eo facta quoquo modo viribus subsistant , aut robur habent , nisi ad minus in eo Consilio Quadraginta Consiliarij , computatis duobus Conseruatoribus , & septem Capitibus Regionum interuenerint ; & duas tertias partes ipsorum Quadraginta in eodem voto concurrant .

Qui se excusare volent ante clausum Consilium , excusatorem mittere teneantur , nec ex alia quam rationabili causa , excusatio admittatur .

In secreto Consilio negotia omnia Romani Populi terminari possint , exceptis iis , quæ ad publicum Consilium deferri debent , ac reseruatis supra expressis de Alienationibus & reliquis , quibus certa alia forma præscripta est .

Secretum autem Consilium singulis diebus Martis , non feriatis , primæ , & tertias hebdomadæ cuiuslibet Mensis haberi debeat .

Consiliarij huius secreti Consilio , in eorum officijs initio in manibus Conseruatorum iurent ad Consilium venire , votumque eorum dare bona fide , & iuxta animi sui iudicium , remotis amore , odio , prece , & pretio , prout honori , & commodo Romani Populi crediderint expedire : vocati per Nuncium aut per Campanam ad Consilium accedere , & de Consilio non nisi dimissi discedere .

De publico consilio. Cap. III.

Vbicum Consilium saltem semel in initio cuiuslibet Mensis congregetur , necnon & quoties secretum Consilium decerneret , aut aliter necessarium fuerit , vel opportunum , in quo Senator & omnes Romani ciues tam origine quam ex Privilégio , maiores tamen annis Viginti , valeant interuenire , & sumi suffragium , seu votum afferre , in eoque factis sue lectis nomine Conseruatorum propositionibus , mature quæstiones reium ad Populum Romanum pertinentium examinentur , & discutiantur : prefertim vero ubi de Dictione .

nationibus , Pignorationibus , seu Hypothecis , & aliis in præcedenti capite de secreto consilio expressis , tractaretur , & de omnibus aliis negociis , quæ ad publicum Consilium à secreto fuerint remissa , seu alias ex forma præsentium Statutorum vel aliorum Decretorum in publico Consilio terminanda venirent .

Pridie quam Consilium celebretur , vocentur ex ordine Magistratus , per Mandatarios pro certa hora Senator & ciues prædicti , & alij qui interuenire possunt ; cuius deinde vocationis relatio per Mandatarios Scribis Senatus dari debeat , campanaque per horam , ante præfixam Consilij horam pulsetur .

In primo publico Consilio congregando post creationem cuiusque noui Magistratus , Cameræ Vrbis Procurator ex officio teneatur denunciare adesse tempus syndicatus , & deinde coram Syndicis , querelas etiam de omissis à Magistratu proxime functis dare , & illas ac ab aliis porrectas , vsque ad sententiam inclusive prosequi : quod si Procurator ipse in hoc defecerit , Defensores Decretorum & ipsorum quilibet teneatur Cameræ Procuratorem accusare , & curare ut ipse insimul cum delinquentibus Magistratu functis , puniatur .

Qui priuati querelam contra Magistratu functos , in publico Consilio propone volent , Querelas in scriptis sua propria manu subscriptas , vel saltem tunc per Scribam Senatus scriptas , & sua manu subscriptas dare in manibus Scribæ Senatus teneantur , & non alias , nec aliter ad accusandum admittantur , aut accusantes audiantur : Scituri quod si contenta in accusatione non probauerint , ipsi eadem poena plectentur , qua accusatus puniri deberet , si obiecti criminis reus deprehensus esset .

Cum in publicis Consiliis , Conseruatoribus Consilium plenum esse visum fuerit , per Scribam Senatus silentium indicant , quo dicto propositiones & resolutiones in secreto Consilio factæ per eos , seu ipsorum nomine per Scribam Senatus legantur , quibus ex ordine per astantes respondeatur .

Nullus quæstioni propositæ respondere possit , nisi accedat ad suggestum , vel locum alium deputandum , exceptis in Magistratu constitutis , quibus ex propriis subsellis liceat respondere .

Non liceat alicui in publicis Consiliis , nouum quid proponere , aut afferre , aut quicquam aliud loqui quam propositæ quæstioni respondere , & semel tantum pro qualibet propositione , nisi forte sententiam suam rationibus comprobare vellet ; quo casu liceat ei iterum tantum , & non amplius replicare . Si quis autem putet habere aliquid auribus Populi dignum , id Conseruatoribus significet , à quibus si non auditur , ad secretum Consilium deferat , vt inde si videbitur , ad publicum deferri possit .

Liceat tamen cuiuslibet in fine Consilio (propositionibus iam factis & conclusis) Magistratum delinquentem , seruata forma supradicta denunciare , deque rebus ad Annoram spectantibus Populo referre , & Conservatores ei spatiū proponendi in dicto Consilio concedant .

Omnium Conclusionum & Decretorum , quæ in dicto Consilio fient , alter ex Scribis Senatus rogari debeat , & illa in libro Consiliorū in Archiuio retinen-
do ,

do, cum numeri votorum annotatione describat, ut supra de Secreto dictum est.

Sententiae & vota nullatenus viua voce, sed per fabas, seu pilulas in vnam secreto coniectas, recipiantur & dentur: & si qua viua voce fient nullius sint roboris vel momenti; liceatque cuilibet de Populo illis contrarie & se opponere, & in omnem reuertentum Scriba Senatus Conclusiones & Decreta huiusmodi annotare non debeat.

Quattuor viri nobiles quotannis per publicum Consilium elegantur, qui Defensores Decretorum appellantur; & esse debeant; quorum etiam erit officium cum publicum Consilium indicetum fuerit, foribus aulæ Consilij assistere, diligenterque animaduertere, ne alij quam qui consilio interesse possunt, aulam ingrediantur, atque vt cum primum Consilium cœptum erit, portæ per eos claudantur, vt etiam nullus ex consilio exire valeat nisi consilio Conseruatoribus dimisso.

Nulli cuiuscumque præminentia aut dignitatis, etiam in quoquis Magistratu & gradu constituto, arma ad offendendum apta, liceat in consiliis tam secretis quam publicis deferre: qui secus fecerit, arma amittat, & per Triennium continuum voto in consiliis careat, & ad obtinenda officia Romani Populi inhabilis existat.

Vt in eisdem publicis consiliis non alij quam prædicti suffragia præbeant, singuli ex Capitibus Regionum in anni initio, adhibitis quatuor Nobilibus illius Regionis, ab ipsa Regione eligendis, Regionis sue ciues tam origine quam priuilegio, qui annis viginti maiores sint, in notam sumat, quorum nomina describi debeant per Scribas Senatus in libro uno, in archiuio Palati Conseruatorum seruando, qui liber diebus publici consilij, Custodibus Decretorum & Portæ tradatur, vt eos tantum intromittant, qui in eodem libro descripti erunt: Qui cum primum intromissi fuerint, Scribam Senatus adire debeant, & illi nomen suum describendum edere, ad hoc vt consulentium notitia haberi possit. Descriptiones autem prædictæ annis singulis renouari debeant per Capita Regionum, qui in anni initio creantur.

Si quando in publicis consiliis tractari contingat de Alienationibus & similiibus supra in capite de secreto consilio contentis, in dandis votis per fabas, vt dictum est, nominatim singuli, qui nomen suum Scribis Senatus in ingressu ediderunt, eo ordine, quo descripti sunt, vocari debeant; nec alij quam descripti ad votum perhibendum admittantur. Et idem seruetur in omnibus aliis resolutionibus in eisdem publicis consiliis recipiendis, quæ similiter per Bussulam & fabas vocatis singulariter singulis fieri debeant.

De aliis constitutionibus officium Conseruatorum concernentibus.

Caput IIII.

Conseruatores ultra ea quæ ad officium eorum spectare dictum est supra libro primo capite decimoquinto in multandis puniendisque Artificum delictis (quæ Inventiones appellantur) Edicta seu Bandimenta emanata diligenter

genter custodire teneantur, nec aliter pœnas in predictis Edictis contentas, quam in publica Audientia, & duobus saltem subscriptis, moderari possint. Qui contrafecerint, de suo tantumdem Cameræ Vrbis solvere teneantur, & inuentori delicti, quem Extraordinarium vocant, de sua portione satisfacere, & pœnam ducatorum auri quinquaginta vice qualibet incurvant, saluis infradicendis.

Terras & oppida Romano Populo subiectas visitare non possint, nisi id ex necessaria & urgente causa, expresse per secretum, & successive per publicum consilium illis demandatum sit: & tunc cum interuentu duorum, ex Capitibus Regionum, & duorum aliorum Nobilium in dicto publico consilio eligendorum, cum quorum interuentu, voto, & subscriptione, seu maioris partis eorum, & non alias, omnia occurrentia negotia illius oppidi siue terræ in qua moram trahent, tunc expedire possint, & à inuneribus quibuscumque etiam à sponte dantibus omniō abstineant, & à Communitatibus oppidorum eorumdem, vietus expensas ultra triduum recipere non possint.

Teneantur quoque secum ducere Cameræ Vrbis Procuratorem, & Secretarium Conseruatorum, loco Notarij, qui & ipsi seruare debeant quæ in Constitutionibus eorum officium concernentibus infra dicentur. Quod si contenta in his proximis Capitulis non seruauerint, vel in eorum aliquo contrauenerint, teneantur ipsi Conseruatores Communitatibus Terrarum & Oppidorum præfatorum omnes expensas omniaque damna per eas causa dictæ visitationis factas & passa, & Populo omnes pecunias quæ ex causa huiusmodi Officialibus prædictis soluta & erogata fuerint, restituere, & resarcire, & pœnam aureorum quinquaginta incurvant.

Patentes litteras Officij, Rectoribus siue Potestatibus Terrarum, & oppidorum Romani Populi, pro tempore eligendis, dare aut concedere non debeat, nisi illi prius cum fideiussoribus penes acta Notarij Conseruatorum, idonee cauerint de stando, & parendo Syndicatu, iuxta formam iuris, & Statutorum: quod si contrafecerint, Conseruatores ipsi ad totum illud, ad quod Rectores seu Potestates prædicti in eorum Syndicatu fuerint condemnati, de suo proprio teneantur, & ulterius pœnam quinquaginta aureorum incurvant.

Non possint pro eorum proprio & particulari vsu de quavis pecuniarum quantitate ad Romanum Populum, vel ad Palatum Capitolij spectante, quoquomodo disponere: qui contrafecerit, duplum pro pœna soluere, & accepta restituere cogatur. Nec possint debitoribus Populi ad soluendum aliquam dilationem concedere: Neque etiam aliquibus conductoribus officiorum eiusdem Populi aliquas remissiones, seu aliquam defalcationem concedere sine expresso secreti & publici Consilij voto & ordine: alioqui de suo, Populo teneantur.

Teneantur saltem per unum ex eis assidue à mane ad vesperam, in eorum Palatio residere: & si secus fecerint augmentum salarij eis super gabella Studij assignatum, amittant; & qui refederit, sigilla retinere debeat etiam si suus Mensis non effet. Non liceat eis publice per Civitatem ad aliquem locum, nisi omnes insimul

ire, & præcedentibus eorum familiaribus siue Fidelibus cum baculis seu mazziis, nisi forte unus ad domum alterius, vel ad Palatum Capitolij accederet: quibus casibus soli, non tam absq; Fidelibus cū baculis seu mazziis præcedentibus incedere possint. Quod si contingat aliquē ex Cōseruatoribus esse Advocatum, vel causarum Patronum, siue Medicum, debeat officio durante à suo exercitio publice abstinere. Si quis autem ex eis dum insimul ire debent, aliqua legitima causa fuerit impeditus, Fideles suos ad associandos alios mittere teneatur: Qui in aliquo prædictorum casuum defecerit, pœnam aureorum decem vice qualibet incurrat.

Vbi Conseruatorum assensus, aut beneplacitum requiritur, vel reseruatur, non possint ipsi Conservatores assensum seu consensum præstare absque expressa voluntate secreti, & successiue publici consilij: aliās pœnam aureorum quinquaginta incurrant, & nihilominus consensus per eos præstitus nullius sit roboris vel momenti; & huius Constitutioni per aliquod aliud decretum derogari non posse.

Debeant ad Procuratoris Cameræ, seu quatuor Defensorum decretorum, seu alterius eorum, vel etiam cuiuslibet alterius personæ denunciationem, omnes transgressores decretorum & mandatorum Populi, iuxta formam ipsorum mandatorum & decretorum, si eis de transgressione constiterit, mulctare, & mulctas exigere; & si cessauerint, easdem de suo etiam in syndicatu soluere teneantur.

Consiliis tam publicis quam secretis indefinenter intersint, & si absque rationabili causa, ac etiam ante clausum consilium venire cessauerint, pœnam aureorum quinque singuli vice qualibet incurrant.

Proponant, seu per Scribam Senatus proponi faciant in publicis consiliis totum illud quod in secretis consiliis, aut Congregationibus proponendum esse decretum fuerit: alioqui pœnam aureorum decem vice qualibet incurrant.

Caveant autem ne describi mandent per Scribam Senatus aliquod Decretum Populo contrarium, neue alias litteras missiuas vel Patentes, aut alias scripturas per Secretarium ipsorum scriptas, aut subscriptas Decretis aut Statutis contrarias, subscribant: aut expediri permittant, nec etiam per Scriptorem ipsorum Conseruatorum aliquod mandatum de soluendo, vel quid aliud faciendo contra Decreta & constitutiones factum, approbent: aut Populi Romani Sigillo imprimant, neque Depositariis mandent, vt pecunias in alium quam in destinatum usum & secundum formam Decretorum persoluant: alioqui in quolibet casuum prædictorum pœnam, aureorum centum incurrant, & de suo, damnum Populo emendent, & de his in syndicatu condemnari debeant.

Computa Depositarij Palatij ipsorum Conseruatorum, teneantur omnino intra octo dies ad sumnum, à die adepti officij, & deinde quorumcumque Depositariorum semel in eorum Trimestri, adhibitis etiam ad computa Deputatis, reuidere & solidare: alioquin pœnam prædictam incurrant.

Inuentarium omnium & singulorum bonorum mobilium Palatij intra dies viinti ad sumnum à die adepti Magistratus fieri facere, & bona ipsa recēdere, collato

collato etiā veteri cum novo inuentario teneantur, & curate ut vetera reficiantur, & quæ deficiunt, restituantur, aut de eorum pretio satisfiat, ab his quorum culpa amissa, vel male consumpta fuerint: alioquin ad restitutioinem, & emendationem de suo proprio teneantur, & in quolibet contraventionis casu, pœna aureorum decem singuli mulctentur.

Pro Statutorum obseruatione singulis mensibus Officiales conuocare faciant & carent, vt in secundo libro dictum est; alioqui sciāt se pœnam ibi descriptam incursum.

Si ex eorum aut alicuius ipsorum ordine aut mandato, bona aliqua mobilia Palatij, alicui commodata, amissa, aut deteriorata sint, is qui mandauit ad rei premium & damni emendationem absque exceptione teneatur.

Librum seu libros rerum pertinentium ad Populum, qui in Archiuio Palatij conseruari debeant, nemo ex eis extra Palatum ferre, aut habere possit; sed si quid eis videre contigerit, aut placuerit, id in Palatio liceat: qui contrafecerit pœnam vigintiquinque aureorum vice qualibet incurrat, & omne damnum quod exinde contigerit, emendare teneatur.

Mandata de soluendo qualcumque pecuniarum quantitates quibusvis Depositariis directa, non ante subscribant, aut in eis Sigillum apponi permittant, quam illa à generali Antigrapheo (quem Rincontrum appellant) subscripta fuerint: alioqui de suo, Populo solutum restituere teneantur, & pœnam aureorum decem, vice qualibet incurrant.

Schedulas, siue Mandata gratiæ, vel licentiæ extrahendi ab Vrbe, non aliter concedere, aut subscribere possint; quam si fuerint ab eorum Notario subscripta, & in omnem euentum gratis. Idemque de licentiis extrahendi pilosa Coria, quando pro vsu Ciuitatis necessaria non fuerint, dictum intelligatur, vt gratis omnino concedantur: alioqui pœnam aureorum decem, vice qualibet in singulis casibus prædictis incurrant.

In solemnitatibus quando Magistratus ad Ecclesiæ statutis diebus, cum solitis oblationibus accedit, omnes interesse teneantur; & cessans sine rationabili causa, emolumenta amittat, & pœnam aureorum duorum, vice qualibet incurrat.

Teneantur quoque eo die, quo Successores in Officij possessionem inducunt, præsentia, & sequentia Capitula, & aliud quod est in libro primo præsentium Statutorum eorum officia concorrentia, per alterum ex Scribis Senatus legi facere: alioqui pœnam aureorum decem incurrant.

Per hæc autem, & sequentia Capitula, iurisdictioni, & auctoritati Conseruatorum, & Capitum Regionum, de quibus dicetur, tam in conferendis Officiis, quam in ijs, quam in primo libro de eorum iurisdictione continentur, & in quacumque facultate fibi ab aliis Statutis, vel Priviliegis tradita sunt, nullatenus derogatum esse censeatur.

In puniendis autem Artificum, & negotiatorum delictis, hæc quæ sequuntur diligenter attendant.

De Furnariorum delictis. Cap. V.

FVRNARIIS, siue Pistoribus, si panem minoris ponderis confecerint, quām per edicta, vel constitutiones fuerit præfinitum, si deerit vncia dimidia in singulis bolonenis, & hic panis sit supra quantitatē bolonenorum viginti, ipsi Conservatores pœnam scuti vnius; si supra bol. quinquaginta, scutor. duorum; si in tota vnius furni coctura, scutorum quinque; plus minus in quo libet casuum prædictorum eorum arbitrio, facti & personarum qualitate pensata, irrogare teneantur. Si deerit vncia vna in singulis bolonenis usque ad summam bol. viginti, panem amissum declarent, & pœnam irrogent scutorum decem, referuato ipsorum arbitrio, si forte diceretur panem vehementia ignis nimis coctum, aut exsiccatum esse. Si vero ultra vnciam in singulis bolonenis usque ad numerum viginti, defecerit, panem pariter amissum declarent, & ad soluenda scuta vigintiquinque, irremissibiliter eos condement, vel per Vrbem virgis cædi, vel tribus funis iætibus, eorum arbitrio, plecti mandent.

De Macellariorum delictis. Cap. VI.

MACELLARIIS, siue Laniis carnes morticinas in eorum ordinariis macellis vendentibus, iidem Conservatores pœnam vigintiquinque aureorum, vice qualibet, irrogent; aut eos tribus funis iætibus publice plecti, vel per Vrbem fustigari mandent ad eorum electionem; alteram tamen istarum pœnarum condonare non possint. Idemq. per omnia seruetur, si carnes agnorum, vel ouiu pro veruecinis, vendere comperti fuerint. Quod si carnes campestrium vitularum, pro carnibus vitularum testarum, quas Munganas appellant, vendidisse constiterit, eosdem pœnam aureorum decem, plus minus ipsorum arbitrio, vice qualibet, mulctare debeant.

Si supra vel ultra præfinitum pretium carnes vendiderint, in pœnam aureorum decem, plus minus, eorum arbitrio, condement.

Si in pondere vnius, aut duarum librarum, deerit vncia vna, vel si in pondere trium, aut quatuor librarum, deerunt vnciæ duæ; aut si in pondere quinque aut sex librarum, deerunt vnciæ tres; vel si in pondere septem, octo, non uem, aut decem librarum, deerunt vnciæ quatuor; soluant vice qualibet, in quo libet casuum prædictorum, scuta quinque. Si vero in quo libet ex ponderibus prædictis deerit minus vnciis supra definitis; id omnino impune non sit; sed Conservatorum arbitrio mulctentur.

Sed si, in quocumque pondere maiore librarum decem, plus dictis vnciis quatuor deerit; soluant ultra scuta quinque; scuta duo pro qualibet vncia, quæ ultra dictas quatuor, deesse reperietur.

Si ultra vnciam vnam, in singulis libris, in quo quis pondere defecerit; in pœnam aureorum viginti quinque irremissibiliter, vice qualibet, condement; vel tribus funis iætibus plecti faciant, vel virgis per Vrbem cædi eorum

eorum arbitrio mandent; dum tamen vna ex his pœnis, omnino plestantur.

Si animalium capita, tibias à genu infra, cor, iecur, pulmonem, aut splenem ad pondus vendiderint, in pœnam aureorum decem, vice qualibet, plus minus ipsorum arbitrio, eos incidisse declarant.

Si carnes in frustra concisas, in quocumque membro & parte emptor elegerit etiam si peteret emptor ex integra quarta parte animalis nouum fructum secari (dummodo hoc casu non minorem quantitatem, quām librarum quin decim ex maioribus animalibus postulet) vendere vel incidere recusent, pœnam aureorum decem, vice qualibet, ab eis solui mandent.

Si in Lucanicis cōfariendis, cum carnibus porcinis alias carnes immiscuerint, pœnam aureorum vigintiquinque eos mulctent, vel ut tribus funis iætibus torqueantur, aut per Vrbem fustigentur eorum arbitrio mandent.

Si carnes vnam ab alia, euidentissimis afferulis inuicem separatas, cum tabellis, in quibus carnium nomina inscripta Maiusculis litteris appareant, supra quamlibet carnium speciem, non retinuerint, pœnam aureorum decem vice qualibet irremissibiliter eos incurrisse declarant.

Si die Iouis, (excepta illa maioris hebdomadæ) Animalia ante meridiem vel horam eis per eorum Consules assignandam, & absque ipsorum licentia in foro solito emerint, vel sine rationabili causa carnes diebus ordinariis in eorum macellis non habuerint, pœnam arbitrio eorum imponenda taxent, & exigimandent.

De Salsamentariorum seu Pizzicarolorum delictis.

Cap. VII.

SALSAMENTARIIS (quos Pizzicarolos appellant) non licet ante festum Natales Domini, Porcinas carnes salire; & si contrafecerit, carnes (etiam si de licentia Conservatorum, aut alterius eorum id eos fecisse constiterit) irremissibiliter amittant, & pœnam aureorum vigintiquinque vice qualibet, incurvant. Eo excepto quod possint Conservatores (si quando glandium esset penuria) per decem aut quindecim dies, ad summum, & non ultra, ante tempus supra præfinitum, licentiam salituræ concedere.

Si in ponderibus rerum ab eis véditarum vncia vna aut minus in singulis libris deerit, pœna taxata supra de Macellariorum delictis in omnibus prout iacet imponatur: si ultra vnciam vnam in singulis libris, in quo quis pondere defecerit, pœna aureorum vigintiquinque ab eis irremissibiliter exigatur, aut publice tribus funis iætibus torqueantur, aut per Vrbem fustigentur, Conservatorum arbitrio.

Sed si ultra taxatum pretium, aut rem pro re mentiendo vendiderint, pœnam aureorum decem incurvant, plus minus Cōseruatorum arbitrio, facti & personarum qualitate pensatis.

Et in omnibus aliis casibus in huiusmodi edictis contentis, etiam hic non expressis, alterandi & minuendi pœnas, facti & personarum qualitate pensatis,

satis, liberum habeant arbitrium circa Furnarios, Macellarios & Salsametarios supradictos.

De aliis constitutionibus officium Capitum Regionum concernentibus. Cap. VIII.

Capita Regionum vltra eis in primo libro capite xvij. iniunctum officium, in omnibus consiliis tam secretis quam publicis, vestibus Magistratum decentibus induiti, omnino interuenire teneantur, & silentium, quod certis consiliariis est indicatum, seruare; cessantes autem venire nisi ex rationabili causa excusentur, excusatore etiam ante clausum consilium missio, penam aurei vnius vice qualibet incurvant, qui aureus venientibus & praesentibus accrescat, & sic per Priorem tempore solutionis salarii retineri & distribui debeat, alias ipse de suo teneatur.

Initio cuiusque anni, qui Capita Regionum tunc fuerint, Nomina omnium ciuum, qui publicis consiliis interesse possint, ut supra hoc ipso libro cap. iij. de publico consilio constitutum est, intra quindecim dies adnotare, & Scribis Senatus tradere sub pena aurei vnius pro singulis diebus, quibus id facere cessauerint, teneantur.

Habeant omnino praeinitum Comitum stabulum, sive Comestabilium numerum, videlicet Capita Regionis Montium, Columnæ, Pontis & Transtiberim, triginta singuli, reliquarum vero Regionum viginti pro qualibet Regione, qui in totum sint trecenti: qui contrafecerint penam aurei vnius pro singulis Comestabilibus, qui defecerint incurvant.

Comestabiles præfati singulis annis, & in principio anni à suis Capitibus Regionum creentur, aut confirmantur, qui anno durante à sequentibus in officio Capitibus Regionum, (nisi demeruerint) mutari aut priuari non possint. Eligantur autem illi qui sunt habitatores eiusdem Regionis, & non alii: & si sunt artifices, debeant esse patres familias, id est capita apothecarum, & non famuli, aut operarij, inter quos etiam illius Regionis Mandatarius esse possit. Qui quidem Comestabiles per Mandatarios vocati, in obsequiis debitiss & consuetis præsto sint, & suis Capitibus Regionum assistant; alioqui & emolumentalis careant, & priuari possint: quod si Mandatarij requisiti à Capitibus Regionum, eos conuocare cessauerint, ad Conseruatores deferatur, qui eos impune abire non finant.

Comestabilium Capita (Capitauri appellati) hoc modo elegantur, singularum Regionum Comestabiles, postquam creati aut confirmati anni initio fuerint, in unum singuli in sua Regione collecti, tres ipsorum idoneos elegant, quos suo Capiti Regionis præsentent, qui unum ex tribus eligat, & ille eo anno ipsorum caput existat.

Prior Capitum Regionum salario Comestabiliū singulis Capitauris cum mandato seu schedula sui Capitis Regionis, & non alias per soluat; alias de suo iterum soluere debeat.

Emolumenta ceræ & piperis, quæ Comestabilibus pro associatione Magistratus

tus in solitis festiuitatibus dari consueuerunt, in Palatio Conseruatorum, & in Magistratus redditu, & non ante, Capitauris presentibus & pro interessibus, & qui magistratum associauerint, & non pro aliis distribuantur: portio autem deficientium, illico Camerario Comestabilium assignetur pro maritandis puellis iuxta formam capitulorum ac ordinationum ipsorum Comestabilium per Populum Romanum confirmatorum.

Nomina Comestabilium anni initio, & intra dies quatuor ad summum, singuli ex Capitibus Regionum in scriptis Scribis Senatus edere debeant, qui nomina eorum omnium in libro uno in Archivio Palatij Conseruatorum seruando, describere teneantur: quod si Capita Regionum id facere neglexerint, penam etiam aurei vnius, die qualibet, qua eorum quilibet cessauerit, incurvant. Similiter & alij Capita regionum in cuiuslibet sequentis Trimestris initio eorumdem Comestabilium nomina predictis Scribis Senatus tradere debeant sub pena predicta.

Prior Capitum Regionum hac seruata forma creari debeat: Qua die Magistrum adipiscuntur, Missa in Ecclesia beatæ Mariæ de Ara Cæli celebrata, singuli Regionum Capita in manibus Sacerdotis iurent in electione Prioris votum suum dare purum & liberum iuxta cuiusque conscientiam, & iudicium pro honore & utilitate publica, omni amore, odio, prece, pretio, timore, vel persuasione cuiusvis personæ remotis, & omnino cessantibus.

Electo autem Priore; capitula hæc officium Capitum Regionum concernentia ante quam ex loco discedat, ipsis Capitibus Regionum per Scribam Senatus legantur, vt de eorum officio plenius informentur.

De officio Scribarum Senatus. Cap. IX.

Ad officium Scribarum Senatus spectat quascumque diffidationes & reafidationes, quæ tam pro causis ciuilibus quam criminalibus fiunt, publice legere, Privilegia eorum qui ciues Romani à Magistratu vel Populo creantur, & in ciues assumuntur notare & publicare. De quibuscumque negotiis quæ in secretis, vel publicis consiliis decernuntur se rogare, & expeditire, & cum opus fuerit, illa publicare, & alia facere, quæ in dictis consiliis ad eorum officium pertinent, & in sequentibus quoque capitulis continentur.

Nullus ad exercendum officium Scribæ Senatus in futurum admittatur, qui ciuis originarius non sit, & in Urbe natus, ex patre ciue originario, vel qui antea per annos quinquaginta fuerit in ciuem ascitus, & nihilominus sit persona legalis & idonea, & omnino dictum officium per se ipsum & nullatenus per substitutum exerceat. Unusque ex eis, qui duo sunt, omnino in consiliis secretis, & publicis interuenire debeat, & si defecerit (nisi iusta causa fuerit impeditus, & excusatorem miserit) penam duorum aureorum vice qualibet incurrat. Qui vero ex eis in eisdem Consilium interuenierit, curare tenetur vt Decreta in illis facta à Conseruatoribus subscriptantur.

Singulis diebus unus ex eis si à Magistratu requisitus fuerit, coram Conseruatori.

totibus se in eorum Palatio præsentet, nec nisi licentiatus recedat: alioqui pena dimidij aurei mulctetur.
 Decreta omnia quæ pro tempore in consiliis tam secretis quam publicis sient, in libro uno magno bene compacto, & apte composito describere, & adnotare teneantur, quem librum in Archiuio Palatij Conseruatorum insimul cum aliis libris, & scripturis ad dictum officium pertinentibus retinere debeant: aliàs quoties contrafecerint, pœnam aurei viuis incurvant.
 Alium quoq. librum in dicto Archiuio habere debeant, in quo sint per eos descripta nomina Comestabilium & Capitaurorum singularium Regionum, quæ sibi à Capitibus Regionum tradentur, vt supra dictum est; aliàs vice quæ liber, vnius aurei pena mulctentur.
 Item & alium similem librum, in quo nomina omnium tam origine quam priuilegio ciuium describant, qui in consiliis interuenire possint, quæ à Capitibus Regionum scribis Senatus supra edenda præcepimus; aliàs puniantur vt supra.
 Non debeant, nec possint dictos libros à dicto Archiuio amouere aut asportare, neque illos Conseruatoribus, aut cuiuis Magistratui extra Palatium commodare, nisi forte ex vrgeti aliqua necessitate: & tunc mediante schedula ipsorum Conseruatorum, quam pariter in dicto Archiuio vsq. ad restitutio nem conseruare debeant; si contrafecerint, pœna aureorum decem vice quælibet mulctentur.

De aliis ad officium Procurationis Camera pertinen tibus. Cap. X.

Cameræ Vrbis, & Romani Populi Procurator, præter ea quæ illi iniuncta sunt libro primo cap. xviiij. singulis diebus iuridicis, nisi ratione sui officij fuerit impeditus, se coram Conseruatoribus præsentare teneatur, & inde non nisi licentiatus recedat; si contrafecerit, pœnam aurei vnius vice qualibet incurrat.

Teneatur etiam, debita cum instantia à Conseruatoribus, & præsertim in publicis consiliis petere, vt ipsi mandent à transgressoribus statutorum & decretorum Populi pœnas incurfas exigi; contra quos & ipse iudicari usque ad exactionem procedere debeat. Quod si sua culpa defecerit, easdem pœnas de suo persoluarat.

In primo publico consilio, quod fieri debere initio cuiusque Magistratus supra decretum est, denuntiare teneatur adesse tempus syndicatus, & deinde coram Syndicis querelas, etiam de omissione à Magistratu proximè functis dare, & illas, ac ab aliis porrectas vsq. ad sententiam inclusuè prosequi; & curare, vt postquam de delicto constiterit, pœna, quas illi incurrerint, intra decem dies, ab eis exigantur: si vero cessauerit, pœnam aureorum decem incurrat.

Debeat, & summoperè curare, vt debitores Populi debitam summam persoluant; & nomina debitorum à Ratiocinatore, siue Computista perquirere, & non

non soluentes debitores, ad soluendum vrgere; & de sua diligentia in publico consilio protestari; ac etiam curare, vt condemnentur, & contra eos mandata executiva relaxentur, & debitæ executioni mandentur: quod si defecerit, pœnam prædictam incurrat, & damnum Populo resarciat.

Si Conseruatores, intra illis præfinitum tempus, Depositarii computa reuidere, & solidare cessauerint, aut in revisione & confectione Inuentarij bonorum mobilium Palatij, defecerint, contra Conseruatores, & officiales protestari teneatur; & post revisionem inuentarij, curet vt bona, quæ in inuentario defecerint, emendentur; aliàs puniatur, vt supra.

Pro subscriptione quorūcumque Mandatorum, de relaxando quoscumque carceratos, nihil omnino accipiat: si quid acceperit, vice qualibet, aureo rum decem pœna mulctentur, & parti duplum restituere teneatur.

De Officio Gabellarij maioris, & illius Notarij, & de eius Extraordinarij. Cap. XI.

Gabellarius maior omnia, quæ ex instituto ad eius officium spectant, diligenter custodire, ac iuste & inuiolabiliter exequi & obseruare debeat; & insuper hæc quoque facere teneatur.

Omnia, quæ à Perquisitoribus fraudum, qui Extraordinarij appellantur, ab eo Deputatis, vt fraudata, seu vt quæ inciderint in commissum, capta fuerint, si constiterit non esse talia, gratis & absque aliqua solutio ne liberè & illico, Domino rerum ipsarum restitui faciat; alioqui ad damna & interesse teneatur.

Compositiones pœnarum & illarum exactiones, quæ inter ipsum Gabellarium & eius Extraordinarios, pro rata eos tangentे, diuidi debent, non aliter per ipsum Gabellarium fiant, quam palam, & bona fide, ac in eorum tribunali, & Notario officij assistente; cui Notario, pecuniæ ex ipsa compositione, vel exactione prouenientes, illico consignentur, & eas Notarius ipse eodem instanti, in libro ad id aptè composito adnotare teneatur; & in fine cuiuslibet mensis, ratam suam vnicuique participantí consignet, & de solutis quietantiam in ipso libro describendam, recipiat. Qui contrafecerit, pœnam infra dicendam incurrat.

Omnia, & singula quantumvis minima, quæ in fraudem vectigalis, siue Gabellæ, in commissum incidisse deprehensa fuerint, ad Dohanas, quibus illius rei vectigal soluendum erat, quam primum deferantur, & postquam declaratum fuerit, illa in commissum incidisse, nisi recursus pendeat, ibideem diuidi debeant. Qui ex prædictis contrafecerit, pœnam infra dicendam incurrat.

Extraordinarij, siue Perquisitores fraudum, sint, & esse debeant personæ honestæ conditionis, & famæ, & nullatenus iuris, vel facti infamia notati.

Ipsi verò Extraordinarij librum singuli habere debeant, à Notario etiam per chartarum numerum autheticatum, in quo seriatim omnes fraudes, quas inuenient, statim, & incōtinenti adnotare teneantur: & vt omnis fraudis occasio

Q. 2 cesseret,

cesset, in fine cuiuslibet mensis, ipse Gabellarius, simul cum Depositario libri ipsius notas, cum denunciationibus in actis Notarij factis, conferre debet. Qui verò in præmissis, vel eorum aliquo defecerit, pénam aureorum vigintiquinque, vice qualibet, incurrat, quorum pars tertia Accusatorj, etiam si esset idem Notarius, vel Extraordinarius; reliquæ duæ Palatio Conseruatorum applicentur. Et si Extraordinarij pénam soluere non potuerint, aut intra quindecim dies non soluerint, publicè per Vrbem, causa inscripta, virgis cedantur. Gabellarius ipse, in fine eius officij, per Syndicos Romani Populi, sicut alij Magistratus syndicetur.

De Officio Camerarij Camerae Urbis. Cap. XII.

Camerarius Cameræ Vrbis, officium suum, legaliter, & bona fide exercere debeat, necnon, & omnia facere, & curare, quæ ad Cameræ utilitatem pertinere cognoscet; dictæ Cameræ Introitus etiam pénarum tam per Conseruatores taxandarum, ratione delictorum Artificum, quam per Senatorem, ratione quorumcumque delictorum Artificum quam per Senatorem, ratione quorumcumque delictorum, & ex quacumque alia causa ad Cameram prouenientes, ac exitus seriatim, & dilucidè describere, & adnotare.

Teneatur autem, singulis tribus mensibus, dati & accepti huiusmodi rationes, Conseruatoribus cum interuentu duorum Nobilium ad computa deputatorum inspiciendas & calculandas exhibere, sub pena aureoru quinquaginta vice qualibet incurreda. Cōseruatores verò & Nobiles prædicti illas diligenter videre & discutere, & quæ eis non videbuntur admittenda adnotare, dictaque calculo se subscribere debeant. Quæ quidem computa postmodum per eundem Camerarium in Camera Apostolica suis loco & tempore de more reddenda & solidanda sunt.

Pecunias Cameræ Vrbis non aliter quam de mandato Conseruatorum, & duobus saltem ex ipsis subscriptibus, soluat; alioqui de suo soluisse censeatur, & Camera illeſa remaneat.

Consiliis omnibus tam secretis, quam publicis interueniat; si sine causa cessauerit, duorum aureorum pena vice qualibet mulctetur.

Emolumenta Ceræ & Piperis, quæ statutis festiuitatibus & diebus Officialibus Romani Populi dare tenetur, infra triduum à die statuta, vel de mane in Capitolio, vel domi sive habitationis potentibus dare teneatur: illa vero quæ in festo Nativity Domini nostri Iesu Christi dare tenetur, per triduum ante vigiliam potentibus consignare debeat; alioqui pénam prædictam incurrat.

In vigilia eiusdem Nativity Domini nostri Iesu Christi, qua die Populo ientaculum datur, Bellaria dulcia, & reliqua dari solita, iuxta frequentiam & numerum personarum, singulis Regionibus ornata, copiose & apposite, ac iuxta morem solitum & consuetudinem antiquam distribuat, assistentibus duobus à Populo depucatis.

Ea

Ea quæ dat emolumenta, nempe faces, & faculae cereæ, Piper, Confectiones ex Saccaro, & Mellite Auellanæ (Nuclatæ nuncupatæ) sint bonæ beneque & absque fraude compositæ, & iusti ponderis, necnon & Chirothecæ similiter sint bonæ iuxta antiquum morem & tabulam antiquam: alioqui pénam vi-ginti quinque scutorum incurrat.

In actionibus publicis, nullatenus per Substitutum, sed omnino per se ipsum (nisi legitima causa fuerit impeditus) interuenire teneatur: si secus fecerit, pena aureorum decem vice qualibet mulctetur.

De officio quatuor Defensorum Decretorum. Cap. XIII.

A officiis quatuor Defensorum spectat præcipiam curam habere, vt

omnia & singula Decreta & Constitutiones Populi tam ab Officialibus etiam ad vitam, quam ab omnibus ciuibus & aliis Statutis subiectis, inuolabiliter obseruantur, & vt contrauenientes per Conseruatores condemnentur ad pœnas, in quas propter inobseruantiam inciderint; summoque etiam studio curare, vt Populus in rebus & iuribus suis, necnon in pœnis à transgressoribus incursis, & in omnibus aliis, quæ Palatio applicantur, non defraudentur: & quod pecunia Populo debitæ tam ex causa venditionum sive locationum, quam ex pœnis transgredientium, ad Depositarii Populi & Palatij, prout ad eorum quemlibet pertinet, cum effectu perueniant: Necnon vt de bonis mobilibus Palatij, per eos ad quos pertinet, Inuentarium conscribatur, & quod bona quæ defecerint, restituantur, aut illarum pretium soluatur, & in his casibus apud Procuratorem Cameræ diligenter instare: per hoc tamen Cameræ Procuratorem, aut quemvis alium, cui prædicta, vel eorum aliqua iniuncta sunt, ab eius officij debito circa præmissa, vel à pœnis in euentum contrauentionis comminatis, nullatenus liberamus.

Teneantur quoque ipsi Defensores singulis Consiliis tam secretis, quam publicis interessc.

Daret autem eorum officium per annum integrum hoc modo, vt singulis sex mensibus duo alij elegantur: Qui vero annum expleuerint, vacationem recipiant, nec nisi clapsō triennio reelegi possint.

De Officio Secretarij Conseruatorum. Cap. XIV.

Secretarius Conseruatorum qualibet die in Palatio Conseruatoribus se presentare teneatur, indeque non nisi licentiatus recederet, si contumaciter, pena aurei vnius vice qualibet mulctetur.

Litteras tanis missivas quam patentes, & alias omnes scripturas, quas sub Conseruatorum nomine conficiet, in primis ipsis Conseruatoribus legendas exhibere, & illis per ipsos Conseruatores approbatis, in uno libro apte composto, & bene compacto de verbo ad verbum regestare teneatur, pariterque omnes litteras missivas, quæ ipsis Conseruatoribus transmissæ, & præsentatae fuerint, diligenter & certo ordine conseruare debeat, diem præsentationis in eis adnotando: quoties autem in singulis prædictis defecerit, pénam aureorum

aureorum decem incurrat.

Officium prædictum per se ipsum, & non per Substitutum exerceat: possit tamen in litteris scribendis aliquem à Magistratu approbatum, adhibere, dum modo ipse se sua manu subscribat sub eadem pena.

Caveat insuper, ne vltra sibi præfinitam & assignatam mercedem quidquam à Communitatibus, vel à particularibus personis recipiat: quoties autem contrafecerit, simili aureorum decem poena mulctetur, & accepta restituat.

De officio Scriptoris Conseruatorum.

Cap. XV.

AD Scriptoris Conseruatorum officium spectat in libro magno bene composito, regeſtare & adnotare omnes & singulas litteres Apostolicas, Privilegia, Rescripta, Statuta, Ordinationes, Reformationes, & demum scripturas quascumque ad Ciuitatem Populumque Romanum & Cameram Vrbis pertinentes: Necnon Edicta omnia per Vrbem de mandato Conseruatorum, & Camerae emittenda & publicanda scribere & subscribere, & tam omnes originales scripturas, quam regeſtum prædictum, & edicta reportata, & à Preconibus subscripta, diligenter in Archiuio dicti Palatij custodire: & illa quæ in futurum fient & præsentabuntur infra octo dies ad summum, omnino in dicto libro describere; pariterque omnes solutiones, quæ fient à debitoribus Camerae Vrbis, in libro ad hoc parato fideliter adnotare, necnon mandata quæcumque de soluendo describere, ingressusque Senatorum cum suis equis & pompis: præterea Conseruatorum revisiones, de præmissis facendas, & demum omnia quæ videbuntur Conseruatoribus publicum interesse concernere & describi debere, pariter regeſtare & describere: quæ omnia in Archiuio prædicto clave altera penes ipsum existente, diligenter custodiat, nec exinde aliquid amoueat, sine omnium Conseruatorum licentia, in scriptis habita: quoties autem in aliquo præmissorum defecerit, poenam aureorum quinque, incurrat & Salarium sibi constitutum amittat.

Librum quoque aliud habere debet, Rincontrum appellatum, in quo omnia bona mobilia & supellecilia Palatij Conseruatorum, seriatim descripta sint; teneaturque singulis tribus mensibus, insimul cum Conseruatoribus & Camerae Procuratore, in recognitione, & noua dictorum bonorum descriptione siue inuentario, interuenire, & bona de novo parata adnotare: si secus fecerit, ad emendationem omnium & singulorum bonorum quæ defecerint, de suo teneatur.

Non audeat scribere aut confiscare aliqua mandata de soluendo quascumque pecuniarum summas, cuius personæ, quibusvis Depositariis directa, nisi cum insertione cause propter quam solui mandatur, & in quem vsum, & illi tantum Depositario directa, ad quem negotium illud spectat, & non alteri: quæ etiam mandata regeſtare teneatur in libro ad hoc apte composito; distinctis negotiis & partitis: alioqui penam prædictam incurrat, & Populo de suo, tantumdem quantum in mandato continetur, soluere teneatur.

Rursum & aliū librū magnū & bene compactū habere teneatur, in quo omnes Introitus Romani Populi adnotentur: alioqui pena aureorum xxv. mulctetur.

Singu-

Singulis diebus in Palatio Conseruatoribus se præsentet, nec inde nisi dimissus recedat; si secus fecerit penam aurei vnius vice qualibet incurrat.

Officium suum per semetipsum, & non per Substitutum exerceat; nisi forte scribendo ipse satis non sit; quo casu per alium ei scribere liceat, dummodo ipse se omnino subscribat: alioqui penam aureorum decem vice qualibet incurrat.

De Officio Depositarij Populi Romani.

Cap. XVI.

Depositarius pecuniarum Romani Populi librum bene compactum & Mētatorum modo diligenter ordinatum habere debeat, in quo omnes introiti eiusdem Populi adnotare debeat distinctis etiam partitis quando Pecuniae ad certos particulares usus destinantur, & deponuntur.

Librum etiam aliud seu libros habere debeat, in quo seu quibus separatis & distincte exitum pecuniarum describat, cum aperta distinctione & separatione causarum & negotiorum in quibus solutio facta fuerit: ita & taliter ut in continenti cuiusque negotij introitus & exitus calculari possit. Caveatque ne pecunias ad vnum usum depositas vel destinatas, in aliam causam vel usum soluat. alioqui penam aureorum decem in quolibet casuum prædictorum incurrat. & de suo soluisse censeatur.

Non possit aliquam pecuniarum quantitatem vigore cuiusvis mandati alicui personæ persoluere, nisi in mandato causa per quam solui mandatur, persona cui, & quantitas, explicite & expresse sit descripta; & nisi mandata ipsa per duos saltē Conseruatores, vel per vnum ex eis, & per Priorem Capitum Regionum, & per Computistam Populi, & generalem Antigrapheum, quem Rincontrum appellant, subscripta fuerint, & Populi Romani sigillo signata: quod si aliter soluerit, de suo soluisse censeatur.

Teneatur quoque singulis tribus Mensibus computa dati & accepti Conseruatoribus & duobus Nobilibus ad computa deputatis solidanda assignare: quorum copiam præfatis Conseruatoribus & Deputatis per dies quattuor ad minus ante solidationem, consideranda dare debeat, & demum illa vera esse, & non habere alia diuersa cum iuramento affirmare, quibus securis computa legitime solidata per dictos Conseruatores & Deputatos subscripta, & aliter solidata computa non teneant.

De Officio Depositarij Palatij Conseruatorum.

Cap. XVII.

AD officium Depositarij Palatij Conseruatorum spectat omnes pecunias, quæ proueniunt ex introitibus & poenis Terrarum Romani Populi. Item illas quæ proueniunt ex licentia excoriandi porcos, de quibus debet etiam computuni tenere Conseruatorum Notarius. Item & penas quæ proueniunt à fraudantibus Gabellam Gymnasij siue Studij, de quibus fit condemnatio per Gabellarium maiorem. Item & scuta centum, quæ proueniunt ex Gabella dicti Studij, & scuta viginti, quæ proueniunt ex Castro Viturclani, & omnes alias pecunias, quæ ad eius manus solent quoquo modo ratione dicti officij

Officij peruenire, fideliter custodire & conseruare, illasque omnes adnotare teneatur in libro bene compacto, & secundum usum Mercatorum tento, distincte, & de die in diem, prout ad eius manus peruererint: quem librum in Archivio Palatij Conseruatorum continuo retinere debeat: in quibus seu eorum aliquo, quoties defecerit, penam aureorum quatuor incurrat; quam etiam penam eo ipso incurrisse censeatur, si eodem die pecunias non adnotauerit, quo ad eius manus peruererint.

Pecunias autem praedictas non aliter soluat, quam de mandato Conseruatorum, & saltem manu duorum ipsorum, aut vnius, & Prioris Capitum Regionum, & per Computistam & generalem Antigrapheum subscripto, & semper cum Populi sigillo, in quo clare, & nominatim exprimantur causae, & partitae ex quibus solui mandatur, & quibus personis: si secus fecerit, penam aureorum decem incurrat:

Singulis tribus Mensibus intra octo dies post noui Magistratus ingressum, curer ut sua computa per Conseruatores solidentur, & illis cestantibus protectetur in actis Notarij, Conseruatoribus praesentibus. In quorum redditione & solidatione seruentur quæ supra proxime per Depositarium Ro. Populi seruari mandantur, & nihilominus quoties fuerit requisitus, sua computa exhibere debeat: si in aliquo ex premissis defecerit, penam duorum aureorum vice qualibet multetur.

Teneatur quoque semel in hebdomada, & quoties requisitus fuerit se coram Conseruatoribus in Palatio presentare: nec inde nisi dimissus recedat: quoties contrafecerit, penam vnius aurei incurrat.

De Officio Revisoris Palatij Conseruatorum. Cap. XVIII.

Revisor bonorum mobilium Palatij Conseruatorum librum bene compactum habere debeat, in quo ipse describere teneatur Inuentarium mobilium & supellectilium Palatij praedicti, dictumque librum pariter in Archivio Palatij conseruare debeat: si secus fecerit, penam aureorum quatuor vice qualibet multetur.

Singulis tribus mensibus, initio noui Magistratus, in praesentia Conseruatorum assistente Procuratore Cameræ Vrbis, & Scriptore Conseruatorum, mobilia & supellecilia praedicta recensent, & consumpta, aut amissa, vel quæ non apparent, diligenter adnotent: & quæ reparatione indigent, instet ut refarciatur, & reparantur. & quæ denuo empta & parata fuerint, inuentario addat: si secus fecerit, penam aureorum quatuor vice qualibet incurrat, & duplum pretij non descriptorum bonorum persoluat.

Si bona ex adnotatis deficient, culpa vel negligentia Magistri domus, vel cuiusvis personæ, teneatur instare apud Conseruatores, vt Procurator Cameræ contra eos, quorum culpa bona ipsa defecerint, vel deteriora effecta fuerint, ad emendationem damni procedat: si secus fecerit, penam duplum valoris rei quæ defecerit, incurrat.

De

De Officio Extraordinariorum Maiorum & Minorum.

Caput XIX.

Extraordinarij Maiores antequam ad officij exercitium admittantur, idem fideiussorem de bene, fideliter & personaliter suum officium exercendo & administrando; & finito officio de stando & parendo syndicatu prestatate teneantur: illi vero qui non steterint, aut sponte non paruerint syndicatu, ultra quod parere cogantur, de cetero ad officium praedictum eligi non possint. Qui vero per substitutum exercuerit, ipso iure officio priuatus existat, & inuentiones à substituto factæ irritæ sint & nullæ.

Minorum Extraordinariorum nomina describi debeant in albo seu libro à Notario Cameræ singulisque tribus mensibus recenserit, si sunt iidem, & ex qua causa fuerint mutati.

Maiores etiam Extraordinarij habere debeant minores, qui sint bona famæ & conditionis, & qui fustigati aut ad verecundiam expositi, seu condemnati de aliquo delicto infamiam irrogante, non fuerint; & semel priuati nullatenus ad officium de cetero admittantur.

Inuentiones quas ipsi Dinores inuenient, debeant verificari per modum quem Tornellum appellant cum refectione debiti, id est cum suppletione eius quod minus datum est emptori, aut cum restitutione pretij quod plus est receptum à venditore: illæ autem inuentiones, quæ fuerint per dictos minores sine Tornello & debiti refectione reperte ad minus per unum testimoniū fide dignum verificantur, si ipse maior cum eis non interuenerit: aliæ non teneant.

Non possint aliquo modo capere bona tamquam in fraudem edictorum contractata, neque in nundinis neque alibi, inuenta, nisi ad effectum illa defendi in palatio Conseruatorum, & nisi fuerint in manibus emptorum & in facto reperta, quæ bona statim consignate debeant Tagistro domus Conseruatorum, quietantia ab eo recepta, distribuenda locis piis iuxta formam praesentium statutorum nec ad diuisionem ante triduum deueniri possit, nisi res esset tempore peritura.

Liceat tamdem vnicuiq. Extraordinario per totam Vrbem perquirere, etiam si alius & is cui Quarterium perquendum in fortè venisset, in perquirendo præuenerit, & perquisuerit: & hoc vt omnis fraudis suspicio cesset, & delicta non remaneant impunita.

Non possint ipsi maiores, partem penarum, quæ applicatur minoribus quoquo modo exigere: sed pars ipsorum minorum debeat penes Camerarium conseruari, qui teneatur in fine cuiuslibet mensis, rataam suam dictis minoribus (recepta ab eis quietantia) numerare: Nec etiam ipsi maiores ratam suam penarum recipere possint, nisi post solidationem computi à Notario Cameræ factam, quæ singulis mensibus fieri debeat. Si maiores contrauenerint penam aureorum decem incurant, & duplum ipsis minoribus persoluant.

Cum minoris ponderis panem deprehenderint, vt veritas elucescat, teneantur R

tur atramento, & non gypso aut carbono, nec re simili in ipso pane in singulis, quas cacchiatas appellant, quanti sint ponderis adnotare, exprimendo numerum cacchiarum repertarum in singulis cacchiatas.

Quilibet Maior Extraordinarius teneatur Inuentiones omnes, quæ tam ab eo quam à suis Extraordinariis minoribus factæ fuerint, sequenti dic iuridica in uno folio descriptas, Conseruatoribus offerre, à quibus illud incontinenti subscribi debeat: in ipso vero folio Inuentiones factæ ab ipso maiore ab illis quæ factæ fuerunt a minoribus distincte contineantur, & ab uno quoque eorum qui illas inuenierit separatis subscriptæ sint, & nullatenus maior pro minoribus nec è conuerso, minores pro maiore se subscribere possint; alioqui in quolibet casu præmissorum irritæ sint & nullæ: quæ folia inuentionum ita per Conservatores subscripta statim in manibus Scriptoris Cameræ consignentur ad effectum, ut exequatur quantum ei infra cap. 23. de officio Scriptoris Cameræ est iniunctum.

Ipsi quoque Maiores nullam nec realem nec personalem exequutionem facere possint, absque mandato Conservatorum a duobus saltem ex eis subscripto.

De Officio Notarij Conseruatorum. Cap. XX.

AD officium Notarij Conservatorum spectat Tribunalis ipsorum dum ius dicunt assistere, & omnia acta iudicaria diligenter conscribere, de omnibus Instrumentis tam venditionum & locationum, quam etiam rerum quarumcumque quæ inter Conservatores Romani Populi nomine, & alios quotcumque celebrantur, (exceptis his quæ ex Consiliis prouenient, quorum rogatio spectat ad Scribas Senatus) se rogare, & illa omnia de quibus rogatus fuerit, intra triduum à die rogitus, in libro magno bene compacto, & chartis numeratis, describere, quem retinere & conseruare teneatur in Archiuio, ubi aliae Romani Populi scripturæ conseruantur: & nihilominus statim quod de aliquo Instrumento præmissa concernente rogatus fuerit, notam ipsius Computistæ & generali Antygrapho consignare: alioqui quoties contrafecerit, vnius aurei pœna mulctetur.

Sed & curare debeat, ut quæ pertinent ad officium suum in Dohanis Pecudum, diligenter exequatur. Schedulas quacumque facultatum extrahendi ab Urbe bona, quæ per Conservatores conceduntur, subscribere, & alia facere & exercere, quæ ad suum officium spectant, & quæ haçtenus facere & exercere consuevit. Et demum finito officio scripturas omnes ad dictum officium pertinentes successori per inventarium consignare, vel in loco per Conservatores deputando dimittere.

Teneatur quoque in dicto Actorum libro licentias, quæ excoriandi Porcos à Conservatoribus Macellariis conceduntur, per singulos dies adnotare, ut inde cum Depositario Palati collatio fieri, & ratio initî possit.

Caveat ne subscribat aliquod mandatum, nisi in eo sint nuncupatim descriptæ & expressæ omnes partitæ & causæ, ex quibus & pro quibus solui mandatur: si secus fecerit, de suo tantumdem pro pœna soluere cogatur.

De

De Officio ratiocinatoris sive Computistæ, necnon & generalis Aniigraphæ. Cap. XXI.

AD Computistæ sive Ratiocinatoris officium pertinet, omnes & singulos redditus & introitus, exitus, & expensas tam ordinarias quam extraordinarias, & tam Populi, quam Palati Conservatorum, Gymnasij & aliorum reddituum Romani Populi, diligenter & distincte adnotare, & ea de causa plures libros magnos apre compositos, ac bene & mercantili modo tentos habere, in quibus predicta omnia de die int diem diligenter describat & adnotet; quos libros continuo in Archiuio retinere debeat. Quod si in aliquo ex predictis defecerit, pœnam aureorum decem vice qualibet incurrat.

Debeat etiam duos aut plures libros magnos habere, unum videlicet contra librum Depositarij Populi Romani, aliud contra librum Depositarij Palati, & aliud contra Depositarium Gymnasij, & alios depositarios bonorum & reddituum Populi, qui pro tempore extiterint; & eos pariter in eodem Archiuio conseruare sub pœna predicta.

Teneatur quoque de mense in mensam Cameræ Vrbis Procuratori notam sive listam debitorum exhibere, ut soluere ceslantes cogi possint: alioqui pœnam ducatorum auri viginti quinque incurrat.

Quoties Computa pro Populo cum aliquibus Depositariis predictis inire & solidare contigerit, ipsi cum suis rationum libris interueniat, & calculo inito, describat & adnotet, in qua quantitate remaneant vel illi vel Populus debitores; quos libros similiter ut supra conseruare teneatur: si secus fecerit, pœnam aureorum decem vice qualibet incurrat.

Visis quoque rationibus omnibus, si quid animaduerfione dignū putauerit, Conservatoribus & Deputatis denuntiare debeat; alioqui de dolo puniatur.

Præterea qui pro tempore fuerit generalis Antygraphus, teneatur libros suos bene aptatos & compositos contra libros Computistæ predicti, Introitus scilicet & exitus reddituum Populi Romani recte confidere, & seriatim ordinare, & alia quæ sibi ex suo officio incumbunt, peragere & adimplere.

Idem si vocatus aut intimatus fuerit legitimo impedimento cessante, & tunc excusatore missò in omnibus & singulis venditionibus officiorum Montium, & bonorum quorumcumque Populi Romani interuenire, necnon, secretis & publicis Consiliis adesse, sub pœna viginti quinque aureorum si defecerit in quolibet casuum predictorum incurnda.

De Officio Notarij Cameræ. Cap. XXII.

NOtarious Cameræ initio officij iuret officium suum se bona fide exercere, fideliter scribere, & suo salario contentum esse: & teneatur omnes introitus Cameræ in uno libro & expensas in alio adnotare: si sciuerit aut cognoverit fraudem committi, Conservatoribus denuntiare, & finito tempore libros omnes in Camera dimittere, sive officij rationem reddere, & syndicatu

R 2

dicatui parere: Omnibus diebus in Palatio Conseruatoribus assistere, usque ad Audientia finem, officiumque suum per se ipsum, non autem per substitutum exercere: alioqui poenam aureorum decem singulis casibus vice qualibet incurrat:

Audientia expleta, diebus singulis cum Camerario mandata inuentionum conferat (quod Reincontrare appellant) sub poena praedicta.

Similiter die qualibet Audientia finita, ex Mandatis de grauando Artifices denunciatos, Executoribus pridie aut antea datis eorum qui concordauerint, aut poenam soluerint nomina deleat: alioqui penam praedictam incurrat.

Postquam ex Mandatis de grauando, nomina Artificum, siue Negotiatorum, qui soluerint aut concordauerint, ut dictum est, deleuerit, seu cancellauerit, pariter eadem nomina, ex libro Scriptoris deleat. In margine tamen accusationum, siue inuentionum, causam per quam & de quorum mandato & an soluta vel composita poena, vel an gratis inuentiones ipsae deletae fuerint, sua manu conscribat, sub poena praedicta.

Et ad obuiandum fraudibus, ne forte aliqua inuentio sine mandato, aut aliter quam in mandato habetur cancelletur: Singulis mensibus, inuentionum siue accusationum deletarum, & abolitarum, Camerario, aut Cameræ Procuratori, vel cuius alteri, de mandato tamen Conseruatorum, rationem reddat: & quoties contrafecerit, poenam praedictam incurrat.

Sigilla a Pistoribus, siue Furnariis, singulis sex mensibus requirat & recipiat, contentus solita mercede, ipsaque sigilla cum nominum singulorum Furnariorum inscriptione, distincte & separatis custodiat, ad effectum, vt si dubitetur cuius sit panis delatus, cognosci possit: & quoties contrafecerit, puniatur vt supra.

Alium quoque librum habere debeat, in quo dietim scribat & adnotet pecunias, quæ ex poenis praedictis Camerario soluuntur, & in cuiuslibet partitæ margine nomen Extraordinarij, cuius opera poenæ praedictæ soluuntur, apponat, vt cum dictis Extraordinariis computa iniri solidarie possint: quoties autem defecerit, poenam praedictam incurrat.

De Officio Scriptoris Cameræ. Cap. XXIII.

Scriptor Cameræ, cum primum nomina delinquentium Artificum siue Negotiatorum (quas Inuentiones appellant) subscripta tamen ab Extraordinariis maioribus, seu minoribus, & ab uno ex Conseruatoribus, ut supra cap. xix. De officio extraordinariorum maiorum, receperit: illa incontinenti in suo libro regestare teneatur, & Artifices denunciatos in exhibitis sibi foliis descriptos, pro sequenti die iuridica citari facere, ad cōparentum corā Conseruatoribus, & concordandū, prout hactenus fieri cōsueuit; qua die adueniente, & illis aut eorum aliquibus cōparere cessantibus, non cōparentum, & cōcordare cessantium nomina, in alio folio (quod listam siue grauatoriā appellant) descripta, illudque manu Conseruatorū subscriptū, Executori consignet, qui illius vigore Artifices grauet in certa cōsueta pecunia, ut grauaminis tēdio affecti, cōpareant responsuri. Et sequenti die iterū non cōparentes cum eadem lista grauari

grauari faciat, demptis ex lista iis, qui comparuerint, & concordauerint. Quod si Artifices in eorum contumacia persistant, Scriptor ipse, copiam inuentionum singulorum (quas extractus appellant) cameræ Procuratori consignet, qui extractus prædictos Conseruatoribus afferat, vt ipsi poenam uel declarent vel arbitrentur. Sed si ipsi artifices intra terminum sibi ad concordandum vel soluendum præfixum, extractum à Scriptore receperint, & illius taxationem, aut penæ declarationem à Conseruatoribus fieri non curauerint: ipse Cameræ Procurator alium similem extractum ad taxandam seu declarandam poenam Conseruatoribus afferat, qua declaratione secuta, illico Cameræ procurator in uno libro ibide ad Tribunal retinendo per ipsum seriatim nomina delinquentium, & summas taxatas describat, in quo libro & in qualibet ipsius chartarum facie ipsi Conseruatorum taxæ præpositæ se subscriptant, exprimendo ad quam summam taxatae quantitates in totum ascendant per extensum. Quibus taxationibus aut declarationibus per Conseruatorum factis (hæc autem omnia intra terminum dierum utilium quinque fieri debeant) præfatus Cameræ procurator sequenti die listam condemnatorum, qui non satis fecerint, manu Conseruatorum subscriptam Executoribus tradat, vt à delinquentibus taxatam poenam, vel equivalentia pignora reportet, & prædictis omnibus libris listis & extractibus collatis & concordatis in fine cuiuslibet mensis inter Camerarium, Cameræ Procuratorem, Scriptorem, Notarium & Extraordinarios calculari, & rationes solidari debeant.

Non possit Scriptor dare Extractum, siue inuentionis copiam accusato Artifici, postquam Conseruatorum à Tribunal recessoerunt.

Singulis quoque diebus iuridicis coram Conseruatoribus in Palatio esse, quamdiu Audientia durabit, nec ante sine licentia recedere, Officiumque suum per se ipsum & non per Substitutum exercere debeat; alioqui in singulis casibus prædictis, & vice qualibet poenam aureorum decem incurrat.

De officio Magistri Massarij. Cap. XXIIII.

Ad officium Magistri Massarij spectat rerum omnium existentium in Palatio Senatoris & Iudicium curam gerere, & illarum inuentarium adhibitis Cameræ procuratore & Notario Conseruatorum confidere, & cum Senator discedens illas dimittit, & cum eodem successor in officio consignantur, atque curare, vt quæ culpa vtentium amissa sunt, restituantur: alioqui ipse de suo amissa reficere debeat.

De officio Executoris Palati Conseruatorum.

Cap. XXV.

Executor mandatorum Palati Conseruatorum, cum primum sibi nomina delinquentium Artificum, (quæ listas appellant) manu tamen Conseruatorum

uatorum subscripta , vt præfertur , tradita fuerint , eodem die personas in listis descriptas grauare teneatur , & similiter eadem die , qua sibi mandata , seu listæ condemnatorum assignabuntur , eas exequi : pignora vel summa in condemnatione contentam auferendo . Teneatur quoque sequenti die iuridica pecuniam Camerario consignare , vel capta pignora su bhaftanda deponere , aut causam quare in executione cessauerit , reddere: a lioqui pœnam aureorum decem , quoties contrafecerit , incurrat .

Singulis quoq. iuridicis diebus à Notario Cameræ nomina eorum Artificum , qui soluerint , composuerint , concordauerintve , perquirere ; & in suis listis adnotari facere , teneatur , vt sciat à quibus debeat abstinere: alioqui incidat in eandem pœnam , & damnum parti læsæ resarciat .

Si defecerit singulis sequentibus iuridicis diebus , post listas & mandata sibi tradita grauationum , & executionum computum reddere , & executioni debitæ demandasse causa legitima cessante , prædicta mandata & nomina grauandorum alteri executori dari possint ; & ipse nihilominus pœnam prædictam incurrat .

De Praconibus , siue Banditoribus . Cap. XXVI.

Pracones edicta & banna ad Cameram pertinentia , eadem die qua sibi traduntur , vel omnino sequenti in Quadriuiss , Plateis & locis solitis præco- nizare & publicare teneantur , & sequenti die suæ executionis relationem , illis ad quos spectat , in calce ipsius edicti facere , & restituere ; vnuſq. saltem eorum qualibet die iuridica , se in Capitolij Palatio præsentare ; & à Notario , Scriptoribus , Camerario & Procuratore Cameræ perquirere , an aliquid sit pro camera exequendum : alioqui vice qualibet , & in quolibet casuum prædictorum pœnam aurei vnius incurrat . Quæ vero ad priuatorum instan- tiam , aut vtilitatem illis committuntur , aut ab eis fieri petuntur , statim vel illa , aut omnino sequenti die iuxta rei exigentiam exequi teneantur , suaque infra taxanda mercede contenti sint : alioqui accepta vltra præ- nitam mercedem restituant , & pœnam quinque aureorum vice qualibet in- currant .

De modo creandi Electores Officialium Romani Po- puli . Cap. XXVII.

A electionem eorum , qui officialium Romani Populi Electores futuri sunt , quos Imbussulatores appellant , hoc modo deueniendum esse sta- tuimus .

Omnes ciues cuiusque Regionis , descripti in libro Scribarum Senatus , qui in publicis consiliis interuenire possunt , de mandato capituli Regionis , per suum mandatarium dimissa schedula , qua significetur ad quid , quo in loco , & pro qua hora vocentur : Et vt nulli alij admittantur , quilibet caput Regionis habere debet notam huiusmodi descriptorum per suum Notarium

rium ex dicto libro desumptam , & manu alterius Scribarum Senatus gratis subscriptam .

Ea autem hora adueniente & elapsa , facta per caput Regionis propositione , eligatur unus ciuis per maiorem numerum votorum , natus annis ad minus triginta quinque , qui sit Imbussulator pro buslula sequenti .

Is vero electus , post eius electionem , infra octo dies ad summum , describat , & adnotet in folio , manu sua subscripto , nomina omnium ciuium illius Re gionis , qui idonei fuerint ad officia , & de quorum electione tractari posse si bi dignum visum fuerit .

De officio Electorum , siue Imbussulatorum .

Cap. XXVIII.

Congregatis in vnum Electoribus , antequam de Electione tractare incipiāt , debeant eis infra scripta Capitula , eorum officium concernentia , per Ca meræ Procuratorem perlegi : deinde iurent singuli in manibus Reuerendissimi Domini S.R.E.Camerarij , vel Vicecamerarij contenta in dictis Capitu lis seruare , eosque eligere , & illis in electione suum votum dare , quos & qui bus secundum eorum iudicium & Conscientiam , remoto omni amore , odio , prece , pretio & timore ad officia , ad quæ nominabuntur , dignos esse cognouerint . Et quod nihil ex his quæ in Congregatione tractata aut conclusa fuerint , cuius personæ reuelabunt .

Quilibet votum suum per fabam aut pilulam tacite & secrete præbeat , ita vt ab astantibus reliquis non dignoscatur in quam partem sua voluntas inclinet .

Non possint eligi nisi Ciues aut origine aut ex priuilegio , ita tamen vt Ciues ex priuilegio ad officium Conseruatoris , aut Capitis Regionis nisi post la psūm Quinquennium à die priuilegij nominari nec eligi possint .

Nullus nominari aut eligi ad idem officium possit , nisi biennium à fine illius officij lapsūm fuerit .

Non possint nominari aut eligi in Conseruatores , qui trigesimum quintum annum non expleuerint , nec pro Capitibus Regionum , qui vigesimum quintū annum non excesserint , neque pro Marescallis , qui sint minores annis tredecim , neque pro Magistris Viarum , Syndicis officialium , aut Magistris Iusti tiariis , qui annum trigesimum quintum similiter non expleuerint .

Homicida aut de publico delicto capitaliter damnatus , ad aliquod officium , neque nominari neque eligi possit ; nisi forte ex auctoritate Sanctissimii Domini nostri Papæ ad honorem , famam & bona restitutus fuerit .

Qui bonis cesserit , aut ad beneficium quinquennale admissus fuerit , nec eligi , nec nominari possit .

Brigosi vel qui inimicitiam aut brigam cum aliquo ciue aut Vrbis , vel distri ctus habitatore , habeat ; nisi data pace & perpetua securitate de non offendendo nec nominari nec eligi possint .

Officiales ad vitam domus & Palatij Conseruatorum , vt pote Cancellarij , Ad vocatus

Advocatus & Scribae Senatus non possint pro Conseruatoribus, neque pro Magistris Viarum neque pro Magistris Iustitiariis imbusulari. Reliqui vero, id est Procurator Fisci, Secretarius, Scriptor Notarius & Computista Conseruatorum, Generalis Computista sive Antygrapheus, Notarius prouisorum, Scriptor Cameræ Notarius Cameræ: Reuisor Palatij Conseruatorum, & Depositarius eiusdem Palatij nec pro Conseruatoribus, nec Capitibus Regionum, nec pro Magistris viarum, nec pro Magistris Iustitiariis, nec pro Syndicis officialium Romani Populi, nec pro eorum Notario nominari aut eligi possint.

Hi qui ex legitimo Matrimonio nati non sunt (nisi forsan à Sanctissimo Domino nostro Papa legitimati fuerint) nec nominari, nec eligi possint.

Qui etiam ad aliena seruitia permanent, Cives origine vel priuilegio, & quidominum propriam vel conductam cum sua familia non habitant, nullatenus ad aliquod officium nominari aut eligi possint.

Sed & qui debitores Populi, aut Cameræ Vrbis, tam ex delictis, quam ex contractibus declarati fuerint, nisi vel soluerint, vel de soluendo datis idoneis fideiussoribus cauerint similiter nec eligi, neque nominari possint.

Qui mechanicam artem exercent vel vnde exercitium faciunt, pariter neq. nominantur neque elegantur.

Vestigialium aut Gabellarum quarumcumque participes, tam occulte, quam publice, aut in illis quoquis modo interesse habentes, neque pro officialibus Bussulæ, neque etiam pro consiliariis secreti consilij eligi, aut nominari possint.

Verum neque ipsi Electores ad aliquod officium illius Bussulæ eligi aut nominari debeant.

Conseruatores quoque & Prior, qui in Bussula interueniunt, nequaquam etiam pro Conseruatoribus, aut pro Capitibus Regionum, aut pro Magistris viarum illius Bussulæ nominari aut eligi possint.

Ex pluribus nominatis ad vnum & idem officium, illi remaneant electi, & in Bussula cœseantur inclusi, qui plura vota habuerint: & in concurso duorum, iterum vota Electorum pro eis exquirantur, & nihilominus in nota votorum per cameræ procuratorem scribenda (quæ Rotulum appellant) singuli prout nominantur in Rotulo describantur, & cuique numerus fauorabilis votorum pure & sine fraude adnotetur, & deinde officialium electione finita, & publicata, Rotulus si neota prædicta debeat omnino lacerari.

Cum primum nominatio & electio Conseruatorum, Capitum Regionum, & Magistrorum viarum expleta fuerit, quilibet ex prædictis Electoribus, nomine seu listam omnium aliorum officialium, in quibus examen & concursus votorum non requiritur, quos ipse pro sua Regione elegerit, sua manu subscriptam Cameræ procuratori confignare teneatur: quæ nota ibidem coram prædicto Reuerendissimo Domino Camerario, & aliis officialibus memoratis, legi, & publicari debeat. Quod si ipsi Electores defecerint, aut ipsorum alter defecerit, Conseruatores astantes, possint ex cessantis Regione eligere, & nominare eos officiales, quos cessans nominare potuissent.

Huius

Huius electionis Congregationi nullus alias interesse possit, præter votum habentes, nisi Cameræ Vrbis Procurator, & Conseruatorum Scriptor, qui & ipsi iurare teneantur de non reuelando quæ inibi tractata fuerint.

Diebus, quibus hæc electio durat, Cameræ procurator Capitula hæc semper secum afferre debeat, & ea vt dictum est, in congregationis initio perlegere, diligenterque animaduertere, vt obseruentur, summoque studio inuigilare, vt qui nominantur, habiles sint ad officia, ad quæ nominantur, iuxta formam præsentium Capitulorum, & si qui inhabiles nominentur, se opponere & obiicere: alioqui ipse pœnam centum aureorum incurrat.

Qui officiales in solemnitatibus, Magistratum comitari tenentur. Cap. XXVIIII.

In omnibus Solemnitatibus, quibus Populi Magistratus interuenire solet, vt sunt dies festiuitatum sancti Antonij Abbatis, decima septima Ianuarij, sancti Blasij Episcopi & Martyris, tertia Februarij; Beatæ Franciscæ Romanæ, nona Martij; Sancti Georgij Martyris vigesima tertia Aprilis; Apparitionis sancti Michaelis Archang. octaua Maij; Octauæ solemnitatis Corporis Christi, qua die itur ad ecclesiam sancti Marci, Sancti Alexij Confessoris decima septima Iulij; Assumptionis Gloriosissimæ semper virginis Dei Genitricis Mariæ decimaquinta Augusti; Nativitatis eiusdem, octaua Septemb. Conceptionis eiusdem, octaua Decembris, & si quæ alia fuerint, interesse teneantur Senator, Conseruatores, Capita Regionum, Cancellarij, Scribae Senatus, Aduocatus & Procurator Cameræ, Camerarius, Secretarius, Scriptor Conseruatorum, Depositarius Palatij, Reuisor Palatij Conseruatorum, & Computista, Tredecim & viginti sex Consiliarij & Comestabiles Regionum. Qui vero defecerint, ipso iure amittant emolumenta quæ eis pro illa associatione dari consueverunt, illico locis Pia applicanda, & mox eadem Conseruatores, ad ipsa Pia loca eorum arbitrio per eorundem Magistrum domus, qui de consignatione schedulam recipere & ostendere debeat, deferriri & erogari faciant, exceptis tamen deficientium Comestabilium emolumentis, quæ eorum Collegio pro maritandis puellis superius de officio Capitum Regionum cap. viii. applicata sunt.

De applicatione pœnarum delinquentium officialium preditorum. Cap. XXX.

Item omnes pecuniariæ, quæ ex quacumque contraventione præsentium constitutionum, à quo quis Magistratu, Officiali, aut persona ex iis, qui habentur in hoc tertio libro descripti sunt, debentur, quæ alteri loco aut persona, non sunt applicatae, ipso iure debeantur, & applicata censeantur, ornamenti, & rebus necessariis Palatij Conseruatorum, & ea de causa perueniant in manus Depositarij eiusdem Palatij erogâda de mandato Conser-

uatorum & Prioris eorum, vel duorum saltem ex eis manu subscripto, & Populi sigillo signato, ex quibus nulla retentio per Depositarium fieri possit; & si pro ornamentis necessariæ non fuerint, fabricæ Palatij prædicti applicatæ intelligentur.

De forma in venditionibus Redditiuum Romani Populi seruanda. Cap. XXXI.

Officia Romani Populi, quæ ad certum tempus vendi consueuerunt, officiis Executorum Conseruatorum & Ripæ, quæ nec vendantur, nec sub aliqua responfione concedantur, exceptis, non aliter vendi possint, quam si Conseruatores, Prior Capitum Regionum, duo Capita Regionum ad id electi, Aduocatus & Procurator Cameræ & tres Custodes officiorum de more etiam electi, interueniant. Quibus vocatis & congregatis (præviis solitis Præconiis) subhaftentur, & plus offerenti, accensa cedula, ut moris est, & non aliâs deliberentur, nullusque qui cedulam banchariam, aut alterius idoneæ personæ de soluendo pretium licitandum infra triduum iuxta formam Capitulorum desuper faciendorum, non habeat, ad licitandum admittatur: & aliâs vel alio modo subhaftatio & deliberatio facta non valeat. In venditionibus autem officiorum huiusmodi, & aliorum quorumcumque introituum Romani Populi, non liceat Conseruatoribus, aut Priori, aut aliis quibuslibet Capitibus Regionum, aut Custodibus officiorum ad id ut præfertur deputatis, ad venditionem prædictam offerre, nec ipsi, nec quiuis alij Romani Populi officiales, qui in prædictis quoquo modo interueniunt, aut quorum opera in his Romanus Populus vtitur, publice vel clavis cum oblatore quomodocumque aut quandomcumque participare, sub pœna mille aureorum eo ipso incurrenda: nec non annulationis contractus & refectionis damnorum & interesse, quæ propterea Populus ipse substatinere posset: ea tamen moderatione & declaratione adiecta, quod si quis ex supradictis, cuius opera vel officio Populus Romanus in eisdem venditionibus, locationibus sive appaltis vtitur, qui tamen ius disponendi non habeat: voluerit ad vtilitatem Romani Populi ad licitandum admitti, & ita velle in actis declarauerit, & eam declarationem Conseruatoribus & aliis supradictis insinuauerit, deposita in eo actu penitus & omnino administratione & opera, quam in prædictis exhibebat, & nihil omnino sui officij & auctoritatis in eo agi impeniendo: sed tamquam priuatus & vt ceteri ad licitandum & offerendum admitti possit & debeat.

Ne quis pluribus fungatur officiis. Cap. XXXII.

NVllus ad aliquam administrationem bonorum Romani Populi deputatus, eligi aut deputari possit ad aliam similem administrationem prima

ma durante; nullique cui liceat, plura officia, quæ propter personale exercitium incompatibilia reputantur, retinere; & qui habet vno retento, aliud, vel alia infra sex menses, resignare aut vendere iuxta officij naturam teneatur.

De officiis Per substitutos non exercendis. Cap. XXXIII.

Officia omnia, omnesque dignitates Curiæ Capitolij, & Romani Populi, quæ in Urbe administrantur, quocumque nomine nuncupentur, per illas easdemmet personas impleantur, quibus collatio prouisio, siue quoquis concessio facta fuerit, & nullatenus per Substitutum aliquem, quantumuis idoneum, exerceantur. Qui contrafecerit si sit officialis ad vitam, salarium, emolumentaque officij per integrum annum amittat, & ipse ab officio sit suspensus, excepto Cameræ Procuratore, qui vñà cum eius substitutis urgentibus negotiis suum officium valeat exerceere. Si vero officialis ad tempus, ipso iure officio, salario, & emolumenis, etiam si illud ex causa haberet onerosa, priuatus existat. Qui vero pro substituto prædictorum se gesserit, aut inscriuire ausus fuerit, pœnam auerorum quinquaginta quoties contrafecerit incurrat. Aduenæ autem, quibus aliqua Populi Romani officia, vel exercitia conceduntur, siue locantur, si ipsi per se non exercent, causa infirmitatis dumtaxat excepta, pariter salarium, emolumenta, & officium, etiam si illud soluta pecunia acquisuerint, amittant; & Substituti pro eis exercentes pœna supra prescripta puniantur.

De officialibus incidentibus in Brigam. Cap. XXXIV.

Si quis officialis etiam ad vitam sua arrogantia vel culpa in inimicitiam vel brigam incurrit, salario careat, & emolumenis, & ab officio suspensus maneat inimicitia vel briga durante.

Ut officia Terrarum Romani Populi, ciuibus committantur. Cap. XXXV.

Officia omnia terrarum & oppidorum Romani Populi Romanis ciuibus & non aliis committantur, & gratis: minores tamen annis triginta quinque ad ea eligi, & deputari non possint.

*Ut officiales Terrarum Romani Populi caueant de stando
Syndicatu. Cap. XXXVI.*

Q Vicumque ad aliquod officium exercendum in terris, & oppidis Romano Populo subiectis electus, seu deputatus fuerit, cauere omnino teneatur penes acta Notarij Conseruatorum, cum fideiussoribus idoneis de stando & parēdo syndicatui; & si ad Vrbem finito officio redierit sine litteris attestantibus ipsum reēte administrasse, & sententiæ Syndicorum paruisse, vltra quod redire ad locum, & sententiæ parere teneatur, tantundem pœnæ nomine Fisco persoluat, quācum pro salario, dicto officio durante perceperit, ad quod etiam fideiussor cogi possit.

*De Clericis ad officia Capitolina non admittendis.
Cap. XXXVII.*

C Vm Sacri Canones clericos à secularibus negotiis arceant, nullus clericus beneficia obtinens Ecclesiastica, vel in Sacris ordinibus constitutus, officium aliquod seculare in curia Capitolij, vel in Palatio Conseruatorum habere, aut exercere possit; quod si de facto, aut per ignorantiam electus fuerit, omnibus salariis & emolumentis careat; & si qua acceperit, restituere teneatur.

*De electis ad officia recusantibus acceptare.
Cap. XXXVIII.*

Q Vilibet Romanus Ciuis, qui ad aliquam dignitatem, officium, aut administrationem ex pertinentibus ad Populum Romanum electus, aut deputatus extiterit, munus sibi iniunctum cum alacritate, fide & sinceritate suscipiat, & exerceat. Qui vero cessante legitima causa recusauerit, pœnam quinquaginta aureorum incurrat; de causa autem legitima Conseruatores adhibitis Priore, ac Tredecim & Viginti sex consiliariis cognoscant, & iudicent.

De officio Magistrorum Viarum. Cap. XXXIX.

M Agistri Viarum de his cognoscant & iudicent, quæ in statutis eorum officio præscriptis, & in eorum privilegiis continentur, necnon & de his, de quibus simul cum Reuerendissimo Domino S.R.E. Camerario per priuilegia & litteras Apostolicas cognoscere possunt, in quibus quidem ad Reuerendam Cameram Apostolicam reclamari, seu appellari debeat. In ordinariis autem liceat vel ad eadem Cameram appellare, seu recursum habere: vel ad Capitaneum appellationum prout appellans elegerit appellare.

Expleto

Expleto officio tam ipsi, quam eorum. Assessor, Sub magistri & Notarius per syndicos Senatoris & Iudicum ex busula pro tempore extrahendos syndicentur. Ipsorumque Magistrorum Assessor, & Notarius taxas mercedum & sportularum iuxta præsinitum modum, sive Tabulam infra cap. 91. de Viaticis Iudicum & salario Assessorum, & cap. 97. de mercede notarij Magistrorum Viarum obseruare teneantur: & si ultra quid acceperint, eamdem pœnam incurvant, quam alij Iudices, Assessores & Notarij Capitolini incurront.

Si pro viis dirigendis, aut plateis ampliandis vel construendis, aliquas solutionum impositiones, quas taxas appellant, fieri contingat, formam in literis Summorum Pontificum, & præcipue fe. re. Iulij. I II. Pij IIII. & Pij V. & S.D.N. Domini Gregorij XIII. in fauorem Po. Romani contentam, respetue seruare teneantur,

Si opus aliquod ad reparationem, sive substructionem viarum, aut Pontium vel similiū, tam intra quam extra Vrbem faciendum sit: pro quo ab adiacentium prædiorum Dominis contribui debeat, hanc formam omnino seruare teneantur.

Opus ipsum faciendum in primis diligenter à Ro. Populi Architectore inspicatur, de quo ipse ichnographiam sive plantam sumere debeat, & per ipsum impensa necessaria diligenter calculetur, quo factō de ipsius Magistrorum, & duorum Nobilium ad id à Populo quotannis deputari solitorum, mandato, omnes & quicunque interesse habentes, per publicum edictum, etiam in loco reparando publicandum & inibi affigendum, & qui certi erunt, etiam per Mandatarium & in scriptis dimissa cuique ipsorum, saltem in manibus domesticorum, vel vbi non fuerint, in ostio domus affixa brevi schedula, pro certa die & hora, & cum causæ expressione, conuocentur in Palatio Conseruatorum, vel alio commodiori loco. Illisque coadunatis, cum interuenienti Domini Clerici Reuerenda Cameræ Apostolicæ Viarum pro tempore Præsidentis, ac Capitis illius Regionis vbi opus est faciendum (si intra Vrbem sit) necessitas exponatur, operis formula demonstretur, & impensa necessaria declaretur. Quo factō ipsi Conuocati, quatuor aut sex ex eis eligant, qui in taxatione facienda debeat interuenire: Quod si prædicti ad taxam deputati vocati pro certa die & loco ad taxam faciendam, venire cessauerint, aut alter cessauerit; possint Magistri cum duobus illis à Populo electis, habita in scriptis Mandatarij relatione, cum solis venientibus, ad taxam deuenire, quæ per eundem Clericum Præsidentem Viarum, subscribi debeat, ultra Magistrorum Deputatorum & Electorum subscriptionem. In prima autem Congregatione, Depositarius unus de interesse habentibus, vel aliis Congregationi beneficiis, eligatur; penes quem pecunia & exigenda deponantur, quæ non aliter per ipsum Depositarium soluantur, quam de mandato Magistrorum, subscripto ab eodem Clerico Præidente Viarum, & ab uno alio ex Deputatis ab interesse habentibus, qui notam, seu rincontrum retinere teneatur. Depositarius vero aliter soluens, de suo soluisse intelligatur. Ante tamen quam opus faciendum locetur, capitula ab ipso Architectore fiant, confirmata ab dictis duobus Deputatis à Populo, & à duobus aliis electis ab interesse

interesse habentibus, in quibus contineatur qualitas & quantitas operis, forma, & ex qua materia opus faciendum sit. Quo facto ponantur edicta in scriptis, affixa in viis, plateis, & compitis capitula prædicta continentia, ad hoc ut Redemptores operum concurrent possint, qui oblationes per schedulas clausas & sigillatas, Notario exhibeant: quibus diligenter viis, prædicti Magistri, Deputati, & Electi, illi opus faciendum locent, qui meliori conditione obtulerit, dum tamen idonee caueat se opus prædictum iuxta Capitulorum formam perfecturum.

Caveant autem Depositarij, quicumque erunt, necnon Magistri, Deputati, & Electi, ne pecunias ad unum opus paratas, in aliud etiam simile vertant, aut solui mandent; scientes si contrafecerint, se de suo in solidum restituuros.

Si qua loca ex directionibus Viarum, aut alias vacua remanebunt, quæ vicinis aut aliis concedi possint, aut si qua clementia, lapides, ligna, tegulae, lateres, marinora, columnæ, aut similia, necnon & ferramenta omnia ex ruinis faciebant, supererunt: Ea omnino bona fide plus offerenti vendantur, & pretium in opere faciendo, ad exonerationem interesse habentium conuertatur: ita ut de pretio extrahendo prius Dominis olim loci diruti (si ipsi maluerint) satisfiat, & nullatenus commodo Magistrorum cedat. Architectoris vero merces ex pecuniis conferendis soluatut.

In venditione antem locorum prædictorum, Vicini omnino ceteris præferantur. Sed et si loca aliqua ante publica, ex viarum directionibus aut constructionibus vacua remaneant, quæ per se vel ad ædificandum, aut ad collendum utilia sint: illa plus offerenti vendantur. Vicinus tamen ceteris pro eodem pretio præferatur. Vbi vero ita angusta sunt, vel ex quavis alia causa, alias quam Vicinis inutilia: tunc ut decori publico consulatur, cogantur Vicini pro modo Regionum illa emere, pretio per duos Peritos extimando: quod conuerti debeat ut supra.

Pecunia omnes quæ tam à Plaustrariis siue Carresteriis, quam ex Apothecis Artificum siue negotiatorum ab ipsis Magistris viarum exiguntur, in aliam causam quam in viarum purgationem nullatenus conuerti possint: excepta tertia parte pecuniarum, quæ à Carresteriis exiguntur, quam in partem emolumenterum officij sibi retinere possint.

Insuper quoties vias lapidibus aut lateribus siue silicibus aut similibus sterni contigerit, teneantur Magistri per octo dies ad minus antequam opus aggreditantur, Dominis domorum, aut illis qui pensiones illarum exigunt, necnon & Inquilinis per mandatarium Curiæ cum dimissione schedulæ in scriptis, iuxta formam supra traditam denunciate quid in illa via facere intendant, ut veniant, & causam (si quain habent) rationabilem allegent, cur id fieri non debeat: Et si ipsi per se opus designatum facere voluerint, illud intra tempus competens per magistros assignandum facere debeant: quo elapso, illis non impletibus, magistri ipsi opus huiusmodi facere & prosequi possint.

Curent autem magistri ut Fabri murarij in viis sternendis, neque de nocte operentur, neque veteres lateres & diminutos, nouis immisceant, sed summo per studeant

re studeant, ut opus lateritium nouis lateribus bene coctis: & tam ipsum lateritium, quam silicium, & cuiuscumque alterius generis, optima calce & arena bene commixta atque subacta conficiatur: alioqui eosdem ad opus de integro suis sumptibus faciendum cogant, & in pœnam aureorum Decem, in quolibet casum præmissorum condemnent: cuius pœna pars tertia accusatori, seu secreto denunciatori (etiam si operis particeps esset) reliquum locis piis applicetur.

Præterea nullo modo permittant letamina aut immundicias in vias, Plateas aut loca quæcumque intra mœnia Vrbis prolixi, aut proiectas à quoquam retineri, aut vias publicas siue vicinales à quoquam claudi aut occupari, sed clausas, aut occupatas illico aperiti mandent: sed & illud prohibeant ne per vias & Plateas Vrbis (præsertim vero tempore æstiuo) aliqui ignes maxime rerum malevolentium fiant: alioqui contravenientes in quolibet casum prædictorum, ad pœnam aureorum Decem plus, minus eorum arbitrio, iuxta facti & personarum qualitatem, applicandam ut supra, condemnent, & ad eam soluendam cogant. In quibus omnibus casibus, si in condemnando & exequendo negligentes fuerint, de suo soluere in syndicatu teneantur.

Postremo magistri viarum & submagistri omnino caueant ne à Fabris murariis, quibus ex quacumque materia, & in quacumque forma, vias siue Plateas, intra vel extra Vrbem sternendas, locant, seu sternendi facultatem concedunt, aliquid villo modo sub quoquis pretestu aut colore, per se ipsis aut interpositas personas, etiam si esculentæ & poculenta sint, accipiant; ipsique Fabrimurarij ne dent aut promittant: alioqui tam ipse dans & promittens, quam ipsi magistri & submagistri pœnam aureorum centum vice qualibet incurvant. Et insuper iidem magistri & submagistri de hoc ipso etiam in syndicatu condemnari debeant. Ad accusandum autem tam dantes & promittentes quam recipientes, ipsi etiam Fabrimurarij qui dederunt vel promiserunt admitti possint: & si plures sint huius criminis socij, qui ex eis accusando seu deferendo præuenerit, & probauerit, impunitatem consequatur; & nihilominus tertiam partem pœnae lucretur. Qui vero ex Fabris murariis condemnati, pœnam intra mensem non soluerint, fustibus per Vrbem cæsi, in exilium mittantur. De præmissis quoque, durante etiam magistrorum officio, ab Illustrissimo & Reuerendissimo S. R. E. Camerario, siue Reuerendo Clerico Cameræ Apostolicæ Viarum Præsidente, cognosci possit.

De Officio Magistrorum Iustiuariorum. Cap. XL.

M agistrorum Iustiuariorum iurisdictio, sit & esse intelligatur circa lites, quæstiones, & differentias, quæ inter vicinos oriuntur de sepibus, foueis, siue fossatis, limitibus, viis vicinalibus, seruitutibus actus, itineris, vel viæ, vinearum & arundinetorum existentium intra vel extra Vrbem cum annexis, & dependentibus à prædictis, & de furtis & dannis datis in vineis, & arundinetis prædictis, vel illis annexis, & non aliâs; nec de rebus aliis. In his autem

autem casibus summarie, simpliciter, & de^e plano, sola facti veritate inspecta, procedere & cognoscere possint, & debeant; & ab eis ad Capitanum appellationum appelletur, ipsorumque Assessor, & Notarius taxam mercatum infra describendam, ut alij Capitolini, seruare teneantur.

Statuta eis tradita, sive edita per eos emitenda, & in fine huius voluminis scripta, in uiolabilitate obseruare teneantur: quoties contrauenerint, poenam viginti quinque aureorum incurvant, pro tertia Accusatori, & pro reliquis partibus Palatio Conseruatorum applicandam. Et eorum officio finito, tam ipsi quam eorum Assessor, & Notarius per Syndicos Senatoris & Iudicium ex busula pro tempore extrahendos syndicentur.

Licentiam vendendi per Vrbem, aut in apothecis, vel plateis vias escarias ut Apianum, sive muscatellum, Gattolacum, Dactilitem sive Corneam, aut Corinthiam, sive Pastrinam, neque aliam vuarum speciem ad comedendum sine expresso voto Conseruatorum alicui concedere non valeant: ut iuxta qualitatem annorum, & temporum, saluti corporum, & vini ybertati consulatur.

Pro dannis datis in Vineis, Arundinetis Sepibusque earumdem, & Terrulis illis annexis, quos Sodos vocant, sepibus tamen seu fossatis vel muris circum datis, & à Dominis custoditis tam pro interesse Dominorum dictorum locorum, quam pro pena in eorum editis comminata, non nisi ad querelam Dominorum dictorum locorum procedere possint, exceptis furtis factis in Vineis & Cannetis à Dominis custoditis: in quibus furtis etiam ex eorum officio procedere possint: in aliis vero locis non custoditis nullatenus procedant: si contrafecerint, processus per eos formandus irritus sit, poenamque aureorum Quinquaginta incurvant, partique ad restitutionem damnorum & interesse teneantur.

Pro licentiis in scriptis, iuxta memoratorum editorum formam, ab eis dandis & concedendis Pomariis seu Fructarolis, aut quibuscumque aliis vendendi fructus & poma quocumque aut vias cuiuscumque generis maturas, vel acerbas (quas Agrestam dicimus) & pro portandis ad vendendum in publicis Plateis seu certis emptoribus Arbores fructiferas vel insitas, vel etiam pro licentiis eundi & redeundi ad pascendum Caprariis dandis, nihil omnino recipere possint; sed illas, quo ad fructus poma, vias & Arbores praedictas, omnibus habentibus licentiam à Dominis prediorum unde illas afferunt, vel à Rectoribus locorum unde illas extrahunt, si Aduenæ sint gratis & sine aliqua solutione omni mora postposita dare teneantur, quod si aliquid receperint, aut præmissis quovis modo contrauenerint, ad restitutionem dupli teneantur, & poenam viginti quinque aureorum, toties quoties contrafecerint, incurvant, & de his etiam in syndicatu rationem reddere & syndicari debeant per Syndicatores praedictos.

In penis per eos in eorum editis contra transgressores imponendas & comminandas, non possint metu viginti quinque ducatorum de carenis excedere: quarum tertia pars accusatori vel denunciatori, tertia eorum officio, & reliqua fabricæ Palatij Conseruatorum applicetur. Quicquid fecerint, irritum sit & inane.

Notarius

Notarius ipsorum Magistrorum (ut omnis fraudis suspicio cesseret) denunciations, accusations sive querelas omnes in uno libro apte, composito & paginis numeratis, statim cum deferuntur, describere debeat, & in cuiusque margine casationes sive abolitiones vel condemnations cum Die & causa adnotare.

Item in alio libro similiter composito Testium dicta & depositiones, separatum tamen quæ ad Ciulia, ab his quæ ad Criminalia negotia pertinent, describere & adnotare debeat, & nullatenus in foliis seu chartis dissolutis, alijs in quolibet casuum praedictorum pena Ducatorum aut Decem incurrat, & partibus ad interesse teneatur.

Scripturas omnes successori in officio per inuentarium consignare teneatur: ipse vero successor inuentarij huiusmodi copiam authenticam in Archivio Romani Populi reponere debeat: qui contrafecerit, poenam supradictam incurrat, & partibus ad interesse pro deficientibus vel desperditis scripturis ut supra teneatur.

De Arte Bobatteriorum. Cap. XL I.

Antiqua & nobilis Ars Agricultura, seu Bobatteriorum in suo robore magnat, liceatque hominibus de dicta arte condere Statuta, prout haec tenus consueverunt, & prout illa nunc habent etiam à summis Pontificibus confirmata, quæ & obseruare teneantur, ac Senator in exequendis editis, mandatis, & sententiis ab eis latis, auxilium & fauorem praestare teneatur.

De Consulibus artium. Cap. XL II.

Quodlibet Mercatorum Artificum & Negotiatorum licitum collegium duos Consules, unum Camerarium, & unum Notarium habere debeat: qui Consules & Camerarius de ipso collegio esse debeant, & sint Apothecarum domini, vel socij in capite: Ipsique Consules plenam potestatem cognoscendi & terminandi omnes questiones causarum ciuilium, vertentes tantummodo inter ipsos homines de arte, & de rebus spectantibus ad ipsam artem, super quibus ad eos recursum fuerit: & nullum qui de dicta arte non sit, & de re quæ non sit de eadem arte, ad litigandum coram ipsis, cogere possint; illæ autem hoc casu intelligantur artes, quæ fuerint artium capitata, membra autem sub capitibus contineantur.

De Statutis Artificum Senatori & Conseruatoribus exhibendis. Caput XL III.

Consules Mercatorum & aliarum omnium Artium, statuta eorum cum primum ea fecerint, & deinceps in fine cuiuslibet quinquennij Senatori, & Conseruatoribus approbanda exhibere teneantur; & illis ante eorum approbationem minime vti possint. Quæ autem ab eisdē Senator & Conseruatorib.

T appro.

approbata fuerint, pro approbatis habeantur. Dum tamen sint licita & honesta, & non sint in detrimentum reipublicæ, seu contra præsentia Vrbis statuta, & Monopolium non contineant: quod in ipsa approbatione exprimi debat. Iis vero casibus, etiam si expresse approbata essent, nolumus aliquo modo valere, nec eis vti posse.

Cassamus autem & abolemus, & pro cassis & abolitis habeti volumus omnia & quæcumque statuta suprascriptorum omnium Artificum, tam facta quam facienda, in quibus quoquo modo Consules seu Camerarius earumdem artium, ex quacumque causa facultatem imponendi aut exigendi collectam, aut quamvis aliam solutionem, ab hominibus & famulis dictæ artis, habebant vel habent.

Quod si forte aliquando vrgens necessitas collectas aut taxas huiusmodi imponendi immineat, non alio quam sequenti ordine imponi aut exigi posse mandamus. In primis vocentur omnes & singuli de vniuersitate seu arte, quibus huiusmodi impositio facienda est, per Mandatarium in scriptis, pro certa die & hora & loco, expresa etiam causa, pro qua vocantur personaliter, si reperiri poterint: si autem dimissa schedula in manibus domesticorum, quibus conuocatis, assistente Deputato à Conseruatoribus, causa necessitatis exprimatur, & si duæ tertiae partes venientium, id opportunum aut necessarium fore censuerint: tunc ad Conseruatores eatur, vt statim dicetur: confessus autem per vota secreta, nempe per pillulas vel fabas, per Notarium dictæ artis, assistentibus tribus aut quattuor ab ipsa vniuersitate eligendis, vt fraudi locus non relinquatur, colligi debeat, quo factio negotium ad Conseruatores deferatur: Qui de causa, an legitima sit, conuocatis Capitibus Regionum & secreto Consilio, cognoscant, & si à dicto Consilio approbata fuerit, deputetur ab ipsa Vniuersitate Depositarius, qui dictas pecunias recipiat, & de exactis & expensis rationem reddat, tam ipsi Vniuersitatî, quam Conseruatoribus, siue uni Nobili ab eis deputando, nec in aliam causam expensum admittatur, quam in eam, quæ ab initio fuerat proposita & approbata. Qui in præmissis aut eorum aliquo contrauanerit, pœnam quinquaginta aureorum, fabricæ Palatij Conseruatorum applicandam incurrat, & duplum parti restituat.

Item prohibemus dictis Consulibus & Vniuersitatibus, ne pro matriculandis aut approbandis magistris, seu pro danda facultate exercendi artem quamcumque, audeant vel præsumant quicquam, publice vel occulte ab examinando vel approbando recipere, aut exigere: sed habiles statim cum eos habiles repererint (vbi Ars peritiam requirit) admittant: si contrafecerint pœnam viginti quinque aureorum vt supra applicandam incurrant, duplumq; læso restituant. Notario tamen licere volumus pro fide & matricula, vsque ad duos Iulios & non ultra à quolibet recipere, sub pœna predicta.

Cassamus item & irritamus quæcumque statuta predicta, per quæ pœnæ, aut penarum pars Consulibus, Camerario aut Notario applicantur: sed eas omnes locis piis, & ad plium vsum applicari volumus. Qui contrafecerit, pœnam predictam, vt supra applicandam, incurrat.

Cassamus pariter & annulamus omnia eorum statuta, quæ prohibent opus coepitum

ptum ab uno magistro, alium prosequi aut explere posse, primo inuitio, aut antequam primo sit satisfactum. Qui contrafacere ausus fuerit, eamdem pœnam vt supra applicandam incurrat.

Item & omnia statuta, quæ prohibent nouam apothecam aperiri prope aliam, nisi distet ab ea certo cannarum numero vel spatio, similiter cassamus & improbamus. Qui contra tentare ausus fuerit, pœnam prædictam, vt supra applicandam incurrat.

Ut Officiales Artium sint Annales. Cap. XLIII.

Consules & Camerarij artium, metam anni in eorum officiis excedere non possint, nullusque ad dicta officia eligi debeat, nisi eam artem per annum ad minus publice exercuerit; nec vllus elapsò anno confirmari, aut de novo ad dicta officia, nisi biennium intercesserit, eligi possit.

Ubi ius dicant Consules Artium. Cap. XLV.

Consules Artium, ius dicant in Porticu Palatij Conseruatorū, & in locis sibi assignatis, vel assignandis: nullique eorum licet in propriis domibus ius dicere, nec alibi quam in proprio Tribunalí, Notarius vlo modo illis assistat; alioqui acta sint irrita, & tam ipsi quam Notarius pœnam aureorum decem vice qualibet incurrant.

De Ponderibus. Cap. XLVI.

Mnes Mercatores, Artifices, & negotiatores Vrbis, & quiuis alij, qui ad pondus vendunt, aut permutant, ad appendendum omnia quæ ad vsum humanum necessaria fuerint, aut quomodolibet opportuna, vna eademque libra (nempe vniarum duodecim) vti debeant: quæ libra siue lancibus appendatur, Singula pondera, siue Statera ipsum marcum solito signo Dohanneriorum signata sint; dictumque signum bis in anno renouetur: Isidē autem ponderibus, quibus in Vrbe Ciuitates omnes oppida & Castra, de districtu vti debeant, licet illorum signa renouare non teneantur in Dohana.

Lanij, Pistores, Salsamentarij, Piscarij, Pomarij, & reliqui omnes Artifices, & Negotiatores, & demum omnes qui ad pondus vendunt, dum in eorum domibus, apothecis siue apothecarum scannis, seu mensis aut in lapidibus vendunt; pensiles stateras cum sustinente annulo habere debeant: & omnes qui volunt ad maiora pondera vendere, maiores stateras habere debeant; stateræ autem maiores ad huiusmodi maiora pondera appendenda quatuor libras pro centenario librarum emptori plus tribuant. Qui in aliquo ex præmissis contrafecerit, & quoties, pœnam aureorum viginti quinque incurrat.

Extraordinarij maiores etiam de prædictis inquirere possint, & quo scumque etiam quo quis priuilegio se exemptos esse prætendentes, visitare, & si pondera non æqua aut imminuta, vel non signata, aut alias vitium, vel fraudem

sive in ponderibus, sive lanchibus, sive in stateris deprehenderint maiori Gabellario sive aliis, ad quos de huiusmodi re inuenta pertinet, deferant, & poena tertiam partem lucentur.

Muliones, ceterique vectores foeni, dum nouum foenum ad Vrbem portant, salmas minoris ponderis librarum trecentarum, demptis retibus, & funiculis, ferre non possint: alioqui foenum & animalia illud vehentia amittant, si sua sint; sin minus, tribus funis ictibus poena plectantur: Nec eis licet aliquam foeni vel paleae portionem, sibi facere vel assumere, sed totum sit Domini: alioqui poenam aureorum duorum vice qualibet, & pro unaquaque salma incurrit.

De Mensuris. Cap. XLVII.

Rublitella (quaer Rubli dimidia pars est) frumenti, hordei, leguminum, & similiū, qua in Vrbe vtimur, & cuius marmorea mensura in Capitolio conseruatur, omnes Ciuitates, Castra, & loca de districtu Vrbis etiam forte exempta, in vendendo, & emendo vti debeant: qui contrafecerit; si Ciuitas, ducentorum; si Castrum vel Terra, centum; si particularis persona, quinquaginta aureorum poenam incurrit.

Calcis quoque & salis Rublitellæ iustæ esse debeant, secundum marinoreas formulas, quæ in Capitolio seruantur; quæ quidem Rublitellæ omnes tam frumenti & aliarum rerum, quam etiam calcis sigillo Dohanæ; salis vero Cameræ Apostolicæ & Populi Romani sigillis signatae esse debeant: alioqui illis in vendendo vtens, poenam viginti quinque aureorum incurrit, & damnū parti læse refarciat: Calcis autem mensuratores per Conseruatores debeant approbari. Congitellæ, quæ Congij dimidia pars est, tam vini quam olei, sint exactæ mensuræ cum illis marmoreis, quæ in Capitolio seruantur, & debeant esse vt supra per Dohanerios signatae, sub poena predicta. Quibus congitteris tam Ciues & Incole Vrbis, quam Ciuitates, Terræ, & Castra predicta, in vendendo & emendo vti debeant: qui contrafecerint, poenam de qua supra in Rublitella diximus incurrit.

Salma vini, est congitterum viginti quatuor, & cum quilibet congittella consistat ex petitis sive buccalibus quatuor, erit salma cadorum seu barrilium trium: vnumquodque vero barrile est buccalium triginta duorum; salma autem musti est congitterum viginti sex.

Nullus qui vinum aut oleum, frumentum, hordeum, aut quævis alia vendit ad mensuram, alia mensura vti possit, quam signata sigillo Dohanæ, quod debet singulis sex mensibus renouari: qui contrafecerit, poenam de qua in capitulis Gabellarij maioris, incurrit.

Barrilarij omnes Phalangarij, seu Fachini & alij quicumque, qui barrilibus vtuntur, ac etiam illi, qui in vindemiis mustum deferunt, barrilia iuste mensuræ habere debeant, & signata sigillo Dohanæ; alioqui poenam aureorum viginti quinque quoties contrauenerint, incurrit. Liceat tamen Mulionibus, & aliis qui vinum à conuininis ciuitatibus, terris & locis ad Vrbem ad usum particularium personarum, & non pro mercimoniiis sive Magazzenis adue-

hunc,

hunc pro vecturæ utilitate, barrilibus maioris mensuræ vti; non tamen minoris, quibus maioribus sigillum prædictum adhibere non oportet.

Tabernarij, ceteriq. omnes, qui vinum minutatim vendunt, has mensuras in eorum tabernis signatas sigillo Dohanæ habere debeant. Videlicet Petrum sive Buccale, Medium, quod est, Buccalis dimidia pars, Foliettam, quæ est Buccalis pars quarta, & semifoliettam; quarum mensurarum valua sunt angusto ore & modicum rostrata, iuxta eorum formas æneas, signo Populi Romani impressas, Dohaneris tradendas, alioqui poenam incurrit in Constitutionibus maioris Gabellarij expressam: qui vero semifolietta caruerit, aut cum ea vendere recusauerit, poenam aureorum quinque vice qualibet incurrit.

Olearij, qui oleum minutum vendendum per Vrbem deférunt, teneantur secum non solum Medium, sed Foliettam quoque oleariam, solito signo signatam, perferre, & cum ea potentibus vendere; alioqui aureorum quinque vice qualibet poenam mulctentur.

Aquarij, qui aquam per Vrbem vendendam afferunt, habere debeant cupas sive cupellas mensuræ ad minus quartæ partis barrilis, ita vt sint singulæ buccalium octo, quæ debeant esse signatae signo Magistri, qui eas confecerit; alioqui ipsi Aquarij cupas perdant, & duorum aureorum poena mulctentur: quod si signatae signo Magistrorum, minoris mensuræ repertæ fuerint, poena Magistro duplacet, & nihilominus Aquarius puniatur, vt supra.

Puteolanarij, sive Arenarij puteolanam in bigontiis deferentes, habeant bigontios signatos sigillo Romani Populi, gratis per Conseruatores imprimedos, vt sint iustæ mensuræ: Deferentes autem eam in fassis, debeant haberæ fassis iustæ mensuræ, nempe longitudinis palmorum sex, & latitudinis palmonum duorum: qui facci debeat esse signo domini ipsorum signati; alioqui facos & bigontios amittant, & poenam aureorum decem vice qualibet incurrit.

Cuparij, sive Fabrilignarij, qui barrilia cupas aquarias, & bigontios arenarios faciunt, ea iustæ mensuræ, aut maioris fabricare teneantur, in his autem nullo modo conficiant. Cum primum vero huiusmodi vasa perficerint eorum proprio sigillo, quod sibi quisque elegerit ignito in tympanis vel lateribus signare teneantur. Formam autem sigilli prædicti cum eo vti voluerint, singuli Notario Cameræ Vrbis, qui illam custodiendam gratis recipiet, deferre debeat: Qui contrafecerit, amittat omnia vasa, quæ in eius apotheca non signata, aut minoris mensuræ reperientur, & poenam aureorum quinque vice qualibet incurrit.

De vendentibus rem pro re. Cap. XLVIII.

Mercatores & Artifices & Negotiatores omnes, cuiuscumque conditionis existant, teneantur omnia eorum mercimonia, res & bona tam simplia, quam composita, ad usum humanum quoquo modo pertinentia, pro his quæ vere sunt, & non unam pro alia vendere: Exprimendo poscentibus præsertim ipsorum rerum existentiam, qualitatem, & loca ynde sint: si fecerint,

fecerint, bona vendita amittant, & pretium emptori restituant, & falsi pœnam incurant, & per eos ad quos spectat puniantur, & pœna tertia pars accusatori applicetur.

De Nundinis & ordine in eis seruando.

Cap. XLIX.

CVm singulis diebus Mercurij, si dies ipsa feriata non sit; alioqui die præcedenti Nundinæ in Platea Agonis fiant, & in ea Artificibus & negotiatoribus pro omnium commoditate certa loca assignata fuerint: Nihilominus quia crescente hominum cupiditate Artifices & Negotiatores, qui Annonam tractant inter aduenas, qui ad Vrbem pro die nundinarum annonam afferunt, se immiscentes, & discurrentes in emendis pullis, auibus, ouis, pomis, malis, pyris, nucibus, vuis, ficibus, castaneis, alliis, cepis, leguminibus & aliis fructibus & frugibus similibusque rebus ad annonam spectantibus, multas fraudes, in Ciuium emere volentium damnum adhibere comperti sunt: Hac præsenti constitutione cauetur, vt habitatores Vrbis, qui in his vendendis versantur, Pullarij seu Pullaroli, Pomarij seu Fructaroli, & Salsamentarij sive Pizzicaroli, quiq[ue] in dicta nundinarum die, & alia illam præcedente ab aduenis emere prohibiti sunt, habeant & habere debeat in dicto Agonis foro, locum vnum ab aduenis qui prædicta ad vendendum in foro afferunt, omnino separatum: Ita vt inter aduenias prædictos, & istos vrbicos pullarios, pomarios, & salsamentarios omnino intermedij existant calceolarij, sarcotores, sive pelamantellarij, aut merciarij, aliquie Vrbis artifices minime annonam tractantes: Nullusque ex aduenis prædictis annonam afferentibus, possit inter eosdem vrbicos annarios nec vrbici annonarij inter illos, dicta die nundinarum durante, discurrere vel manere. Qui contrafecerint, amittant bona quæ emerint, & pœnam decem aureorum incurant, minuendam, & augendam Conseruatorum arbitrio, pro rerum & personarum qualitate.

Nec etiam liceat iis negotiatoribus, qui linum aut canabim in vrbe vendunt, dicta die nundinarum, & eam præcedente, emere in Vrbe linum aut canabim ab his qui linum, aut canabim pro nundinis vendendum afferunt: debeatque & ipsi eodem die nundinarum permanere in loco omnino separato ab aduenis linum vendentibus, & inter eos non conuersari, vt de pullariis, & aliis proxime dictum est; alioqui bona, quæ emerint, amittant, & pœnam prædictam incurant.

Nullus hospes aut tabernarius, qui habeat prope suum hospitiū seu tabernam, domos aut apothecas pullariorum, distantes minori spatio cannarum quinq[ue] quaginta, possit die martis vel die lunæ, hospitari & recipere muliones, aut alios aduehentes ad Vrbem pullos, aut oua; alioqui pœna aureorum decem vice qualibet salma puniatur.

De

De non emendo in locis prohibitis. Cap. L.

NVII liceat in Vrbis districtu linū emere ad effectum illud minutatim vendendi in Vrbe, nullique macellario, pollario, pomario, pizzicarolo aut cuius negociatori, seu venalitario liceat quæ ad annonam pertinent emere, nisi in locis deputatis, & publicis plateis ac diebus permisis, nec quoquo modo intra vel extra Vrbem obuiam ire iis, qui ad Vrbem afferunt annonam, nulli quoq[ue] ciui liceat extra vel intra Vrbis mœnia obuiam ire afferentibus frumentum, hordeum, auenam, aut similia, etiam si pro vsu proprio illa emere voluerit. Qui secus fecerit, bona quæ emerit, amittat, & pœnam aureorum decem quoties contrafecerit, incurrat; quam si infra dies octo non soluerit per Vrbem fustigetur, aut alijs Conseruatorum arbitrio persone & facti qualitate pensata puniatur.

De frumento & hordeo in Platea Campi Flora vendendo. Cap. LI.

NVIII furnarius, neque ientacularius, sive ciambellarius, nec etiam vermicellarius, audeat vel præsumat per se vel alium frumentum in platea Campi Flora quoquo modo emere: qui contrafecerit frumentum amittat, & pœnam aureorum viginti quinque persoluat.

Phalangariis, nullo modo liceat inter frumenti, hordei & aliorum similiū, aut leguminum venditores & saccos discurrere; neque se in paciscendo inter venditorem & emptorem quoquo modo intromittere, nec saccis, aut vendoribus propriis accedere, nisi forte ad mensurandum, vel portandum vocentur: alioqui pœnam aureorum quinque eorum quisque incurrat, quam si non soluerit intra octo dies, fustigetur per eandem Plateam causa inscripta.

Qui in platea prædicta annonæ curam gerunt, Commissarij appellati, nec non & Phalangarij, si ipsi pro aliis de frumentis, ordeis, aut his similibus cum vendoribus paciscantur, pœna vigintiquinque aureorum per eos ad quos spectat, mulcentur.

Videntes hordeum, auenam, fabas & alia similia, qui in eadem platea dominos, vel apothecas habent, omnino caueant, ne adueni frumentum, hordeum, aut similia in eorum dominis vel apothecis reponant: alioqui si illa recipierint pœnam aureorum decem vice qualibet incurant.

Quod Riparum merces ante triduum per negotiatores non emantur. Cap. LI.

Antiquum Riparum morem renouantes, statuimus, vt non liceat venalitiae riis seu reuendoribus & negotiatoribus quibusvis, & iis omnibus, qui ad effectum

effectum minutatim reuendendi emunt, ante triduum postquam merces quæcumque in portibus seu Ripis superioribus & inferioribus applicuerint, emere aut de illis quoquo modo pacisci, vt ciues illis indigentes ab ipsis Mercatoribus interim emere possint: qui contrafecerit, bona quæ emerit, amittat, & penam aureorum vigintquinque incurrat, cuius pars tertia accusatori applicetur.

*De Monopolio.**Cap. LIII.*

Monopolia omnia, tam in Vrbe quam extra Vrbem, rerum ad Vrbem afferendarum per quadraginta milliaria prohibita sint; & qui ea fecerint, seuerissime etiam per Conseruatores puniri possint.

*Quod Annona ad Urbem libere deferri posset.**Cap. LIV.*

NVlla Ciuitas, Oppidum aut castrum districtus Vrbis, nullusque Baro, Domicellus, Oppidorum, Castrorumve Dominus: nullique Rectores aut Gubernatores locorum prædictorum, quouis prætextu, aut quæsito colore, vel priuilegio, audeant, vel præsumant etiam suos Ciues oppidanos, & vassallos, volentes ferre ad Vrbem annonam, quouis modo publice vel occulte, tacite vel expresse, direcete vel indirecete, dicto, vel facto prohibere, inhibere, aut impedire: qui contrafecerit; si Ciuitas sit, aurorum quingentorum; si oppidum, Castrum, Communitas, aut Baro, trecentorum; si particularis persona, centum aureorum penam incurrat: & de prædictis Senator inquirete neatur, & credatur dicto accusantis, vel denuntiantis cum tribus testibus de fama publica deponentibus.

*Ut nullus in districtu Vettigal aut Pedagium exigitur.**Cap. LV.*

NVlla persona, nullusq. Romanus Ciuis, aut eius vassalus audeat, vel præsumat in Vrbis districtu, Mercatores cū mercibus & animalibus ad annonam, seu grasciæ spectatibus ad Vrbem venientes, siue per terram, siue per aquam quouis quæsito colore, aut prætextu impedit, nec ab eis aliquam aliam gabellam, pedagium, aut vettigal extorquere, vel piscium, animalium aut aliarum rerum partem petere; sed sint liberi & immunes, dummodo dohanam in Vrbe solui solitam persoluant: per hoc tamen nolumus fieri præjudicium Romanis Ciubus, qui ab antiquo consueuerunt pisces, & aues habere, de quibusdam piscibus, & avibus, quæ ad Vrbem affectantur.

De

De Ciuium Romanorum immunitate. Cap. LV.

Ciues Romani habentes possessiones, terras, domos, seu casalia in Territorii seu tenimentis alicuius Ciuitatis, Oppidi, vel Castrorum districtu: & etiam illi qui habent possessiones in Ciuitate Tyburtina, & eius tenimento, liberi sint & immunes ab omni data, collecta & impositione, quæ fierent per dictas ciuitates & loca, nec ad contribuendum directe aut indirecte cogi possint; præterquam pro collecta mille florenorum auri: quæ Ciuitas Tiburtina soluit, & si statuerent contra bona ipsorum Ciuium, vt forte possessiones eorum non laborarentur, vel quid tale, ad emendationem daninorum tencantur, & penam ducentorum aureorum incurrant.

Liceatque Romanis omnibus habentibus terras, & possessiones, in Ciuitatibus, Oppidis & Castris districtus Vrbis, vinum, frumentum, hordeum, leguminæ, oleum, linum, canabim, & omnes alias fruges & fructus, quos collegerint in eorum possessionibus, quæ in dictis locis habent, vel habuerint, ad Vrbem portare libere, & sine aliqua solutione vel Gabella, & possint & debeant in libertate manere; quod etiam procedere volumus in illis, qui habent laboreria in locis & terris prædictis, vt liceat eis sine aliqua solutione & molestia fructus per eos recollectos libere extrahere, & ad Vrbem portare; & quod Domini dictorum locorum, seu quæcumque aliæ Communitates, non impediant Ciues Romanos prædictos, quo minus prædicta libere faciant: qui contrafecerit, penam quingentorum aureorum incurrat, de quo per Senatorem inquiri debeat, & credatur accusatori, vel denunciatori cum dicto vnius testis.

Possint quoque Romanj ciues in toto Vrbis districtu, & à Monte alto & Terracina atque locis interiacentibus libere quæcumque merces extrahere, vt ad Vrbem afferant, & pro præmissis nullum ab eis extra Vrbem pedagium, aut quid aliud exigatur: qui contrafecerit, si Ciuitas, Oppidum aut Castrum vel Baro fuerit, penam quingentorum aureorum; si priuatus; ducentorum incurrat, & damnum parti læse refaciatur, de quo stetutur iuramento damnum pauci, cum vnius idonei testis probatione.

Nulla pariter Ciuitas, Oppidum, Castrum, Baro Domicellus, Communitas aut quiuis aliis de districtu Vrbis, vel Romanus ciuis, audeat vel præsumat, Romanos ciues siue eorum famulos & agentes, per eorum Ciuitates, Oppida Castra & loca, cum mercionibus, animalibus, annonæ seu grasciæ siue aliis quibus suis bonis ipsis Romanj ciuis transfeutes, impedit, aut ab eis aliquod passagium, pedagium, vel portaragium, vel aliquod aliud quouis nomine, aut modo petere vel exigere, aut peti vel exigi facere; sed ipsos & eorum nuntios cum mercionibus, animalibus, grasciæ, & aliis eorum bonis libere transire permittant: Qui contrafecerint, penam incident in proximo prædente Statuto impositam, & damnum parti læse refaciatur, de quibus Senator inquiret teneatur, & credatur de damno, & contraventione, iuramento damnum pauci, vel accusantis, aut denunciantis cum vnius testis probacione.

V

Quando

*Quando aduenæ Ciuium Romanorum Priuilegio vti posint.
Cap. LVII.*

NVllus Aduena siue forensis habens priuilegium ciuitatis, habeatur, vel reputetur pro ciue, ad hoc vt ciuium Romanorum priuilegio quo ad Gabellam Dohanæ Pecudum vti frui possit, nisi habeat donum in Vrbe, & vineam prope Romam infra quinque milliaria, & habitet per tres partes anni in Vrbe cum sua familia.

Illi Mercatores, Aduenæ siue forenses intelligantur ciues Romani, qui habuerint in Vrbe maiorem partem rerum mobilium & immobilium, domum & habitationem continuo in ea, cum eorum familia (quando eam habent) & tunc excusentur vt Mercatores, & Ciues Romani, de propriis rebus & mercimoniis, & non de alienis: Priuilegio autem ciuitatis, quo gaudere debet Ciuis, non possit excusari socius, vel aliqua alia persona, quæ esset extra familiam ipsius Ciuis: Familiae vero nomine intelligantur commensales, & omnes qui sunt in eadem domo ad omnes expensas ipsius Ciuis, siue Parentis familias.

Ut Romani Ciues, etiam delinquentes in districtu ad Senatorem remittantur. Cap. LVIII.

NVllus Ciuis Romanus ratione possessionis aliquorum bonorum, etiam mobilium, vel se mouentium, quæ habeat in aliqua Ciuitate, Oppido, vel Castro, de districtu, possit in dictis Ciuitate, Oppido, vel Castro aliquo modo cogi, aut conueniri: sed si quis ab eo aliquid prætendit, etiam dictorum bonorum occasione, debeat eum coram Vrbis Senatore conuenire. Qui contrafecerit, penam quingentorum ducatorum Cameræ Vrbis applicandam ipso iure incurrat. Nullaque Ciuitas, Oppidum, vel Castrum siue Baro, & Domicellus Romanus de Vrbis districtu, etiam si merum & mixtum imperium habeat, & gladij potestatem, audeat vel præsumat in aliquem Romanum ciuem etiam ratione cuiusvis delicti, in eorum tenimentis commissi animaduertere, vel ipsum quoquo modo punire: sed tantum possint, & debeant ipsum delinquentem capere, & captum Senatori transmittere, qui in eum pro facti qualitate animaduertat.

De Iuramento per Barones præstanto. Cap. LIX.

Quoniam in antiquis Vrbis Statutis sub Rubrica prædicta ita cautum erat: Videlicet, Omnes de utraque domo Vrbinorum, & Columnensium, & omnes de domo Annibaldorum, & omnes de domo Domini Odonis de sancto Eustachio, & omnes de domo domini Petri de Genazzano, & omnes de domo Albertinorum, & domini Petri Romani, & omnes de domo Sabellensium, & de domo de Comite, & omnes de domo Capocino-

cinorum, & dominus Petrus Gaietanus, & eius filij, & alij secundum quod in Camera inueniuntur, teneantur iurare in consilio generali coram Senatore non receptare aliquos diffidatos, homicidas, fallitos, falsarios, exules, aut infames personas, in domibus, & fortelliis eorum, & curare, & facere, quod dictæ personæ sic criminosa non inueniantur seu apparet in dictis domibus, & fortelliis eorum, & nihilominus satis dare in Camera Vrbis teneantur ad penam mille marcarum argenti, salvo quod Senator possit ipsam penam moderari, secundum qualitatem personarum, quod non facient contra prædicta: & si contra prædicta, vel aliquod prædictorum factum fuerit, ante vel post Sacramentum, puniatur contrafaciens in pena prædicta, & Senator de prædictis, singulis tribus mensibus debeat facere generalem inquisitionem: quod si non fecerit, soluat de suo salario vice qualibet scuta ducenta: possint tamen prædicta adimplere per procuratores per eos specialiter constitutos. Ideo & Nos per omnes Barones Roman. ita seruari debere inno- uamus.

De Vici publicis Districtus reaptandi, & à latronibus custodiendi. Cap. LX.

Communitates & homines Ciuitatum, Oppidorum, Castrorum & Villarum districtus Vrbis, & illorum Domini, teneantur vias publicas, quæ per eorum territoria, siue tenimenta pertransiunt, ita & taliter aptare, & sternere vt per illas euntes, & transeuntes non solum sine periculo, sed etiam commode ire, agere & transire possint; & si cessauerint, penam aureorum ducentorum incurvant, & nihilominus eas sternere, & aptare cogantur: Sed & illas à latronibus omni tempore custodire debeant, ita vt euntibus, & redeuntibus per eas tutus sit semper accessus: alioqui penam aureorum quingentorum vice qualibet incurvant. Quod si contingit in eorum tenimentis prædictis alicui transiunt aliquod danum à latronibus inferri, id totum restituere teneantur, & de latrocino per tres idoneos testes de fama publica deponentes, probasse sufficiat. De quantitate autem rei ablata stetur Sacramento damnum passi, seu illius heredis Senatoris taxatione præcedente, personæ qualitate pensata. Si vero Communitates vel Domini locorum prædictorum, vbi latrocinium factum fuerit, delinquentem in manibus Senatoris dederint, à damni emendatione liberentur; penam tamen ob non adhibitam custodiā omnino soluere teneantur: Et si homicidium secutum fuerit, condemnentur in ducatis auri quingentis, heredibus occisi: si vero percussio cum sanguine facta fuerit, ipsi percussio ducatos auri ducentos soluere cogantur, & nihilominus ad alias penas prædictas, & damnorum emendationem teneantur.

De Venalitiariis siue Recatteriis. Cap. LXI.

NVllus ueterum pannorum negotiator, venalitiarius, siue recatterius, ab aliqua incognita persona emat pannos si neos, vel laneos, sericos, bombicinos vel mistos, veteres, aut qui in hominum vsu fuerunt, seu ad humatum vsum sunt facti, etiam si sint aratia, tapeta, aut lances, caldaria, seu quaevis alia supelleilia, vel ferramenta ad hominum vel ædificiorum vsum pertinentia, sine præsentia duorum testium fidedignorum, qui de illo exercitio non sint, & qui venditorem cognoscant: qui contrafecerit, si res empta furtiva sit, duplum valoris rei, Cameræ Vrbis pro poena persoluere, & rem domino restituere debeat: ad quam quidem rei furtivæ restitutionem etiam si testes adhibuerit, & venditorem cognoverit, omnino teneatur: sed ex casu à poena liberetur.

De Molendinariis. Cap. LXII.

MOlendinarij postquam frumentum ad eorum molendina portauerint, illud intra dies quattuor, legitimo impedimento cessante, diligenter & bona fide molere teneantur; & si ad pondus eis consignatum fuerit, frumentum ad pondus restituere: si vero ad mensuram pro singulis sex scortiis frumenti, scortios sex pollinis, seu floris farinæ, & tritelli scortium vnum, & furfurum scortios duos restituere teneantur; si cessauerint damnum quod dominus frumenti patietur, illius iuramento, prævia Iudicis taxatione, consideratis præmissis, liquidandum emendent, & aureos duos vice qualibet pro poena persoluant: quod si frumentum pro frumento supposuerint, etiam de falso puniri possint, & dominus in omnibus casibus prædictis pro famulo teneatur. Sed hæc actio ultra tres menses non duret.

Caveant autem tā ipsi molendinarij, quām molarum domini, & fabricatores, ne lapides molares, aliter quām in tra his, quas Traliones appellant, per urbem & supra pontes conducant; alioquin lapides amittant, & poenam aureorum viginti vice qualibet incurant.

Pariterque caueant à molendo in diebus Dominicis, & festiuis à Sancta Matre Ecclesia prohibitis: alioqui poenam aurei vnius vice qualibet persoluant.

De Sarctoribus. Cap. LXIII.

NVllus Sarctor, siue alias quispiam, qui ut proxeneta siue mediator, in venditione pannorum, siue drapporum etiam sericoru ex auro intextorum, aut aratorum vel etiam Pelliciarum, vt mediator interuenierit, aliquid à venditore vel emptore, pro proxenetico petere possit, nec etiam à sponte dantibus recipere: alioqui penam aureorum decem tam ipse Sarctor quām dans, vel promittens incurrat.

De

De Aromatariis siue Pharmacopolis. Cap. LXIII.

NVllus Aromatarius siue Pharmacopola, pharmaca composita siue medelas tractare, vendere, aut simplicia componere possit; nisi per medicorum Collegium, seu deputandos ab eo, prævio examine, legitime fuerit approbatus: qui contrafecerit, poenam aureorum centum vice qualibet incurrat. Nullusque, qui Cerariam artem tractat, audeat in cereis, faculis & candelis, aliud quām purum bombicem seu bombacem, & puram ceram adhibere; & si in eis ceram nouam supra ceram veterem inducat, ita inducat, vt pars ceræ veteris remaneat aperta, ita vt distinetæ à noua cognosci possit: qui contrafecerit, in poenam incidat, de qua hoc libro supra dictum est, de vendentibus rem pro re.

De diebus festis obseruandis. Cap. LXIV.

NVllus Mercator, Negotiator, Venalitiarius, vel Artifex, diebus in honorem Dei altissimi & Sanctorum eius dicatis, quibus à Sancta Matre Ecclesia, seruilia opera fieri prohibentur, audeat bona vel mercimonia ipsorum, quemque sint, in eorum apothecis vendere, aut quoquomodo distrahere, nec etiam apothecas apertas tenere, nisi eas inhabitent; quo casu tantum, quantum ad introitum & lumen sufficiat, & non ultra apertas habere liceat: qui contrafecerit, poenam Iuliorum quinque vice qualibet incurrat, & de prædictis Extraordinarij more solito inquirant, & denuntient.

Quod in mari & flumine piscari liceat. Cap. LXV.

CVilibet Romano ciui & habitatori Vrbis & districtus libere liceat in cursu tam Tyberis quām Anienis, & Mari, quatenus fluminum ripe, & maris littus se extendunt, quocumque tempore, & quocumque artificio piscari; nullique prohibendi aut ab eis aliquid auferendi ius sit; dum tamen à prædiis, ædificiis & piscariis, quæ proprios dominos habent, se abstineant, & pariter à ripis Regionis Arenulae, videlicet Sanctæ Seueriae, & Pauli, in quibus sine licentia Syndici piscari non licet. Per riuos autem nemo audeat in honeste piscari, nec cum instrumentis ferreis vel lignieis, quibus illorum ripe corrumpuntur, aut cursus aquarum impeditur, aut domini in suis possessionibus perturbantur, discurrere. Qui autem piscantes in locis permisis prohibuerit, quiue in locis vetitis piscari ausus fuerit, in penam aureorum decem vice qualibet incurrat, & danum partilæsæ resarciat.

*De Capitibus Piscium Conseruatoribus dandis.**Caput LXVII.*

OMnium piscium, qui sunt longioris mensuræ marmoreo schemate, quod in Palatio Conseruatorum affixum est, capita, usque ad primas pinnas inclusæ,

clusiue, per Piscarios, ad quos in foro piscium; vel alios, ad quos quomodo-
cumque peruerterint, Conseruatoribus in eorum Palatio assignentur, nec
alij liceat dicta capita petere vel habere: Qui in his Conseruatores fraudasse
comptus fuerit, pœnam aureorum decem se nouerit incurrisse.

*Ut Pisces, Sylvestria animalia, & alia ubique in Urbe vendi
posint. Cap. LXVII.*

Quilibet Negotiator, siue Venalitiarius, aut quiuis alius pisces, animalia
sylvestria, aues, & demum quæcumque ad annonam pertinentia, sine ali-
qua solutione, vel exactione, libere per Vrbem, & in quauis parte Vrbis ven-
dere possit & valeat: Qui vero eos prohibuerit, aut aliquid ab eis exegerit,
quadruplum restituat, & Fisco pœnam aureorum viginti quinque inferre
cogatur.

De Occidentibus Animalia aliena. Cap. LXIX.

Si quis data opera bouem, taurum, bubulum, vaccam, equum aut asinum, vel
alia maiora animalia alterius occiderit, soluat pro pœna pro quolibet ani-
mali scuta viginti quinque; si vero animal fuerit minutum, ut ovis, aries, por-
cus, aut similia, soluat pro pœna ducatos auri decem, & in omnem casum du-
plum damni parti læsæ refarciat.

Et si in tenimento vel territorio alicuius Ciuitatis, Oppidi seu Castrorum, de distri-
ctu, aliquod animal per homines illius loci interfecatum aut excoriatum fue-
rit, quod probasse sufficiat per publicam famam, & sacramentum domini, &
pastoris, siue custodis animalis mortui, Communitas ipsa vel locus vel do-
minus loci damnum emendet, per sacramentum domini animalis, prævia lu-
dicis taxatione declarandum: sed si aliquis porcus alicuius personæ de distri-
ctu damnum dederit in sylvis, vineis, spicis, aut herbis alicuius Romani ci-
uis, existentibus in dictis Ciuitatibus, Castris, & locis de districtu, liceat Ro-
mano cui porcum occidere, & habere; & nihilominus damni emendatione,
à porci domino petere possit.

De Interficiensibus Lupum. Cap. LXX.

Lvum si quis quocumque modo interficerit, intra Vrbem, habeat à
Camera iulios decem; si extra Vrbem circum millaria decem, iulios
quinque.

*Ne Animalia & Pelles emanur à Pastoribus, vel ignotis.
Caput LXXI.*

Nullus emat animalia, boves, equos, aut similia, nec pelles ipsorum ani-
malium à pastoribus vel aliis ignotis personis, aut ad id non præpoli-
tis,

tis, sine domini præsentia, aut mandato: qui contrafecerit, animal si extet, re-
stituere; sin autem, illius valorem domino soluere teneatur, & Fisco aureos
decem, nisi in publico foro emerit, pro pœna persoluat: Sed si pastor, aut
alius quiuis cum pellibus prædictorum animalium illas vendere quærrens,
deprehensus fuerit, capiatur, & diligenter ab eo cuius sit, & vnde eas habue-
rit, inquiratur, nec relaxetur, donec de veritate constiterit, & si culpabilis
repertus fuerit pro facti qualitate puniatur.

Ne Porci per urbem discurrere permitantur.

Caput LXXII.

Qui porcos in Vrbe nutriunt, nullatenus finant eos per Vrbem discurrere
aut vagari; alioqui porcos amittant, & pœnæ nomine duos aureos pro
quolibet porco Cameræ soluant.

De Equis mortuis in servitio Ro. Po. Cap. LXXIII.

Si in prælio à iure permisso, aut in subiugandis, & puniendis Rebellibus &
inobedientibus, vel aliis in seruicio Romani Populi, equi aliqui moriantur
aut pereant, pretium Domino per Cameram Vrbis soluantur.

De Ludis prohibitis. Cap. LXXIII.

Nullus unquam nec in aliqua Vrbis parte, ad aliquos ludos prohibitos pe-
cuniam, aut æquipollens, ludere; nullusque in quauis Vrbis parte licen-
tiam ludendi, aut locum pro ludis prædictis dare, permettere vel commoda-
re audeat vel præsumat. Qui vero ludere repertus fuerit, pecuniam omnem
amittat, & pœnam viginti quinque ducatorum auri persoluat, quam si non
soluerit, luat in corpore: Qui vero huiusmodi locum aut licentiam dare præ-
sumperit, cuiuscumque status & conditionis fuerit, pœnam ducentorum au-
reorum incurrat, & ludentes nihilominus pœna prædicta mulcentur.

*De Immunditiis in locis publicis & Riuis Aquarium non
proiiciendis. Cap. LXXV.*

Nullus audeat in aliqua via, vel platea publica Vrbis, aliquam immunditiam
cuiuscumque qualitatis sit proiicere, vel projectam habere: qui contrafe-
cerit pœnam decem aureorum vice qualibet incurrat, & nihilominus eam
suis sumptibus tollere, & locum omnino purgare teneatur; & de hoc quilibet
& coram quocumque Iudice accusare vel denuntiare possit. Nullusque in ri-
uis seu decursibus aquarum, aliquam immunditiam, aut quid aliud, per
quod cursus aquarum impediatur, proiicere aut immittere audeat: qui con-
trafecerit, & tollere cogatur, & pœnam prædictam incurrat.

De

De Famulis cogendis ad seruity tempus implendum.
Caput LXXU I.

FAmuli, & Famulæ etiam artificum & omnium aliorum Romæ degentium, si promiserint pro certo tempore alicui inservire, teneantur conuentum tempus complere, dummodo Dominus illis mercedem conuentam soluat; & non aliter quam conuentum est eorum opera vtatur, & condecoria præbeat alimenta: & ad hoc famuli & famulæ prædictæ per Iudices iuris & facti remediis compellantur: quod si omnino recusauerint, tertiam partem decurſæ mercedis amittant, & ad damna, & interesse Senatoris arbitrio, factorum & personarum qualitate pensata, teneantur.

Quod Iudei non sint exempti à Collectis Agonis & Testacie.
Caput LXXU II.

NVllus Iudeus à solitis collectis vniuersitati Iudeorum impositis, immunis sit, aut exemptus, non obstante quacumque immunitate, eis aut alicui ipsorum à quauis persona concessa, nisi ab ipia sua communitate Hebræorū, aliquis fuerit exemptus: quæ exemptio Cameræ Vrbis nullatenus præiudicet, sed reliqui qui ipsum immunem fecerint, pro eo omnino teneantur. Consules autem artium neque pro Solemnitate festivitatis Assumptionis Beataissimæ semper Virginis Dei genitricis Mariæ, neque pro aliis impositionibus quoquo modo ab eis imponendis ipsos molestare audeant. Ipsi quoque Iudei coram Consulibus artium aliquo modo, vel ex quacumque causa minime comparere, aut respondere cogi possint.

Ne Iudei alibi quam in Campis assignatis sepeliantur.
Caput LXXU III.

IXdæi alibi sepeliri non possint, nisi in Campis eis pro sepulturis in Regione Transtiberini assignatis.

De Vineis custodiendis. Cap. LXXIX.

NVllus in alienis Vineis damnum dare præsumat; & si quis in eis damnum dederit, ad damni emendationem, & ad pœnam aureorum quinque, vice qualibet teneatur. Qui vero in vnis aut pomis damnum dederit, soluat pro quolibet vuarum racemo, bolonenos tres, & pro quolibet pomo cuiusvis generis bolonenum vnuim, & pœnam prædictam incurrat; & nihilominus Magistri Iustitiarij sua iurisdictione vti possint. Si quis vero per alienas vineas discurrere aut transire præsumperit, inscio domino, pœnam aurei vnius soluat: si vero inuitio Domino, de vi turbatua puniatur. Qui autem venari aut aucupari

aucupari cum canibus vel sine per alienas vineas præsumperit, in ducatis auri quinque vice qualibet mulctetur: Sed si quis palos tam nouos quam veteres, vel de vinea vel de arundineto vel oculos arundinum furatus fuerit, ad damni emendationem, & ad solutionem aureorum decem pro pœna condemnetur, quam si infra octo dies non soluerit, fustigetur per Vrbem.

Quod vassalli Romani Populi, Baronibus vassallagium non iurent.
Caput LXXX.

NVllus Vassallus Pop. Romani qui in Oppidis vel Castris eiusdem Populi inhabitat, audeat vel præsumat vassallagium alicui Baroni, seu de Magnatibus Vrbis iurare, vel promittere, aut ipsorum Magnatum seu Baronum insignia vel Arma in parietibus eorum domorum in dictis Oppidis vel Castris positarum pingere, vel picta habere. Qui contrafecerit, si monitus infra dies quindecim præmissionem non reuocauerit, & arma huiusmodi non expunxerit, seu deleuerit, bona omnia quæ in dictis Oppidis vel Castris habet, amittat; & illa Populo Romano applicentur. Ipse vero ab eisdem locis in perpetuum exulet.

De Antiquis ædificiis non diruendis. Cap. LXXXI.

NE ruinis Ciuitas deformetur, & vt antiqua ædifica decorem Vrbis perpetuo repræsentent; nullus cuiusvis status aut conditionis quæcumque antiqua Vrbis ædificia tam ea quæ intra, quam quæ extra Vrbem sunt, etiam si intra propria prædia vel possessiones existant, quouis quæ sito colore diruere aut diminuere, aut dirui vel diminui facere audeat, vel præsumat: Qui contrafecerit, pœnam quingentorum aureorum incurrat, & Senator de hoc inquirere debeat.

De Aqua Circi, & aliis Aquis non deriuandis. Cap. LXXXII.

Nemo audeat, aquam quæ venit in Vrbem ad Circum, & illius aliosque horros & molas, vel quascumque alias aquas, que certum cursum habuerunt, ab antiquo cursu in totum vel in partem deriuare: Qui contrafecerit, soluat pro pœna aureos quinquaginta, & nihilominus aquam ad suum cursum restituere teneatur; & de hoc quilibet accusare, & denuntiare possit.

De Aqua Marianæ Alueo purgando. Cap. LXXXIII.

SI aquæ Marianæ, quæ vadit ad aquam bullicantem usque ad portam ruptâ, & ad pedem turris Sancti Ioannis, & turrim Quatrari, cursus, & alueus corrumperetur, ab adiacentium prædiorum dominis, & eorum expensis purgari, & adaptari debeat, ita vt alueus latus sit mensura palmorum octo, & profundus palmorum quattuor, & omnes sepes, que iuxta eum sunt, ab eisdem dominis

dominis tollantur, nec huiusmodi purgationis, aut instauracionis occasio[n]e, alicui alteri quam dominis prædictis, onus aliquod imponi possit: Et nihil minus omnibus in aquis prædictis, ius aliquod vel priuilegium habentibus, ius & priuilegium saluum sit: Teneantur autem Senator, & Conseruatores, singulis primis mensibus eorum officiorum, inspici facere cursum prædictū, & curare cum effectu vt prædicta impleantur.

*De Fonte Triuji, siue aqua Virgine.**Cap. LXXXIII.*

ET si Aquæductus Fontis Virginis, qui ad Triuji fistulas terminabatur, his temporibus ita feliciter sit restitutus, vt ex fistulis, quæ ab adjacentium prædiorum Dominis imponi possent, facile lædi nequeat: quia tamen quod publicum est, publice custodiri debet: Statuimus, vt nullus in toto dicti fontis Aquæductu, tam intra quam extra Vrbem, fistulam habere possit, nisi titulum ab habente facultatem concedendi demonstret, & vt de hoc Conseruatores, qui pro tempore erunt, semel in mense diligenter inquirere, & transgressores seuerissime punire debeant.

Non licet alicui iuxta Aquæductum prædictum, tam intra quam extra Vrbem, spatio palmarum Senatus quindecim, habere viuam sepem, aut arborem, aut latrinam; vel seclarium; neque in eo quicquam proiicere, aut immittere: Qui contrafecerit, factum tollat, & pœnam quinquaginta aureorum persoluat.

Quicumque in eorum vineis, agris & domibus puteos habent in dictum Aquæductum descendentes, teneantur ora puteorum per quattuor palmos ad minus à solo extollere, ita vt nec aqua pluia, nec quid aliud immundum in eundem Aquæductum descendere possit: Qui contrafecerit, pœnam aureorum viginti quinque incurrat, & prædicta adimplere cogatur.

In locis fontium ad potum equorum deputatis & erectis, nemo audeat pannos, aut quid simile, vel immundum lauare, aut infundere: Qui contrafecerit, pœna aureorum decem mulctetur.

Custodes dictorum fontium, qui quattuor sunt, apud Conseruatores, vt præmissa obseruentur, diligenter instent, & contrauenientes denuntient: alioqui salariis & emolumenis priuentur.

Liceat vnicuique executori contrafacentes denuntiare, & pœna medietas ei applicata censeatur.

*De Naufragiis.**Cap. LXXXV.*

SI qui bona per Christianos nautas, aut mercatores leuandæ nauis causa in mari iacta, vel per quocumque naufragium submersa, & ad littus maris iacentia & existentia, etiam si tota nauis cuiuscumque generis sit, in portu aut littore fracta, aut euoluta, quomodocumque rapere, auferre, occultare, vel de loco ad locum, sine Domini & Nautarum voluntate portare ausi fuerint; in actu comprehensi, tamquam latrones, & viarum crassatores illico capitaliter puniri debeant: qui autem non in ipso actu comprehensi fuerint, tamquam

tamquam fures & pro furibus furca suspendantur ad mortem, nisi ipsi auxiliatores Nautis in manifesto naufragij & submersione periculo constitutis, & eorum open & auxilium implorantibus & poscentibus (non absque vita discrimine) in personarum & rerum conseruatione auxilio fuerint, vel alias ab imminentibus & præsentaneis naufragij periculis, ipsorum labore personas salvas reddiderint, & omnia liberauerint, aut bona iam deperdita recuperauerint, & alias iuxta dispositionem Litterarum Iulij Secundi, Pauli Teriti, & Pij Quiuti summorum Pontificum.

*De Custodia Carcerum.**Cap. LXXXVI.*

IN prouisione, & deputatione Custodis siue Commentariensis carcerum, Curia Capitolij, quæ ad Conseruatores pro tempore spectat, Senator nullatenus fe intromittere possit: Commentariensis autem siue Carcerarius, qui omnino Romanus ciuis esse debet, diligenter captiuos custodire, & antequā ad exercitium admittatur, sub pœna mille ducatorum auri, & de bene & fideli ac sollicito dictos carceres, & carceratos in eis positos & immisso custodiendo, idonee cauere teneatur; & si aliquis ex dictis carceribus effugerit, & Camera vel pars aliquod damnum patiatur, de suo proprio ad damnna, & interesse teneatur; & in fine cuiuslibet anni per Syndicos Populi, syndicari debeat. Caevant autem ipsi carcerarij ne carceratis catenas aut compedes vel manicas ferreas immittant, nisi si pro eo delicto detinerentur, pro quo pœna ultimi supplicij imponenda veniret: quo casu de Iudicis licentia vel mandato, id facere possint: nec ultra præfinitam mercedem quicquam ab aliquo audeant extorquere, nec etiam à sponte dantibus recipere; alioqui pœnam decem aureorum vice qualibet Cameræ Vrbis applicandam incurvant, & ad receptorum duplum parti restituendum condemnentur. Caevant quoque ne quemquam carceratum de mandato Senatoris & Iudicium Capitolinorum quorumcumque, non tamen Conseruatorum, relaxent, nisi mandatum per Protonotarium subscriptum fuerit: de mandato autem Conseruatorum captum non nisi per mandatum siue schedulam à duobus ex eis subscriptam relaxent: alioqui pœna viginti quinque aureorum mulcentur.

*De Pecuniis erogandis in ludis Agonis & Testacie.**Caput LXXXVII.*

IVdæorum in Vrbe existētum communitas siue vniuersitas annuatim soluere tenet Cameræ Vrbis pro ludis Agonis, & Testaciæ florenos Mille Centū Triginta, ad rationem quadraginta septem solidorum pro quolibet floreno, qui Triginta in memoriam pretij, quo Saluator noster Dominus Iesus Christus Iudæis venditus fuit, persoluuntur. Ex his autem mille & centum deponi debent annis singulis penes Camerarios nobilis artis Bobatteriorū, & artis Mercatorū Vrbis, erogandi, vt statim dicetur. Reliqui triginta deponi debet

X 2 penes

penes Camerarium Vrbis pro eleemosyna Sacerdoti per Conseruatores deputando, qui Missam diebus Dòminicis & festiuis, ac Visitationis carceratorum carceratis celebrare teneatur, singulis mensibus pro rata eroganda. Dicti autem mille & centum floreni hoc modo per Camerarios predictos erogari debent.

Pro Phaleris, siue indumentis equi Senatoris sericeis auro coopertis, soluant scuta quadraginta septem de luliis decem pro quolibet.

Pro indumentis sericeis Cancellariorum, qui personaliter in dicto ludo apud Senatorem interesse debent, scuta viginti tria similia, & bol. quinquaginta; que pecuniae Senatoris & Cancellariorum, quando ludi celebrantur, nullatenus ipsis Senatori & Cancellariis numerentur, sed omnino erogari debeant per prefatos Camerarios in rebus predictis: quod si ipsi Cancellarij interesse cessauerint, & vestes reddant, & duplum Cameræ soluant.

Ipsis Camerariis pro eorum salariis scuta nouem & bol. septuaginta quatuor, videlicet pro medietate Camerario Bobatteriorum, & pro alia Camerario Mercatorum, qui quando fit festum Assumptionis, eos referuare teneantur pro Cereis siue Dupleriis in ea solemnitate in thalamis adhiberi consuetis.

Lusoribus Romanis, i. Iuuenibus ad ludendum hastis, à Consilio Romani Pop., deputatis, qui sunt numero septuaginta duo florenos pro quolibet: qui si ludere cessauerint, legitimo impedimento cessante, & duplum Cameræ reddant, & pœnam ducatorum auri decem incurvant: sed si electus electione improbauerit, si infirmitatis, inimicitie capitalis, aut etatis, nempe annorum quadraginta, excusationem non habuerit, per quinquennium ad aliquod officium Romani Populi eligi non possit.

Tubatoribus, Preconibus, Tibicinis, Tubetæ, pulsatori Campanæ, Custodi equorum & porcorum, & Barbitonfori, qui in dictis ludis Senatorem anteire tenentur pro uno tabarro & phaleris equi singulis. . . .

Syndicis Romani Populi, qui duo sunt, scuta nouem & bol. quinquaginta, ut solitis indui vestibus Senatorem in dictis ludis assident.

Conseruatoribus pro indumentis in dicta festiuitate sibi de novo faciendis, scuta septuaginta octo, & bol. septuaginta quinque.

Scribis Senatus scuta triginta quinque, & bol. sexaginta quattuor.

Reliquis vero officialibus prout haec tenus fieri confuerit.

Residuum autem dictarum pecuniarum, Cameræ Vrbis applicetur, & Camerarij predicti, quibus huiusmodi pecuniarum erogatio, & distributio est commissa, bonum & fidele computum Conseruatoribus dare teneantur, & syndicari nihilominus debeant.

De Annulis & Brauiss ludi Agonis & Testacia.

Cap. LXXXVII.

In ludorum Agonis & Testaciæ celebratione, in primis deferantur Annuli argentei deaurati quatuor duo in Agone, & duo in campo Testaceo, ad quorum

quorum unum ciues, ad reliquum Scutiferi hastiludere teneantur. Item in Campo Testaciæ, tria Brauia aurea, & sericea deferantur, ad quorum unum currant equi barbari, ad secundum equi generosi, ad tertium equæ more solito. Quibus quidem brauiss ex gratia felicis recordationis Pauli Papæ secundi, alia sex addita sunt, ex Cameræ pecunia soluenda, Vnum pro Iudæis currentibus die Lunæ, Dominican Carnis priuij præcedente: Aliud pro Pueris Christianis die Martis: Aliud pro Iuuenibus die Mercurij sequenti: Aliud pro sexagenariis: Aliud pro Añinis die Lunæ Carnis priuij: Aliud pro Bubalis die Martis Carnis priuij.

De curribus Campi Testaciae. Cap. LXXXIX.

Ex Curru, Carrotiæ nuncupati, computatis duabus Carrotiis, quæ à modellinariis fieri consueuerunt, in Testaceo monte vehuntur, & duo Porci supra quamlibet Carrotiam imponuntur, & ipsæ Carrotiæ panno rubeo coperiuntur, & ex monte præcipitantur, & hæc omnia expensis Cameræ Vrbis.

De Campo Testaciæ à nemine occupando. Cap. XC.

Testaciæ Campus pro quo à Populo Romano annuatim soluitur census scutorum duorum & bol. octuaginta duorum Ecclesiæ & Priori Sanctæ Mariæ montis Auentini, publico usui destinatus à nemine occupetur; sed liceat vnicuique in eo Animalia depascere, & tenere sine aliqua pena.

De Viaticis Iudicium, & salario Assessorum.

Cap. XC I.

Ollaterales, & Capitaneus appellationum pro loci visione intra Vrbem, habeant iulios quinque à parte qualibet: extra Vrbem Iulios decem.

Magistrorum Viarum, Assessor, & Submagistri, pro visione loci intra moenia Vrbis habeant in totum à partibus iulios sex, & non ultra, diuidendos inter eos.

Notarius vero intra Vrbem bol. quindecim, extra Vrbem bol. triginta, prout infra de mercede Notarij Magistrorum Viarum.

Submagistri autem pro filio dando carlenos quinque recipient, & non ultra: si vero extra mœnia Vrbis, salaria predicta duplicantur.

Idem Assessor pro voto in sententiis de ipsius consilio proferendis, in totum carlenos decem, & non ultra.

Magistri vero Viarum tam pro loci visione, quam pro sententiæ prolatione nihil omnino recipient.

Magistri Iustitiarij, eorumque Notarius habeant pro eorum viatico intra mœnia Vrbis carlenos decem: extra vero iulios decem in totum, & non ultra.

Ass-

Assessor autem si eius votum petitum fuerit, & non aliis, intra moenia Iulios quinque: extra moenia carolenos decem, & non ultra. Notarius vero si cum Assessore sine Magistris, seu aliis separatis à dictis magistris ad locum accedere voluerit: nihil omnino etiam à sponte dantibus recipere possit.

Idem Assessor pro voto in sententiis dando, ultra carolenos decem in totum non recipiat quorum medietas à parte qualibet solvatur.

Ipsi vero magistri Iustitiarij pro sententiis nihil recipient.

Assessores denique Consulum artium pro voto non ultra Iulios decem, videlicet Iulios quinque, à parte qualibet non recipient.

*De Salariis Aduocatorum, & Procuratorum.
Caput XCII.*

SI Aduocati in tota causa interuenient, & omnibus scripturis suas manus apposuerint, corrigendo, approbando, vel subscribendo, recipiant in prima instantia in causis ordinariis ducatos auri tres, & tantumdem Procurator, siue unus siue plures fuerint, habere debeat. In secunda, aut ulteriori instantia, ubi esse contigerit, habeant dimidium summae predictæ: Cum autem plures Procuratores surrogati interueniunt, summa predicta pro rata temporis, & status causæ inter eos diuidatur: Si tamen aduocati in quocumque statu causæ in scriptis vel voce super aliquo dubio informauerint, habeant pro qualibet informatione scut. vnum. In summaris autem causis vel executiuis Procurator scutum vnu in tota causa petere possit: Aduocatus vero pro modo laboris ut supra. Si vero dictæ causæ summaria & executiua intricarentur, aut difficiles redderentur, Procuratores pro modo laborum plus recipiant, personarum & causarum qualitate pensata, dummodo summam aurorum trium pro tota instantia non excedant. Sed si causæ essent arduæ & implice, vel verterentur inter Barones, vel alios Nobiles diuites, de Castris, vel de casalibus, vel de hereditatibus opulentis, vel similibus; tunc locum non habeat salariorum taxatio predicta, sed ultra eam moderate recipiant, Iudicis, & Correctorum arbitrio. Et iudices ultra salario supra definita, expensas taxare non possint.

De Mercedibus Notariorum pro Instrumentis publicis. Cap. XCIII.

Pro Instrumentis quorumcumque Contractuum inter viuos, & quorumcumque Testamentorum & ultimarum voluntatum in publicam formam redactis usque ad quantitatem scutorum vigintiquinque, recipiat Notarius Iulios tres: usque ad quinquaginta, Iulios septem cum dimidio: usque ad centum, Iulios decem: à centum usque ad quamcumque summam, Iulios duos pro qualibet alio centenario scutorum, dummodo in totum non excedat summam

summam vigintiquinque scutorum, saluis infrascriptis, in quibus specialiter est prouisum.

Pro particula Testamenti, siue legati cum heredis institutione habeat à legatario ut supra in primo capite: Sed si scriptus heres ea particula quo ad institutionem quoquo modo utatur, possit à notario cogi ad solutionem mercedis totius Testamenti: dato tamen eidem instrumento publico. Si vero Notario ab herede de institutione aut toto Testamento fuerit satisfactum: legatarij quartam partem prædictæ taxatæ summae pro particula solueretur neantur.

Pro duplicito instrumenti publicati, recipiat quantum pro copia eum recipere posse infra statutum est, & præterea Iulios duos pro publicatione siue subscriptione. Teneatur quoque Notarius sub poena amissionis mercedis, in margine Protocolli publicationem factam totius instrumenti, seu Testamenti, aut illius particulae adnotare.

Pro instrumentis divisionum recipiat quartam partem eius quod reciperet si bona illa alienarentur.

Pro contractibus emphyteoticis, liuellariis, aut censuariis, in quibus non est apposita aestimatio rei, habeat pro quantitate census vel canonis aestimanda, ad rationem scutorum centum pro singulis scutis quinque, qui solvantur pro censi vel canone predicto: ubi uero est apposita aestimatio, pro modo aestimationis, ut supra in primo Capite.

Pro instrumentis quietationum, si ipse Notarius de obligatione rogatus non sit, & est apposita certa quantitas, habeat tertiam partem eius quod solvatur pro obligatione. Vbi uero non est apposita certa quantitas, si res estimari potest, habeat ut supra: si uero estimari non potest, stet arbitrio Iudicis, & Correctorum, qui in taxatione non excedant scut. quinq. pro personarum, & rerum qualitate. Sed si sit idem Notarius rogatus, pro quacumq. summa, siue sit expressa, siue non, non ultra Iulios quatuor habeat.

Pro instrumento inuestituræ, siue adoptionis possessionis, seu immisionis in illum, habeat carolenos quinque.

Pro instrumento consensus, carolenos quinque.

Pro instrumento cassationis obligationis, siue contractus, carolenos simili ter quinque.

Pro Instrumento locationis à decem annis infra, carolenos quinque; & pro instrumento illius cassationis, Iulios duos.

Pro instrumentis mandatorum ad lites, carolenos duos: Ad negotia, ad exigendum & quietandum, carolenos quinque.

Pro instrumento tutelæ, vel curæ cum inuentorio tutelari, carolenos decem.

Pro instrumento aditionis hereditatis cum inuentorio solemnii, habeat principalis Notarius scutum unum: reliqui Notarii se subscriptentes, carolenum vnum pro qualibet: & ita seruetur in his duobus postremis casibus, nisi essent hereditates multum opulentæ; quo casu de instrumento tutelari cum inuentorio, & de instrumento aditionis hereditatis predictis plus recipere possit Iudicis & Correctorum arbitrio, dum tamen summam scutorum duorum non excedant.

Pro re-

Pro rogitiis vero dictorum instrumentorum in officio, vel domo Notarij iulios duos; extra vero, iulios tres.

Pro rogitu autem testamenti, nunquam recipiat ultra Iulios quinque.

Pro rogitu locationis ad modicum tempus, Iulium unum.

Teneatur quoque Notarius partibus petentibus, instrumentorum, de quibus rogatus fuerit, copias tradere, & pro eis Iulium unum pro centenario scutorum: (ita tamen quod pro quavis summa, Iulios decem non excedat) recipere possit, & non ultra, exceptis instrumentis locationum, pro quorum copiis non ultra Iulios duos exigere possit.

De Mercede Notariorum pro Sententiis. Cap. XCIII.

Si sententia sit diffinitiva, continens quantitatem, vel res minoris valoris centum ducatorum, recipiat notarius Carolenos quinque: à centum usque ad ducentos, ducatum unum de Carolenis; à ducentis usque ad quingentos ducatos duos similes; inde usque ad quamcumque summam, vel aestimationem, ducatos tres: si vero certam quantitatem non contineat, vel de facilis eius valor estimari non potest, habeat ducatum unum de Carolenis, plus minusve secundum declarationem Iudicis, & Correctorum, pro rerum, & personarum qualitate, dummodo in huiusmodi declaratione praedictam summam ducatorum trium, non excedant.

Pro sententiis vero super executione instrumentorum, laudorum, sententiarum, testamentorum, & priuatarum scripturarum, si certam contineant quantitatem, vel rei valor de facili liquidari potest, usque ad summam vigintiquinque scutorum, Carolenos tres; inde usque ad quinquaginta, Carolenos quinque; inde usq. ad centum, carolenos octo; inde usq. ad ducentas, ducatum unum; inde usq. ad quamcumq. summam, vel estimationem, ducatos duos.

In causis Summariis pro quamcumque summa, excedente summam scutorum vigintiquinque, Carolenos octo; pro summa vero infra summam vigintiquinque scutorum Carolenos duos, sicut de interlocutoriis.

Pro interlocutoriis, si publicentur cum signo, Carolenos duos; si sine signo, sed tantum cum subscriptione, bolonenos tres; & idem pro quolibet actu, de quo instrumentum actorum conficeret; in quo debeat acta integra, & non mutilata scribere; alioqui mercede non possit, & acceptam restituere teneatur.

De Mercede Notariorum pro Iudicariis Actibus. Cap. XCIV.

Pro qualibet relatione, contradictione, replicatione, comparitione, response ad petitionem, & similibus etiam cum iudicis pronuntiatione, habeat notarius bolonenum unum, à parte actum faciente, & pro quolibet actu.

Pro productione libelli, siue petitionis in scriptis, ultra actum productionis, bolonenos duos.

Pro

Pro contestatione litis, & iuramento calumniæ à qualibet parte contestante uel iurante cum Iudicis interlocutoria, & destinatione Notarij, ad recipiendum iuramentum à qualibet parte, bol. duos.

Pro viatico ad recipiendum iuramentum calumniæ intra Vrbem, bol. quinque: extra Vrbem si contingat, Iudicis a. bitrio.

Pro productione articulorum ultra actum relationis, bol. duos.

Pro responsionibus articulorum ad tribunal, aut in domo Notarij, quatrenos duos pro quolibet articulo, seu positione, à petente responderi; & si extra dominum, & in Vrbe pro viatico, bol. quinque.

Pro responsione ad preparatoria, siue interrogatoria à parte petente responderi, bol. tres; & pro viatico, si contingat in Vrbe, bol. quinque.

Pro iuramento cuiuslibet testis, quatrenos duos.

Pro examine cuiuslibet testis usque ad numerum quinque vel sex articulorum, excluso articulo repetitivo, in domo Notarij, carolenum unum; supra eum articulorum numerum, carolenos duos: si cum interrogatoriis partis, qui numerum decem & octo non excedant, in primo casu Iulium unum pro quolibet teste; in secundo Iulios duos: si interrogatoria excedant numerum predictum, pars interrogans soluat pro excessu Iudicis arbitrio: Qui & superflua refecare debeat.

Et in quolibet casuum predictorum, si aliis Notariis adiungatur, tantumdem soluatur adiunctio, a parte illum adhibente; sed si causa esset ualde gravis, & perplexa, vel articuli super quibus testes examinantur, excederent numerum vigintiquinque, recipiat plus arbitrio Iudicis & Correctorum. dummodo non excedant carolenos quinque pro quolibet teste, & quolibet examinante.

Si extra dominum vel officium, intra tamen mœnia Vrbis, ultra supra taxatā mercédē, habeat pro viatico siue unum, siue plures testes examinet, Iulium unum: si extra mœnia per duo millaria, habeat pro viatico iulios duos, & equum ad equitandum: si vero ultra dicta duo millaria, habeat pro viatico iuxta taxationem Iudicis & Correctorum, dummodo non excedant iulios quinque, & expensas viaticus, & vecturæ pro quolibet die.

Pro productione quorumcumque instrumentorum iurium, tesserarum, aut similium, bol. duos, pro quolibet, ultra actum relationis.

Pro recognitione dictorum iurium, bolonenum unum pro quolibet teste.

Pro restitutio ne iurium data à producente copia per Notarium retinenda, Iulium unum; & si ipse Notarius copiā fecerit, ultra Iulium predictum, habeat pro copia sicut infra dicetur.

Pro publicatione testium & processus petita, & obtenta, item pro termino dato ad dicendum contra, bol. duos pro quilibet actu ex predictis.

Pro deposito in pecunia numerata, uel in re mobili prætiosa; in manibus Notarij faciendo, usque ad summam centum, ad rationem vnius pro centenario: à centum supra usque in quamcumque summam ad rationem dimidij pro centenario, dummodo in totum non excedant scuta tria: sed si depositum fiat per cedulam bancariam, vel mercatoris, aut similiū, usque ad ducatos auri vigintiquinque, bolonenos duos: à vigintiquinque ad Y centum,

- centum, bolonenos sex : à centum vsque in quamcumque summam, bolonenos decem.
- Pro consignatione cuiusuis depositi, vel cedula, aut illorum restitutione, bolonenos duos.
- Pro rogitu voti Assettamenti, & extensione in actis, quando Iudex iuxta illud pronunciat, in omnibus articulis, in quibus votum Assettamenti petere licet, exceptis diffinitiis, & causam terminantibus, in causis ordinariis, bolonenos septem cum diuidio: In diffinitius vero articulis & causam terminantibus bolonenos quindecim: in causis summarisiis, & executiis numquam ultra Carolenum vnum.
- Pro rogitu compromissi ex forma statutorum facti, Iul. vnum à qualibet parte.
- Pro constitutione procuratoris ad lites apud acta, bol. duos: si uero cum potestate exigendi, quietandi, pacificandi, & similibus, bol. quindecim.
- Pro fide mandati ad lites, bol. quinque: ad alia, bol. decem.
- Pro inventario de iudicis mandato faciendo, Iulios tres.
- Pro repetitione instrumenti, de quo sit idem Notarius rogatus, si descriptum est in libro actorum, carolenos quinque; si uero Notarius non sit de eo rogatus, vt Aduarius, sed ut Notarius instrumentorum, habeat tertiam partem eius, quod reciperet pro publicatione, & copiam ipsius instrumenti teneatur ponere in filza iurium productorum; cui, fides in illa causa adhibeat: & si pars, quæ huiusmodi instrumentum repetiit, illud in publicam formam habere voluerit, teneatur Notarius quod recepit pro repetitione, compensare.
- Pro rogitu instrumenti susceptionis tutelæ ad tribunal cum inventario, vel sine bol. quindecim; & pro stipulatione deputationis actoris ad lites, tam coniunctim cum dicta tutela, quam sine, Iulium vnum.
- Pro citatione edicto Senatus, bol. decem.
- Pro monitoriis, bolonenos tres.
- Pro susceptione termini ad soluendum, bol. duos.
- Pro mandatis executiis in contumaciam, bol. tres.
- Pro mandatis executiis in summarisiis, vel executiis, seu etiam obligationibus in forma Cameræ, vsque ad summam scutorum vigintiquinque, bolonenos quinque: à viginti quinque ad quinquaginta, bolonenos decem: à quinquaginta ad centum, Iulios duos: inde ad quamcumque summam carolenos quinque.
- Pro decretis dictorum mandatorum cum clausula, Nisi, bol. tres.
- Pro lectura sive publicatione sententiae in scriptis latæ ad tribunal, sive de uoto Assettamenti, sive non, carolenos duos.
- Pro interpositione appellationis, & cedula productione, ac iudicis responsione tam ab interlocutoria, quam à diffinitiva, bol. duos.
- Pro redditu pro apostolis, bol. duos.
- Pro instrumento publico appellationis, cum inserto tenore cedula, & Iudicis responsione, carolenos duos.
- Pro instrumento responsionis apostolorum separatim ab appellatione, datorum, Iulium vnum.

Pro

Pro rogitu fideiussionis in actis rogata, Iulium vnum.

Pro portandis & ostenderendis actis iudicii, nihil.

Pro rogitu instrumenti additionis hereditatis cum beneficio legis & inventarij, cum scriptura banni sive edicti, & scriptura citationis, ac relationis, cum inventario uel fine, habeat Notarius principalis Iulios quattuor, reliqui Notarii se subscribentes, bolonenos quinque pro quolibet.

Pro extractibus, & quibusuis copiis, qui sint iuxta formam traditam supra libro primo de extractibus & copiis, bolonenos tres, & non ultra pro qualibet charta.

Pro mandato de relaxando carceratos pro quamcumque summa, bol. quindecim, quod tamen per Protonotarium subscribatur, ut infra.

De Mercede Prothonotarij. Cap. XCIV.

PRotonotarius pro subscriptione cuiusuis mandati de relaxando carceratos, pro quamcumque summa, quod mandatum fieri debeat à Notario cause ciuilis, vt supra, non recipiat ultra bol. decem.

Pro subscriptione mandati, de relaxando carceratum pro delicto, quod mandatum fieri debeat à Notario cause criminalis, & pro quamcumque fideiussione per carceratum præstanta, in totum Iulium vnum.

Pro relaxatione cuiuscumque carcerati pro criminis capitali, qui ex gratia liberatur, vt qui in festo Assumptionis gloriose semper Virginis Mariæ, & similis, bol. trigintaquinque pro quolibet.

Pro scriptura sive publicatione, & rogitu arbitramenti pacis, bol. quindecim à parte qualibet.

Pro subscriptione confirmationis Statutorum cuiuslibet Artis, bolonenos decem.

Pro rogitu cuiusuis fideiussionis, etiam pro carceratis de se repræsentando, in officio vel carcere, bolonenos decem: extra officium vero, uel palatium, bol. quindecim.

Pro fide decreti visitæ, bol. quinque.

In reliquis seruet taxam aliorum Notariorum, de qua supra.

De Mercede Notarij Magistrorum Viarum.

Cap. XCVI.

NOtaris Magistrorum viarum pro litteris patentibus licentia occidendi hœdos, coquendi castaneas in locis publicis, aperiendi macellum pororum, immittendi tabulata, & similiū rerum, non possit recipere ultra bol. decem:

Pro similibus litteris loci perpetui in platea Agonis, in pergamo cum capsula sigilli, & cera in totum, bol. quinquaginta.

Pro similibus litteris facultatis sternendi lateribus, vel silicibus vias publicas, sive alterius operis construendi, bol. decem.

Y 2

Pro si.

Pro similibus litteris perpetui macelli, semel tantum, bol. quinquaginta.
 Pro litteris concessionis filii, & terreni publici simul, bol. quinquaginta.
 Pro litteris concessionis filii tantum, bol. uiginti.
 Pro mandato de restituendis pignoribus ad curia, siue officij instantiam captis, cassationis querelæ, contrauentionis bannimentorum, seu incursum pœnarum bol. quinque.
 Pro mandato de restituendis pignoribus, virtute mandati executiui captis, bol. bolonenos tres.
 Pro qualibet licentia à Magistris data carreteriis expurgatoribus latinarum bolonenos duos.
 Pro visione loci differentiæ in Vrbe, bol. quindecim.
 Extra Vrbem, bol. triginta.
 Pro quibusvis bannimentis siue editiis, nihil.
 Pro taxa instauracionis seu directionis Viarum, uel iectitus, si usq. ad summam quingentorum scutorum, scutum vnum; si usq. ad mille, scutum vnū cum dimidio; si usque ad duo millia, scuta duo; si usq. ad tria millia, scuta duo cum dimidio; ab hac vero summa usq. ad quamcumque suminam scuta quattuor.
 Pro mandatis depositariis directionis, de soluendis pecuniis iectitus, siue emendationis damnorum, & similium, pro qualibet mandato cuiuscumque summæ, bol. quinque.

*In causis coram Illustriss. & Reuerendiss. Domino S.R.E. Camerario,
 & Magistris Viarum coniunctim in vim literarum Apost.*

Pro monitorio de vendendo, seu de rescindendo, bol. decem.
 Pro simili extra Vrbem cum inserto tenore literarum seu commissionis, bol. septuaginta quinque.
 Pro visione loci differentiæ in Vrbe, bol. triginta.
 Extra urbem ultra unum milliare, bolonenos sexaginta.
 Pro nota & publicatione sententiæ diffiniituæ, scuta duo.
 In reliquis obseruet taxas præscriptas Notariis Gubernatoris Vrbis, iuxta tenorem reformationis taxarum & mercedum Notariorum Ciuilium, per felicis recordationis Pium Papam Quartum editæ: quam in eius officio in propa tulo appensam simul cum ista, perpetuo retinere debeat.
 Extractus autem faciat iuxta formam Motus proprij eiusdem Pij Papæ Quarti, ita ut acta sint in eo prout iacent in manuali descripta, & nullatenus repeatantur nomina, dignitates, aut tituli Iudicium seu partium litigantium, aut Procuratorum comparentium, uel similia: & singula folia contineant in eorum qualibet pagina, ad minus lineas vigintiquatuor, & unaquæq. linea ad minus duodecim syllabas, & scribantur littera bona & intelligibili, & nullatenus in charta bibyla, & aliæs, iuxta dicti Motus proprij tenorem: alioqui partes ad eorum solutionem non teneantur; & tunc seruata forma prædicta habeat pto singulis foliis bol. septem cuji dimidio.

*De Mercede Notarij maleficiorum, & relaxatione Carceratorum.
 Cap. XCIII.*

Notarius maleficiorum, pro receptione quærelæ in officio, siue extra, nihil habeat.
 Pro examine testium, pro informatione curia, tam ad partis instantiam, quam ex officio, & tam in officio, quam extra, nihil.
 Pro examine reorum in carceribus, nihil.
 Pro quolibet monitorio, inhibitione, aut sequestro cum clausula, Si quis, bolonenos tres: & sine dicta clausula, bolonenos quinque.
 Pro qualibet significatione cum fideiussione vel obligatione, bol. decem.
 Pro quolibet monitorio pœnali seu citatione, inhibitione, & similibus ad instantiam Fisci, nihil: ad instantiam verò partis accusantis vel querelantis, vel si ad sit instigator apertus; si in Vrbe, bolonenos quindecim; extra Vrbem, bolonenos vigintiquinque.
 Pro litteris remissoriis, siue earum loco missiis pro examinandis testibus extra Vrbem, bolonenos viginti.
 Pro mandato de capiendo aliquem extra Vrbem, ad instantiam partis, vel ubi adsit instigator apertus, bolonenos vigintiquinque.
 Pro comparitione, relatione, iurium productione, vel aliis quibuscumque actis pro Fisco, nihil: parte verò instanti, pro actu quolibet, bolonenos duos.
 Pro actu depositi pecuniarum, nihil.
 Pro configuratione depositi, vel cedula bancaria, pignoris, vel rei depositæ, bolonenos septem cum dimidio.
 Pro examine cuiuslibet testis in causa capitali, vel in qua veniret imponenda pena corporis afflictiua, cum articulis, & interrogatoriis, etiam cum interuentu Iudicis, aut Procuratoris Fisci, in officio, vel domo Iudicis, bolonenos triginta septem cum dimidio. Extra domum vel officium, etiam si testis sit Illustris, vel egregia persona, bolonenos septuaginta quinque: sed si absque interrogatoriis, & interuentu Iudicis & Fisci, vel super bona fama, aut uno vel duobus articulis, præter repetituum, in officio, bolonenos viginti, extra officium, etiam si testis sit Illustris, bol. quadraginta.
 In causis non capitalibus, super articulis, si cum interrogatoriis & interuentu Iudicis vel Precursoris Fisci, in officio, bolonenos viginti; extra officium: etiam si testis sit Illustris, vel egregia persona, bolonenos quadraginta, Si verò absque interrogatoriis, vel super bona fama, aut uno vel duobus articulis, præter repetituum, etiam cum interuentu Iudicis vel Fisci Procuratoris, in officio, bolonenos quindecim; extra officium, bolonenos vigintiquinque.
 Sed si in causis prædictis articuli, aut interrogatoria fuerint excessiva, stetur arbitrio Iudicis, his præcedentibus, & personarum qualitate pensatis, dummodo quarta pars supradictarum taxarum non augeatur.
 Pro copia depositionum testium, in causa, in qua erunt unus, vel plures Rei, pro qualibet folio, bolonenos quinque: folium autem in qualibet facie,

facie, non pauciores viginti tres lineas contineat: linea vero non minus duodecim syllabas.

Pro quolibet folio copiae inditorum continente lineas, & syllabas, ut proxime dictum est, siue unus, siue plures sint Rei, bolonenos quinque: quam copiam teneatur reis perentibus insimil dare.

Pro extractu actorum vbi fieri contingat, qui sit eius qualitatis, quae dicta est in ciuilibus, soluantur boloneni quatuor, prout etiam in ciuilibus primo libro dictum est.

Pro mandato de capiendo aliquem pro inditiis, vel curiae informatione, nihil.

Pro mandato de capiendo ad effectum praestandæ cautionis de non offendendo, bolonenos septem cum dimidio.

Pro Non grauetur, bolonenos tres.

Pro inventario bonorum in causa capitali, bolonenos quinquaginta.

Pro simili inventario facto de mandato Iudicis in quavis alia causa criminali, bolonenos triginta.

Pro adeptione possessionis bonorum Fisco incorporatorum, nihil.

Pro fide cuiuslibet actus judicialis, etiam cum Iudicis decreto, bolonenos quinque.

Pro rogitu mandati procuræ in officio, bolonenos quinque; extra officium, bolonenos decem.

Pro quolibet folio copiae articulorum, vel iurium productorum, quod habeat versus, & lineas requisitas supra in copia testium, bolonenos sex.

Pro restitutione iurium productorum, data à producente copia per Notarium retinenda, iulum unum: & si ipse Notarius copiam fecerit, habeat pro copia, sicut in primo libro dictum est, ultra iulum praedictum.

Pro nota cuiusvis sententiae pro Fisco, nihil.

Pro nota sententiae absolucionis in causa capitali in prima instantia, etiam si plures fuerint Rei, iulios triginta: in secunda, iulios viginti: in tercia, autem, si esse contingat, iulios decem. In causa vero non capitali, in prima instantia, iulios viginti: in secunda, iulios decem: in tercia, si esse contingat, iulios quinque.

Pro nota decreti habentis vim diffinitiæ in causis praedictis, capiatur pro medietate eius, quod est taxatum pro sententia.

Si plures Rei simul in eodem processu, & ex eadem causa inquisiti, vel accusati, fuerint absoluendi, vna tantum sententia absoluvi debent; & propinæ, seu sportulae pro vna tantum sententia iudicii soluantur, & Notario pro nota & publicatione eiusdem sententiae, ac aliæ mercedes, pro vna tantum sententia similiter soluantur.

Pro relaxatione carceratorum per gratiam, compositionem, vel bannum, Iudices, nec propinas, seu sportulas, neque aliud quicquam recipere debeant.

Pro cassatione eiuslibet simplicis fideiussionis, obligationis vel querelæ, bolonenos decem: sed si fuerit secutus processus, vel examen Inquisiti, non tamen condemnatio, bolonenos viginti.

Pro cassatione processus in causa capitali, in qua veniret imponenda poena mortis naturalis, vel ciuilis, seu abscissionis membra, iulios decem; In causa vero

vero, in qua veniret imponenda alia poena corporalis, bolonenos septuaginta quinque. In reliquis vero causis, bolonenos quinquaginta. Et hoc siue unus, siue plures fuerint Rei.

Pro instrumento sententiae in publicam formam redacto, capiat quantum supra pro nota sententiae est taxatum.

Pro decreto de relaxando carceratos, nihil omnino Iudex, aut Notarius recipiat.

Pro mandato de relaxando carceratum ex quacumque causa, iulios tres. Quod mandatum subscribi debeat per Prothonotarium vt supra.

Pro subscriptione eiusdem mandati de relaxando quocumque carcerato, Iudex & Procurator Fiscalis nihil recipient.

Pro sigillo Senatoris in eodem mandato apponendo, iulium unum.

Pro Cancelllo, & sancti Leonardi nomine, nihil soluatur.

Et in omnibus casibus praedictis, & aliis quomodolibet contingentibus à pauperi, & pro eo, nihil penitus recipiatur, & de paupertate stetur relationi Adiutori & Procuratoris pauperum: & loco copiarum vbi opus fuerit eiusdem Adiutori & Procuratori aucta originalia gratis ostendantur.

De Mercede Custodis Carcerum.

Cap. XCIX.

Pro expensis faciendis Carceratis, in carceribus secretis detentis, habeat Commentariensis siue Carcerarius, carolenum unum pro prandio, & tantumdem pro cena, vel alias iuxta taxam faciendam per eos ad quos spectabit: & debeat horam, qua eos immittit & extrahit de secretis, in libris suis adnotare, id est, si ante vel post prandium vel cœnam; vt prandia, & cœna computari possint; quam horam, si non adnotauerit, nihil recipere possit pro illa die: Teneatur autem dare bonum panem, & bonum vinum in sufficienti quantitate, & saltem libram unam carnis cum ferculo, pro singulis carceratis, quolibet die: & diebus, quibus à carnis abstinetur, aut oua, aut pisces iuxta dierum & temporum qualitatem: Vinum autem à Procuratore pauperum approbari debeat: si contrafecerit, & quoties, pœnam aureorum decem incurrat.

Pro expensis carceratorum non in secretis, neque in publicis, communibus: sed in honestioribus carceribus detentorum, non possit recipere ultra iulios duos cum dimidio, vel iuxta taxam vt supra faciendam, pro qualibet die, etiam à sponte dantibus: nec ei liceat pro huiusmodi debito expensarum, quod interim contrarerint dicti carcerati ultra quantitatem sibi debitam pro decem praeteritis diebus tempore relaxationis, ipsos retinere, vel eorum vestes ab eis auferre: sed cum ipsis Carcerario praesentabitur mandatum de relaxando, statim & incontinenti eum relaxare teneatur; & sibi imputet, si pro reliquo dierum expensis cum cautione, aut pignore sibi non cauerit; salua tamē & reseruata eidem actione ad non solutum petendum. Quod si in præmissis, aut eorum quolibet, & quoties contrauenerit, virgis cæsus officio priuetur.

Sic carcerati in carceribus secretis, vel honestioribus, de quibus supra dictum est, de suo viuere vellent, Carcerarius prohibere non possit; sed teneatur viatum

viatum carceratis allatum ipsis prebere, facta diligent inquisitione, ne quis carceratos in carceribus secretis detentos, alloquatur, neve littere eis mittantur: & tunc Carcerarius pro suo labore non amplius quam bolonenos quinque die quolibet à quocumque carcerato recipere possit; nisi Index prohiberet, cibum aliunde afferri detentis in carceribus secretis. Nec possit Carcerarius carceratos ab honestioribus carceribus expellere, & ad publicos transferre, ex eo quod dicti carcerati de suo viuere velint: si secus fecerit, & in quolibet casuum predicatorum, eamdem poenam fustigationis, & priuationis incurrat.

Non liceat Carcerario à carceratis relaxandis ultra duos Carolenos pro carcere vel custodia, à quois etiam à sponte dante, etiam causa strenæ, aut bibaliorum sive cancelli, aliquid petere vel exigere. Neque pro arrestis contra carceratos factis possit aliquid à carceratis petere: sed ab afferente arrestum, duos tantum Carolenos, & non ultra recipere possit: si secus fecerit, ponatur ad scalas publicas ad verecundiam sive berlinam, audientia durante; & dum plumbum eius quod abstulit, restituat.

Debeat Carcerarius à primo ingressu carcerum tenere capsam habentem superius fissuram, nec non & duas claves, quarum alteram ipse, alteram Procurator pauperum retineat, & cum primum aliquis ad carceres adducitur, pecunias res & bona omnia, quæ penes illum reperientur, singulatim in suo libro mox describere debeat: pecunias autem & mobilia, quæ per dictam fissuram immitti poterunt, per eam intra eamdem capsam statim immittat, reliqua vero mobilia quæ per huiusmodi fissuram immitti non poterunt, saltem infra triduum intra capsam predictam clauibus referandam, & claudendam reponat: Si secus fecerit, puniatur tamquam fur ea poena, quæ Senatori videbitur.

Nequaquam verò eidem Carcerario liceat à damnatis ad mortem, vel ad tremes, aut ad aliam poenam, bona quæ habent circa personas auferre; nec alia bona, quæ iij in carceribus reliquerint, sibi retinere, sed illa teneatur Iudici confignare, qui de eis, deductis expensis, si quæ ipsi Carcerario pro alimentis debentur, prout iuris fuerit, disponat: si secus fecerit, poenam priuationis officijs, & fustigationis, aut trium iustum funis, incurrat.

De Mercede Capitanei, sine Executorum Curiæ Capitolij.

Cap. C.

Cpitaneus sive Executores Curiæ Capitolij, pro executione reali vel personali, in causa ciuili, pro summa scutorum quinque, Carolenos duos; à quinque usque ad decem, iulios duos; à decem usque ad summam viginti quinque, iulios quinque; à viginti quinque ad quinquaginta, iulios decem; à quinquaginta, usq; ad septuaginta quinque, iulios quindecim; à septuaginta quinque usque ad centū, iulios viginti; à centū, usque ad quingentos, iulios triginta; à quingentis usque à mille, scuta quattuor; ab inde supra, arbitrio Iudicis executionem fieri mandantis, dummodo summam iuliorum sexaginta

ginta non excedat; & non ultra recipere possint: & hæc intra Vrbem, & circum millaria tria.

Pro immissione in possessionem bonorum immobilium, vbi non est expressa certa quantitas, scutum unum, & non ultra: si vero sit expressa certa quantitas, seruetur ut proxime dictum est.

Et si contingat executionem fieri in animalibus, tantumdem recipiat, ut dictum est; nec quicquam capere possit ratione capistri, aut ex quauis alia causa.

Pro executione mandati, contra suspectos de fuga, usque ad summam scutorum quinquaginta, non capiat nisi iuxta taxam supra traditam; à summa vero quinquaginta usque ad quamcumque suminam, iulios decem, & nihil ultra recipiat, & eos, expensis tantum creditoris, ut in primo libro dictum est.

Non liceat eisdem, mercedem capere quoquo modo à quauis persona, contra quam habent mandatum de execundo, nisi executionem fecerint cum effectu.

Qui in aliquo ex præmissis contrauenerit, & quoties, poenam viginti quinque aureorum incurrat; & indebita accepta, in duplum restituat.

Pro captura alicuius pro capitali delicto, si per sententiam fuerit absolutus, habeant scuta duo; si vero ex gratia fuerit liberatus, aut poena commutata, scuta tria.

Pro captura eorum, qui puniendi essent poena corporali citra mortem, si per sententiam similiter fuerint absoluti, scutum unum, & non ultra; si ex gratia poena fuerit remissa, vel commutata, aut composita, iulios quindecim, & non ultra: Sed si poena eis fuerit inflicta, nihil accipere possint.

Si capiant aliquem in rixa repertum, aut post, ex causa rixæ, vbi fuissent illata vulnera, vel percussions cum baculo, seu bastone, inter homines honestæ conditionis, pro relaxatione non habeant ultra scutum unum; sed si non fuerint secuta vulnera aut percussions, etiam quod arma interuerint, non ultra iulios quinque, & minus, Iudicis arbitrio, facti & personarum qualitate pensata.

Pro captura eorum, quos deprehenderint deferre arma contra edicta, non possint habere ultra scutum unum; & hoc si de poena non participauerint.

Non audeat Capitaneus vel eius Satellites, ex domibus quas perquirunt, aliqua arma accipere, vel auferre, nisi sint prohibita in domibus retineri, vel nisi pro inditio aliquo ad Iudicem deferrent, qui ea penes Notarium depone, vel prout sibi videbitur, gratis restitui mandet.

Nec etiam audeant cum Notario accedere ad faciendum inuentarium bonorum delinquentium, nisi de Iudicis speciali mandato; & tunc si inuentarium fiat pro causa, in qua homicidium interuererit, non possint habere ultra iulios decem: vbi vero non sit homicidium, iulios quinque, & non ultra.

Nec à captis, dum eos ad carceres ducunt sibi auferre aliqua bona, aut pecunias, neque etiam arma, quando ea contra edicta non deferunt, presumant: sed illa omnia teneantur confignare custodi carcerum conseruanda per eum, ut supra dictum est.

Z Neque

Neque eis etiam liceat, à condemnatis ad mortem, vel ad triremes, aut ad aliam pœnam, quæ bona, quæ circa eorum personas sunt, auferre; sub pœna privationis officij, & trium iustum funis, aut fustigationis per Vrbem.

Hæc autem de executionibus & capturis intra Vrbis mœnia, & circum miliiaria tria faciendis, locum habeant; si autem extra, mercedes prædictæ duplicantur.

Si in prædictis aut eorum aliquo executores ipsi contrafecerint, & quoties, pœnam fustigationis per Vrbem, aut scutorum quinquaginta Iudicis arbitrio incurant; & duplex eius quod acceperint, parti læsa restituant: si plures in præmissis, aut eorum aliquo deliquerint, ad triremes per biennium mittantur; & nihilominus ablata, ut supra, restituant.

De Mercede Scribarum Senatus. Cap. C.I.

Scribæ Senatus, pro rogitibus donatæ Vrbis Ciuitatis, priuilegio in publicâ formam redacto, illiusque regestatione, cum sigillo Populi Romani, pro quo nihil soluitur, non accipient ultra scuta duo.

Pro relaxatione carceratorum, in festo Assumptionis Beatissimæ Virginis Dei genitricis Mariæ, vel ex simili gratia, non ultra iulios quinque.

Pro subscriptione mandatorum pro quibusvis solutionibus, ex decretis consiliorum faciendis, nihil.

Pro lectura diffidationum & reaffidationum tam ciuilium quam criminalium, nihil.

Pro receptione iuramenti Senatoris & Iudicis, nihil.

Pro cero sigillo S. P. Q. R. imprimendo in fronte hominum currentium ad braium, bolonenos quinque pro quolibet.

Pro simili sigillo quadrupedibus similiter ad braium currentibus imponendo, bolonenos decem pro quilibet.

Pro resignatione & vocatione cuiuslibet Thalami quando celebratur solemnis processio in festo assumptionis eiusdem Gloriosæ Virginis Mariæ, iulum unum pro quilibet.

De Mercede Notarij Conseruatorum. Cap. C.II.

Notarius Conseruatorum, pro instrumentis publicis venditionum rerum ad populum pertinentium, non recipiat ultra taxam aliis Notariis supra præscriptam: & nihilominus teneatur notam dictorum instrumentorum cum suis capitulis intra triduum in libro designato gratis describere, & subscribere; & notam Computistæ & Antigrapho consignare, ut supra hoc eodem libro de officio eiusdem Notarii dictum est: alias vero nihil petere possit.

Pro singulis trecentis pecudibus sive capris, ad montes, sive montaneas redentibus, & ascendentibus; si domini sint de Statu Ecclesiastico, vel qui solvant sal & foecaticum, iulum unum.

Pro singulis triginta bobus seu vaccis, aut equis cunctibus, ut supra ad montanæ;

neas; si sint dominorum prædictorum, iulum unum. Pro expeditione sive bulletta pecudum, à quolibet grege sive massaria, cuiuscumque fit, iulios duos.

Pro subscriptione mandatorum solutionum salariorum officialium, non tamen Conseruatorum, non ultra dimidium pro centenario.

Pro subscriptione cuiuslibet significationis seu prouisionis, Non grauetur, de mandato Conseruatorum, bolonenos tres.

De pecunia ludi Agonis & Testaciæ à Camera singulis annis, florenos sex.

Pro recensendis familia, equis, & ornamenti Senatoris, ut infra de mercede Scriptoris Conseruatorum cauetur.

Pro decreto & mandato de relaxando carceratos, in totum iulum unum.

In reliquis actibus iudicariis, seruet taxam aliorum Notariorum.

De Mercede Secretarij Conseruatorum.

Cap. C.III.

Secretarius Conseruatorum pro scriptura, expeditione, & regestatione litterarum, patentium, officialium terrarum Romani populi, non recipiat ultra scutum unum pro qualibet.

Pro fide legalitatis Notariorum descriptorum in matricula, quæ penes ipsum conseruatur, cum sigillo Populi seu Conseruatorum, pro quo nihil soluitur, non ultra iulum unum. De aliis autem Notariis in dicta matricula non descriptis, fidem huiusmodi, nullatenus facere possit, sub pœna falsi.

Pro expeditione cuiusvis supplicationis vassallorum Romani populi, & regestatione illius summarij, & rescripti Conseruatorum, iulum unum, pro qualibet.

Pro scriptura & regestatura litterarum missuarum à Conseruatoribus ad partis, vel cuiusvis Communitatis instantiam, iulum unum.

Pro præsentatione fidei, seu scripturarum, vel receptione testium, quod acclamans ad libertatem, sit Christianus, & pro litteris libertatis expeditis, & regestatis, cum sigillo Populi Romani, pro quo similiter nihil soluitur, non ultra Carolenos decem.

De Mercede Scriptoris Conseruatorum.

Cap. C.IV.

Scriptor Conseruatorum, pro descriptione ingressus Senatoris, & perquisitiōnibus, sive recognitionibus equorum, & familie eiusdem Senatoris, per Conseruatores faciendis, habeat vice qualibet ducatum auri unum, dividendum inter ipsum & Notarium Conseruatorum.

Pro scriptura & subscriptione mandatorum de soluendo officialibus Romanis, Conseruatoribus exceptis, non ultra dimidium pro centenario recipere possit, pro reliquis autem publicum concernentibus, nihil, à priuatis vero modo destè, arbitrio Conseruatorum.

Pro regestatione litterarum concessionis fistularum, ex aqueductu fontis Virginis, bolonenos triginta quinque.

Pro admissione & regestatione quarumlibet litterarum Apostolicarum, etiā

in forma motus proprij, necnon pro regestatione aliarum patentium litterarum, etiam Conseruatorum, in fauorem priuatarum personarum, Iulios quinque, in fauorem autem Populi, nihil.

De Mercede Notarij Camerae.

Cap. CV.

Notarius Cameræ pro scriptura, & adnotatione currētum ad brauium, bolonenos quinque pro quolibet, habere possit.

Pro scriptura verò equorum, & aliarum quadrupedum, bolonenos decem pro quolibet.

Pro scripturā & adnotatione cuiuslibet Thalami in solemni processione, quæ fit in festo Assumptionis Gloriosæ seimper Virginis Mariæ, bolonenos quinque.

Pro fide, quam facit de pecuniis Cameræ solutis, per condemnatos, aut componentes, vsque ad ducatos decem de Carolenis, bolonenos tres, ab inde vsque ad viginti, bolonenos quattuor; ab inde vero supra, carolenum vnum.

Pro cassatione cuiuslibet inuentionis delictorum artificum, siue negotiatorum, bolonenum vnum cum dimidio.

Pro consignatione sigilli à furnariis facienda singulis sex mensibus, bolonenum vnum, pro quolibet.

De Mercede Scriptoris Camerae.

Cap. CVI.

Scriptor Cameræ pro scriptura consignations cuiuslibet animalis repertivæ gari, aut damnum dare, cuius dominus ignoratur, non vltra bolonenos tres recipiat.

Pro sumpto, siue extractu cuiuslibet inuentionis artificum, bolonenum vnum pro quilibet inuentione, seu delicto.

Pro scriptura cuiuslibet fideiussionis præstandæ in Camera, bolonenos quinque.

De Mercede Notarij Gabellarij Maioris.

Cap. CVII.

Notarius Gabellarij maioris pro quilibet inuentione verificata, aut confessæ, pro qua soluta, vel donata, aut composita sit pœna, habeat pro receptione inuentionis, citatione, relatione, intimatione, & cassatione, in totum bolonenos quinque: alias vero nihil recipiat.

Pro mandato de diuidendis bonis in commissum deprehensis, Iulium vnum.

De Mercede Marescalli seu Executorij Palati Conseruatorum.

Cap. CVIII.

Marescallus, seu Executor Palati Conseruatorum, habere possit pro prima grauatoria, bol. vnum à quolibet grauato.

Pro

Liber tertius.

181

Pro secunda grauatoria, bol. vnum cum dimidio.

Pro executione pœnarum taxatarum vsque ad summam scuti viii, bol. tres; ab inde vsque ad tria, bolonenos quinque; ab inde vsque ad quamcumque summam, non vltra bolonenos quindicem.

Pro captura personali, pro delicto, non vltra, iulios quinque.

Pro executione facienda in vim mandatorum Consulum artium, vsque ad summam scutorum decem, bol. vnum cum dimidio pro quilibet scuto; inde vsque ad scuta viginti, iulios tres; inde vsque ad quamcumque summam, iulios quinque, & non vltra.

De Mercede Praconum, seu Bannitorum.

Cap. CIX.

Pracones seu Bannitores, pro quilibet edito siue banno de Conseruatorum mandato publicando, non vltra iulios duos recipere possint: sed si generale sit, vel comprehendens omnes artifices iulios quatuor.

Pro editi publicatione ad instantiam priuatarum personarum, vt sunt pro aditionibus hæreditatum, venditionibus, siue subhastationibus bonorum, denuntiatione, vel reuelatione animalium amissorum, iulios duos, & non vltra: & si sibi animalia desperita fuerint denuntiata, ante edictum, non amplius pro eorum indicatione, seu manifestatione, quām iulios duos recipere possint.

De Taxa seruanda per Custodes Portarum & Pontium Urbis.

Cap. CX.

Portarum & Pontium Urbis Custodes, infra scriptas taxas vulgari lingua traditas pro rebus, quæ in Urbem, vel extra Urbem conuenientur, in uiolabili obseruare teneantur, sub pœnis inferius expressis.

Per entrata, & similmente per vscita di ciascheduna soma di qual si voglia forte di Seta Velluto ò Broccato, ò Tela d'oro, & d'argento, baiocchi due.

Per mezza soma, bai. uno.

Per vn fardello fino à cinquanta libre, niente.

Per entrata & vscita per ciascuna soma di panni Fiorentini, & d'ogni altra forte, bai. uno & mezzo.

Per mezza soma, quattrini tre.

Per intrata, & vscita di ciascuna soma di zucchari, cera, & altre cose di spetaria, bai. uno.

Per mezza soma, quattrini due.

Per entrata di ciascuna soma di suola, lino, acciaro, bambace, guarnelli, lana, canape, tele noue de forastieri, bai. uno.

Per entrata di ciascuna soma di legnante lauorato, ferro, carbone, vena di ferro, & altre cose simili, quattrini due.

Per entrata di ciascuna soma di olio, fichi, pesce, tonnina, & altre cose simili, bai. uno.

Per

Per la uettouaglia che si porta alla corte doue sta la Santità di N. S. fuora di Roma, niente.
Et similmente se si portarà per vendere alle Fauerne & hosterie de luoghi dove starà sua Santità fuora di Roma, niente.
Pane, olio, carne salata, & vnto per li pastori, niente.
Per entrata di ciascheduna soma di lana, quattrini due.
Per entrata di ciascuna soma di cacio, quattrini due.
Per entrata di ciascuna soma di capretti & porchette, che siano di quattro mesi, & similmente oua, & polli, quattrini due.
Per entrata di ciascun carro carico di legname lauorato, baiocchi due.
Per legname non lauorato, baiocchi tre.
Per vn carro di fieno, baiocco uno.
Per entrata di ciascuna soma di vino forastiero, baiocco uno.
Per entrata di ciascheduna soma di vino Romano, cioè mosto o acquato, tutto vn di con vna bestia, quattrino uno.
Per entratura di bestiame forastiero fino al numero di dieci bestie, quattrini i due: per insino à cinquanta, baiocco uno; da cinquanta sino à qualunque soma, baiocco uno e mezzo.
Per vscita di bestiame di qualunque sorte si sia, niente.
Per entrata & vscita di ciascuna morra di pecore per vna volta l' anno, baiocco uno.
Per entrata di ciascuna soma di legna di bosco, vn pezzo di esse legna.
Per entrata di ciascuna soma di fieno, vn mannello secondo l'ysanza, ouero vn quattrino, eccetto le some per seruitio della Santità di Nostro Signore, & dell'Illustrissimi & Reuerendissimi Cardinali, & Camerali; che non sono soliti à pagare.
Per entrata di ciascuna soma di guado, pelli concie, candelotte, & cose simili, baiocco uno.
Per meza soma, quattrini due.
Per entrata di pelli & corà morticine, quattrini due per soma, & essendo di Romanini, niente.
Per entrata di cenere, canne, viti, legna, fascine di vigne di Roma, niente.
Per tronco di bestie grosse di massaria per tutto l' anno, baiocco uno.
Per soma d'herba da cauallo, quatriho uno.
Per fascio di herba o di legna, niente.
Per soma di ortaglie da mangiare, quattrino uno.
Per soma intiera di melloni, quattrini due.
Per soma intiera di cauoli capucci, quattrini due.
Per soma non intiera di cauoli capucci, & melloni, mescolati con ortaglia, quattrino uno.
Per soma deagli, cipolle, & cocuzze, quattrino uno.
Per soma di piselli, faue, & ceci verdi, quattrino uno.
Per soma di frutti di ogni sorte forastieri, baiocco uno.
Per soma di vua & frutti Romani, niente.
Et di tutte l' altre cose che qui non fussero comprese, si habbia da stare alla dichia-

dichiaratione de li Conseruatori, i quali habbiano à giudicare per simili due saranno; se non per loro mero arbitrio.
Et chi contrafarà, per ogni volta incorra nella pœna di scudi dieci d'oro, ouero di due tratti di corda ad arbitrio de' Conseruatori, & à pagare il quadruplo, dell'indebitamente estorto alla parte grauata.

Ut in casibus Mercedum non expressis, similes attendantur. Cap. CXI.

Si casus euenerint, qui in præsentibus taxationibus decisi non sint, per similes expressos, per Senatorem, & Conseruatorum in eorum respectu palatiis decidantur: sed si similia non inueniantur, tunc Senator in sua curia adhibitis Corretoribus, seu si ipsorum alter suspectus sit, Proconsulibus: Conseruatorum vero adhibito consilio Capitum Regionum, ac Tredecim, & viginti sex consiliariorum, negotium terminent, prout eis uidebitur expedire; & ab eis nullo modo liceat appellare.

Ut Notarii, Officiales, & Custodes sint contenti Mercede eis constituta. Cap. CXII.

Omnes Notarii, Scribæ, & Officiales quicumque, cuiuscumq. dignitatis, & exercitij sint, ac etiam portarum, & pontium Custodes, quibus per præsentia Statuta, certum salaryum, certaque merces assignata, & præfinita est, sint & esse debeant eorum salaryis, & constitutis mercedibus contenti; nec quicquam ultra quous prætextu, ratione, vel causa petere, exigere, aut etiam à sponte dantibus recipere possint. Qui secus fecerint, si eis per præsentia statuta pœna præfinita non est, quadruplum parti, & aureos decem Cameræ Vrbis pro pœna persoluant.

Ut omnes Officiales publice habeant taxas mercedum affixas. Cap. CXIII.

Vniuersi Notarij & Scribæ, Executores, Custodes carcerum, portarum, & pontium, Tubatores, & demum quicumque alijs quibus per præsentia statuta, certa merces est præfinita, in eorum officiis & locis vbi exercent officia particularem tabellam, in qua sui officij, mercedes, ita ut præfinitæ sunt in præsenti volumine, versæ tamen in vulgarem sermonem, & per extensum, & non per notas descriptæ, in propatulo, ita ut ab omnibus inspici, & legi possint, suspensam habere debeant. Qui vero sine ea deprehensus fuerit, post mensem à die publicationis præsentium Statutorum, pœnam aureorum decem mulctetur; & si post multam per triduum ea carere repertus fuerit. Officio priuetur, & nihilominus pœnam aureorum vigintiquinque persoluat.

Sequitur

Sequitur tenor formæ Bannimentorum Magistrorum Iustitiariorum.

**FORMA DE BANDI DE
Maestri Giustitieri.**

Per prouedere, rimouere, & punire tutti li scandoli, danni, differentie & frau di che poteſſero nascere, farſi, & interuenire, tanto nelle vigne & canneti, dentro & fuori di Roma, quanto nelli altri luoghi infrascripti: & accioche tanto il publico quanto il priuato, non ſia leſo, ma conſeruato; ordiniamo & comandiamo, che ſi oſſeruino inuiolabilmente li bandi & capitoli infrascritti, ſotto le penne in effi contenute, da applicarſi come appreſſo ſi dirà: auuerendo che ſi darà fede all' Accuſatore col ſuo giuramento, & con vn Testimonio degno di fede, ouero col pegno tolto al delinquente nel luogo del delitto & vn testimonio ſimilmente degno di fede.

Che niuna persona di qualunque ſtato, grado, & preeminenza ſi ſia, ardiſca ne preuima andare in vigne, giardini, canneti, & ſimili poſſeſſioni chiue di frate, foſſi, & muri, ne di dì, ne di notte, ne con bestie di qual ſi voglia forte, ne à piedi, & à cauallo, à far danno, ſenza expreſſa licentia dellii padroni, o di chi in nome loro harà la cuſtodia & guardia dellii predetti luoghi, ſotto la pena di ducati tre di carlini per ciascuno & ciascheduna uolta, da applicarli per vnterzo all' Accuſatore, & l' altro terzo all' officio dellii detti Maeftri, & l' altro alla Fabrica del Palazzo dell' Illustris. Signori Conſeruatori: & oltre la pena ſia tenuto à pagare il doppio del danno alli padroni; & non poſſendo pagare la pena, & il danno, ſaranno poſti alla berlina, deſcritta & demoſtrata la cauſa del delitto al collo del delinquente, ad arbitrio di effi Maeftri Giuſtitieri.

Ancora ſi prohibiſſe, che niuna persona debba vēdemmiare in vasche altrui, ne far foſſi fra li vicini, ne fratte in viali communi, ne cauare & romper limiti, ſenza licentia dellii padroni, ſotto la pena di vinticinque ducati ſimili, da applicarſi come di ſopra.

Che niuna persona debba far foſſi, & carbonari, ne buttare alcuna forte di pieſtre, & terra nelli vicoli vicinali communi, & publici, tanto fra le vigne, quanto fra li canneti; ne in effi far foſſi, & coſe ſimili, per le quali effi vicoli ſi riftrin geſſero, & l' uſo loro diuenti peggiore, ne riuſtrin geſſere le loro fratte verso li vicoli: ma quelli ridurre, & allargare in priftino ſtato, ſotto la pena predetta da applicarſi come di ſopra.

Che ciascun padrone di tali poſſeſſioni, che haueſſero occupati, & deteriorati li vicoli ſopradetti, debbano fra termine d'vn mene hauerli nettati, & reſtituiti & retirate le loro fratte, & riempiti li detti foſſi, & carbonari allo ſtato priftino, ſotto la pena predetta, da applicarſi come di ſopra. Notificando che fe alcuno fra detto termine, non farà quanto di ſopra; li detti Maeftri faran no nettar, & reſtituire, & retirar le fratte, & riempir li foſſi alle ſpeſe dellii padroni di effe poſſeſſioni, vigne, & canneti, & ſi procederà alla pena ſenza remiſſione alcuna.

Che

Che tutte & singule persone, quali haueſſero ouero teneffero occupate, & riſtrette uie publiche & vicinali fra le vigne, dentro & fuora di Roma & fra le vigne vicino alli Casali fuora di Roma le debbano rimettere & ridurre al priſtino ſtato, fra termine di quindici giorni, ſotto pena di vinticinque ducati ſimili, da effigerſi irremiſſibilmente, & da applicarſi come di ſopra. Notificando, che paſſato il detto tempo, effi maeftri anderranno à riuedere li detti luoghi occupati, & li reſtituiranno in priftino à ſpeſe dellii occupatori.

Che niuna persona ardiſca & preuima cauare & rimouere termini, ne ſpianare, & guaſtare, & lauorare li limiti, ouero confini, ſenza licentia dellii padroni, ſotto la pena expreſſa nellii ſtatuti generali del popolo Romano.

Che niuna persona debba tagliar viti, & arbori fructiferi, & non fructiferi nelle poſſeſſioni, canneti, & uigne d' altri, ne ſpianare, & eſtirpare iſiti, & altri arbori & piante, ſotto la ſimil pena di quindici ducati da applicarſi come di ſopra, & di pagare il danno alli padroni.

Che niuna persona debba guaſtar fratte, ne pigliar legna, anco tagliate, ne togliar canne ouero pali vecchi, & nuovi, ne occhi di canne piantati, tanto nelle uigne, quanto nelli canneti, ſotto la pena di ducati dieci, & non hauendo modo da pagare, faranno fruſtati, ouero poſti alla berlina. Notificando che nella medeſima pena pecuniaria incorreranno etiamdio quelli che ſcientemente compraranno detti occhi di canne, & iſiti, & arbori.

Che niuna persona Guardiano & Ortolano, quali ſtanno fra le uigne, debba far ridutto, & dar ricetto nelle loro caſe, ouero capanne, ad huomini che ſogliano far danno à uigne & canneti, ſotto la medeſima pena, da applicarſi come di ſopra, & di pagare tutto il danno, che ſi faceſſe nelle uigne & poſſeſſioni di quel contorno, dove ſi trouaffe eſſer ſtato dato tal ricetto.

Che niuno Guardiano & lauoratore di uigne, mezzarolo & cottimaro lo di effe, debba, & poſſa uendere alcuna forte di frutti, uua, & agreſta, ſenza licentia del padrone: & non poſſano li ſopradetti di notte portar frutti, agreſta, & uua di alcuna forte, ſenza licenza ſcritta dal padrone, ſotto la pena di tre ducati, da applicarſi come di ſopra.

Che niuna persona, etiamdio fruttarolo, & riuenderolo, poſſa portare di giorno alcuna notabile quantità di frutti, agreſta, ouero uua dalle uigne, tanto fuora quanto dentro di Roma, ſenza il bollettino del padrone delle uigne, ne di notte in modo alcuno, anco col bollettino del padrone, ſotto pena di perdere li frutti, ecceſſo ſe il padrone andaffe con lui.

Che niuno fruttarolo, & riuenderolo, poſſa uendere alcuna forte di frutti, agreſta, moscatello, gattolaccio, & uua, ſenza expreſſa licentia & bollettino di detti Maeftri Giuſtitieri ſotto pena di ducati tre da applicarſi come di ſopra, & di perdiſta della robba, la qual licentia ſi debba loro dare gratis, & ſenza pagamento alcuno.

Che li fruttaroli, & altri riuenderoli, non poſſano comprare frutti di niuna forte, ſe non dalli proprii padroni, & non da vignaroli, mezzaroli, & cottimaroli ſenza licenza & ſaputa dellii padroni, ſotto pena di cinque ducati, da applicarſi come di ſopra.

Che niuno hoſte, & altra forte di persona, poſſa, ne debba comprare, ne ricetta-

A 2 re agre

re agresta di uigne , & atta à far far mosto: ma solo si possa vendere , comprare & ricettare agresta naturale , & quella del gattolaccio sotto la pena predetta , da applicarsi come di sopra .

Et per togliere le occasioni & suspitioni del robbare , si ordina che niuna persona possa , ouero debba portare , ne far portare in collo , ò con some , ne uendere tanto in mercato quanto altroue , alcuna quantità de infisi , ouero arbori fruttiferi , senza licentia ò bollettino sigillato dalli officiali della sua terra , se farà forastiero : ouero dalli Padroni delle possessioni dove l'haueranno cauati , essendo in Roma , ò suo contorno , sotto la pena di ducati cinque da applicarsi come di sopra , & perdita delle piante .

Che tutti quelli che portaranno herbe segate per vendere , tanto con bestie , quanto senza , non possano , ne debbano andare in uigne , sodi , ouero canneti à far herba , senza licentia delli padroni alla pena predetta : ma contra diloro non si possa procedere , se non à querela delli padroni , & non altrimenti .

Et se alcun padrone , ò guardiano pigliaffe animali , ferro , ò alcuno altro pegno à chi desse danno in uigne , canneti , & sodi di vigne , uicoli , & fratte , debba il giorno seguente consegnarli al Notario di essi Maestri , sotto pena di vinticinque ducati , da applicarsi come di sopra , & di esser punito anche per furto . Che niuna persona debba comprare catarcioni , ferrature , bandelle , zappe , uanghe , bidenti , ò altri ferri da vigne , da persona che non conosca , & sappia , ò possa subito nominarla , sotto la pena di ducati dieci , da applicarsi come di sopra .

Che niuno portinaro delle porte di Roma , ò guardiano de ponti , debba dar ricetto ne di giorno ne di notte , à gente che fusse solita andare à rubbare nelle vigne , arbori , canne , uiti , agresta , vua , frutti , & altre cose simili : ma li debbano capitando in detti luoghi , ritenere , che guadagnaranno il terzo della pena : altrimenti incorreranno nella pena di ducati vinticinque quanto al ricettante , & di vn ducato quanto al non retinent e , da applicarsi come di sopra .

Che tutti quelli che faranno trouati in uigne , canneti , & sodi à far stroppe , vitalbi , falci , ouero olmi ; & quelli che faranno trouati portarli per uenderli , ò per suo uso senza licentia delli padroni , caschino in pena di vn ducato simile , da applicarsi come di sopra ; & debbano in ogni modo rifare il danno alli padroni .

Si prohibisce & comanda , che li caprari non possano ne debbano far danno alle fratte delle vigne , canneti , & sodi cinti di fratte , fossi , ò muri con loro capre , & contrafacédo , caschino in pena di ducati due , da applicarsi come di sopra , & alla emendatione del danno , alla qual contrauentione , & pena , si proceda solamente à querela del padrone , & non altrimenti : & entrando dette capre in vigne & canneti , la pena sia duplicata , purche le dette uigne & canneti siano cinti di fratte , muri , ò fossi . Et il padrone sia obligato per il garzone , ouero à dare le capre , & si creda all'accusatore con un testimonio degno di fede .

Che ne anco alcuno Macellaro , asinaro , ò altra persona , quale andasse pascendo animali , debba far danno alcuno in uigne , sodi , fratte , ò canneti , cinti come di sopra , sotto pena di tre ducati : & in caso di contrauentione , si proceda solamente à querela di parte . Ne meno gl'istessi , ne li caprari , andando à pascere ,

pascere , debbano portare arme di sorte alcuna , alla pena di ducati quindici , da applicarsi come di sopra , ouero di esser posti alla berlina .

Che li custodi , ò portinari di Roma , sotto pena di vn ducato , non debbano lasciar passare alcun lauoratore con alcuna sorte di fascine , canne , stroppe , ò fasci di legna senza expresa licentia delli padroni delle uigne , & possessioni predette , ne essi lauoratori le debbano portare alla pena predetta , & perdita di dette robbe che portaranno .

Che niuna persona di qualunque stato ò conditione si sia , debba impedire , ne far date impedimento , ne dire ingiuria alcuna alli Effecutori di essi Maestri , tanto in Roma , quanto fuor ea , esequendo di giustitia , sotto pena di vinticinque ducati da applicarsi come di sopra .

Che niuno Effecutore ò Denūciatore di essi Maestri , possa , ouero debba pigliare danari , ò far fraude alcuna : ma debba ciascun di loro far l'offitio suo diligentemente , & fidelmente alla pena della frusta , ouero di vinticinque ducati , da applicarsi come di sopra ; & l'accusatore sarà tenuto secreto .

Notificando ancora , che se farà contravenuto in modo alcuno a quanto si è detto in questi capitoli & bandi , il padrone sarà tenuto per il garzone in tutte le cose predette , se già non desse l'animale per il danno , come si è detto di sopra .

Et quia Ego Horatius Fuscus S.P.Q.R. Scriba præmissis omnibus , dum ut iacent , emendantur , supplerentur & fierent , interfui , & in notam sumpsi . Ideo hic me manu propria subscripsi , ad futuram rei memoriam .

F I N I S L A V S D E O .



HAtendo la Santità di Nostro Signore Gregorio Papa Decimoterzo, con firmati li Statuti di questa Alma Città, nuouamente riformati, fatti & compilati, per ordine dell'inclito Popolo Romano, come appare per lettere Apostoliche di sua Santità, piombate, & stampate nel principio di detti Statuti. Per tanto per parte dell' Illustrissimo Signor Senatore di essa città di Roma & suo Distretto, il Sig. Giulio Cesare Segni, Conte & Cauallier Bolognese, dell'una & l'altra ragion Dottore, & degl' Illustrissimi Sig. Conseruatori della Camera di Roma li Sig. Lelio Sorice, Alfonso Aula, & Mario Velli, & Prospero Boccapadule Priore dell'i Sig. Caporioni, si notifica à tutte & singule persone, alle quali appartiene, & à essi Statuti sottoposte, acciò non possa no pretendere ignoranza, che li debbano inuiolabilmente offeruare, si come in detta Bolla si contiene. Dat. in Capitolio Die vi. Septembris. M.D.LXXX.

Horatius Fuscus S.P.Q.R. Scriba.

P. Paulus Mutianus Scriptor Illustriss. DD. Conser.

Io Vincēzo de Brunis publico Banditore, ho fatto il soprascritto bando in Cam
pidoglio, & per Roma, nelli luoghi soliti & consueti, questo di viij. di Settembre.



GRATIAE IMMVNITATES ET FACULTATES

*per summos Romanos Pontifices Almae Urbi
Rome Populoque Romano
concessa.*



LITTERÆ BONIFACII PAPÆ OCTAVI in fauorem Magistrorum & Scholasticorum in Gymnasio Almae Vrbis profitentium.



ONIFACIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filiis Abbatij S. Laurentij extra muros, & Priori Basilicæ ad Sancta Sanctorum, ac Archipresbytero Ecclesiæ S. Eustachij de Vrbe, Salutem & Apostolicam benedictionem. In supremæ præminentia dignitatis diuini dispositione Consilij constituti, ad vniuersas fidelium regiones nostræ vigilantia creditas tamquam Pastor Dominici Gregis aciem apostolicæ considerationis extendimus, ad earum profectum quantum nobis ex alto permittitur intenden tes, sed ad vrbium Vrbem, Romanam videlicet ciuitatem, quam diuina clementia statuit caput orbis, eò attentioris meditationis intuitum retorquemus, quò principalius in eadem nostri sedem apostolatus cælestis dispositio stabilitut & firmauit Ecclesiæ fundamenta. Hanc profecto nimirum inter cæteras vrbes sub Christianæ religionis fidei militantes vberioris affectionis prærogatiua prosequimur, studiosius apostolicis munibus præsidii, & condignis libentius gratiis honoramus: ideoque feruenti non immerito desiderio ducimur, quòd eadem vrbis quam diuina bonitas tot gratarum dotibus insigniuit, Scientiarum etiam fiat fecunda muneribus, vt viros producat consilij maturitate conspicuos, virtutum redimitos ornatibus, ac diuersarum facultatum dogmatibus eruditos, sitque ibi fons scientiarum irriguus de cuius plenitudine hauriant vniuersi litteralibus cupientes imbui documentis. Ad hunc igitur vniuersalem profectum non solum incolarum vrbis ipsius & circumpositæ regionis, sed & aliorum qui præter hos quasi continuo de diuersis mundi partibus confluunt, ad eamdem studio paternæ sollicitudinis intendentem, diligenti super hoc cum fratribus

fratribus nostris deliberatione præhabita ; de ipsorum consilio auctoritate apostolica duximus statuendum, quod in vrbe prædicta perpetuis futuris temporibus generale vigeret studium in qualibet facultate, ac docentes & studentes ibidem omnibus priuilegiis libertatibus & immunitatibus concessis Doctribus & Scholaribus in studiis generalibus commorantibus gaudeant & vtantur. Et ne huiusmodi ipsorum studium (quod de bono semper in melius dirigi cupimus) perturbari contingeret, auctoritate prædicta decreuimus, vt Doctores vel Scholares in huiusmodi R.o. studio commorantes non possint inuiti in Cu. Capitolij occasione qualibet ciuiliter vel criminaliter conueniri, nisi forsan (quod absit) homicidium per aliquem vel aliquos de eodem studio Romano perpetrari contingeret: quo casu Vicarius Rom. Pont. contra Clericos, Senator vero vel Senatres qui pro tempore fuerint in vrbe prædicta, contra Laios procedant, & faciant quod iustitia suadebit. Nec ad alias contributiones in Taliis aut collectis quæ imponerentur pro tempore habitatoribus dictæ vrbis, seu aliqua obsequia communi vrbis ipsius præstanta, prætextu moræ, quæ in eadem vrbe contraherent, vel aliqua pedagia ratione rerum suarum quas ad dictum Romanum studium deferri, vel exinde reportari facerent, doctores aut scholares eiusdem Romani Studij teneantur, quodque pensiones domorum quas Doctores vel scholares in eadem vrbe studiorum causa morantes inhaberent, taxari deberet per duos taxatores, quorum unum ipsi Doctores & scholares alterum commune ipsius vrbis eligant, & si ij duo concordare nequarent, stetur taxationi Tertii taxatoris ab eisdem Doctribus & scholaribus eligendi, ac ultra taxationem huiusmodi nihil ab eis possit exigere nomine pensionis pro dominibus antedictis: Et licet Roma communis sit patria, si tamen quispiam litem contra scholares peregrinantes causa studiorum in illa super aliquo negotio mouere voluerit, huiusmodi rei optione data scholaribus ipsis eos coram domino, aut Magistro suo, vel predicto Vicario conueniat iuxta legitimam super hoc editam sanctionem: & qui contrafecerint pœnam dictæ sanctionis incurvant. Rectores quoque quos Doctores & scholares eiusdem Romani studij pro tempore duxerint eligendos in ipsos Doctores & scholares ac familiares ipsorum, tam circa cognitionem & decisionem causarum ciuilium & criminalium ciuiliter motarum & etiam criminaliter in criminibus leuioribus, quam ipsorum corrigendo excessus leues, ordinariam obtineant potestatem: vt autem Doctores & scholares predicti eo liberius intendere studio valeant, ac proficere in eodem quo maioris fuerint gratiae fauore muniti, ipsis auctoritate prædicta concessimus, vt dum huiusmodi studio docendo vel audiendo insisterent, fructus, redditus & prouentus omnium beneficiorum suorum cum cura vel sine cura etiam si eorum aliqua personatus vel dignitates existerent, cum ea possint integritate percipere, quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, cum qua illos perciperent si in ecclesiis in quibus illa obtinent personaliter residerent, & ad residendum in eis interim minime tenerentur, neque ad id à quoquam valeant coactari. Non obstan. quibuscumque statutis & consuetudinibus contrariis dictarum Ecclesiarum iuramento, confirmatione sedis apostolicae, vel quacumque firmitate alia roboratis, etiam si de illis seruandis per se vel procuratore suos præstassent forsitan iuramentum. Verum quia non sufficit

sufficit priuilegiorum & indulgentiarum aliquibus dare præsidia, nisi sint qui super iis eos manuteneant & defendant, cum parum sit in Civitate ius esse, nisi qui illud tueatur existat, discretioni vestrae per Apostolica scripta mandamus, Quatenus vos vel duo aut vnu vestrum per vos vel alium seu alios eisdem Doctribus, ac scholaribus qui eiusdem Romani studij pro tempore fuerint, efficacis defensionis prædio assistentes non permittatis eos vel eorum aliquos contra huiusmodi statuti, constitutionis & concessionis nostrarum tenores ab aliquibus molestari. Molestatores huiusmodi necnon contradictores quoslibet & rebellis quicunque & cuiuscumque conditionis fuerint aut status, etiam si Pontificali, vel alia quauis præfulgent dignitate, auctoritate apostolica appellatione postposita compeicendo. Non obstan. supradictis feu de duabus dietis edita in concilio generali & nostra qua cauetur, quod Conseruarores a sede deputati prædicta aliquos ultra vnam dietam a fine dicecessis eorumdem trahere non presumant, & quibuscumque alis constitutionibus contrariis, dummodo ultra tertiam vel quartam dietam extra suam dicecessim aliquis auctoritate præsentiū non trahatur, aut si aliquibus ab eadem sit sede indultum vel in posterum indulgeri contingat, quod excommunicari, suspendi vel interdicti non possint per litteras apostolicas impetratas, vel etiam impetrandas, nisi eadem litteræ impetrandas plenam & expressam fecerint de indulto huiusmodi mentionem, & quibuslibet litteris & indultis apostolicis per quas præsentibus non expressas vel totaliter non insertas vestrae iurisdictionis explicatio in hac parte posset quomodolibet impediri, & de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum in nostris litteris mentio sit habenda. Volumus autem quod quilibet vestrum etiam super negotio per collegam suum in hac parte primus inchoato se intromittere valeat, & procedere in eodem, prout & quotiens fuerit opportunum. Dat. Agagniæ Anno Incarnationis dominice Millesimo Trecentesimo tertio. Octauo Idus Junij, Pont. Nostri Anno Nono.

LITTERÆ EVGENII PAPÆ QVARTI,
in quibus salarium Magistris in Gymnasio Almæ vrbis profitentibus, de Vini forensis vestigali assignatur.



V G E N I V S Episcopus seruus seruorū Dei, Ad perpetuā rei memoriam. A supremo patrefamilias in domo domini superna dirigēte prouidentia insufficiētibus quamquā meritis dispensatores effecti, inter curas innumerās, quibus ocurrētiū rerū negotiorūque varietatibus obsidemur, officijs debito pastoralis sollicitudine perurgemur assidua, vt ad domū ipsam sapientiæ doctrinæq; ministeria, gregē nobis creditum salubriter euocemus, & fidelibus singulis ad querendū litterarum studia, per quæ diuini nominis, orthodoxæque fidei cultus protenditur, iustitia colitur, tam publica quam priuata res geritur, omnisque prosperitas humanae conditionis augetur, libenter fauores gratos impendimus, & opportunæ commo-

commoditatis auxilia liberaliter imparsumur. Dudum siquidem ad vniuersalem profectum non solum incolarum alia vrbis & circumpositæ regionis, sed & aliorum, qui quasi continuo, de diuersis mundi partibus, ad eamdem confluunt vrbem studio paterna sollicitudinis intendentibus: diligentibus desuper cum venerabilibus fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus deliberatione præhabita de ipsorum consilio, auctoritate apostolica inter alia statuimus, decreuimus & ordinauimus, quod in vrbē prædicta perpetuis futuris temporibus, generale studium vigeret in qualibet facultate, ac docentes, & studentes ibidem omnibus Priuilegiis, libertatibus, & immunitatibus, concessis Doctoribus, & Scholaribus, in studiis generalibus commorantibus, gauderent & vterentur: quodque in Gabella vini forensi, quod in tabernis venditur, pro qua venditores huiusmodi vini sex denarios pro qualibet libra Cameræ dictæ vrbis soluere tenebantur, etiam pro libra tres adderentur solidi cum dimidio pro salario Doctorum ad legendum in dicto studio conductorum, & aliis occurrentibus inibi iuxta ordinationem Rectoris, & reformatorum, pro tempore existentium præfati studij, deducendis expensis, prout in nostris inde confessis litteris plenius continetur. Nos igitur ut temporis progressu tales in ipsius studij reformatores assumantur, quorum diligentia, & circumspetione votiuos, prosperosque iugiter huiusmodi studium contingat auctore Domino habere successus, dilectorum filiorum Nobilium virorum, Iustini Pauli de Planca legum Doctorum, & nostri consistorij aduocati, necnon Ioannis de Capoccinis, & Ioannis Cecchi de Cangialafinis, modernorum Conseruatorum, Ciuium Romanorum, ac Iacobi de lo Damaro de regione montium, Cecchi de Bucchamatiis de regione Triuji, Laurentij domini Pauli Toti de regione Columnæ, Laurentij Pauli Collarij de regione Cäpimartis, Nuccij Cecchi de regione Pontis, Syluestri de Téperiis de regione Parionis, Syluestri Antonij Paloni de regione Arenulæ, Nuccij Ciaffi de regione S. Eustachij, Cecchi Antonij de Rugeriis de regione Pineæ, Luce Nannoli de Buccabellis de regione Cäpitelli, Francisci Antonij dela Balestra de regione S. Angeli, Juliani Sciusciæ de regione Ripe, Laurentij Benediti Obicionis de regione Transtiberim, Capitum regionum dictæ vrbis, in hac parte supplicationibus inclinati, perpetuis futuris temporibus irrefragabiliter obseruanda constitutionis editio, auctoritate prefata volumus, & ordinamus, quod ipsi Conseruatores, & Capita regionum etiam pro tempore existentes Annis singulis de mense Decembris, Duodecim ex notabilibus Ciuibus Romanis, inter quos aliqui in iure Canonico vel Ciuali Doctori sint primo, necnon alias tabelliones publicos tres fide ac facultatibus idoneos etiam Ciues Romanos eligere, & ipsius Ecclesiæ Camerario, vel eius locumtenenti pro tempore existenti presentare debeant: ipseque Camerarius siue locumtenens ex huiusmodi Duodecim primo, ut præfertur, electis, quatuor (quorum unus omnino in præmisso iure Doctor existat) ipsius studij reformatores, & illorum notarium ex dictis aliis tribus tabellionibus, vnum constitutus, & deputet, qui protinus ex tunc pro talibus habeantur, & eorum inibi cuiuslibet officium per Annum dumtaxat duret, eoque finito reformatores ipsi de omnibus & singulis per eos circa prædictum illorum officium gestis, & administratis coram Conseruatoribus vrbis, & tribus ex capitibus regionum per alios Capita regionum communis.

communiter eligendis similiter pro tempore existentibus, ac uno alio probo viro ad hoc per prædictum Camerarium vel eius locumtenentem deputando, legales rationem & calculum, reddere fint astricti: & ad id, quoque omnia & singula de rebus, emolumentis, & bonis, quæ ad eos ipsius officij ratione peruerent, extantia consignant, & quæ negligenter, vel fraudulenter interim administrauerint, omnino resarciant, & refundant illis qui tunc de novo dicti studij reformatores extiterint, per ipsos Conseruatores, qua conuenit districcionē coarctentur. Conseruatores quoque ac tres ex capitibus regionum, per ipsos Capita regionum, vt prædictur eligendi, & reformatores prædicti simul cum dicto alio, per Camerarium, vel eius locumtenentem, vt prædicti deputando, seruatis debitis, & quæ in talibus in dicta vrbē fieri consueverunt subhaftationibus & modis, Gabellam huiusmodi vendant, & quæ prouenerint inde pecunias apud aliquem, vel aliquos fidos, ac famosos Mercatores, in dicta vrbē pro tempore existentes deponant: & quotiens expedierit, ipsi Reformatores, per seipso pecunias huiusmodi pro salariandis inibi legentibus doctoribus, aut aliis ipsius studij supportandis oneribus exponere: residuum quoque pecuniarum huiusmodi in alios dicti studij usus, & utilitatem conuertere necnon de præfatorum Conseruatorum, & trium vt præfertur capita regionum, & deputandi huiusmodi consensu, pro dicto residuo domum, leu habitationem, aut Collegium pro pauperibus inibi collancidis, Scholaribus, & studentibus, construi, & ædificari, possessionesque, & domos, vel alia immobilia bona, ad ipsius Domus seu collegij opus emere, necnon omnia alia, & singula, quæ in præmissis, & circa ea quomodolibet necessaria, vel opportuna fuerint, facere, gerere, & exercere valeant: super quibus omnibus plenam, liberamque concedimus eis tenore præsentium potestatem. Non obstante omnibus quæ in dictis litteris non obstat voluimus, Cæterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum licet hæc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo trigesimo secundo. Septimo Idus Feb. Pont. Nostræ Secundo.

LITTERÆ. LVII PAPÆ SECUNDI
per quas vini vectigal, quod à salario Magistrorum profitentium supereft, in refectionem murorum Almae Vrbis,
Rom. Pop. assignatur.



V L I V S Episcopus, seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Et si ex debito pastoralis officij, ex alto nobis licet insufficientibus meritis iniuncti, curæ nobis præcipue incumbat, ne Ciuitates, & alia loca Romanæ Ecclesiæ, in eorum structuris, & propugnaculis

Bb culis

culis dilabantur, Vrbem tamen nostram, in cuius ambitu Beati Petri sedes, quā diuina fauente gratia teñemus, necnon tot diuinæ, & mirabiles reliquæ, totque amplissimæ Ecclesiæ, vbique Romanus Pontifex cum sua curia circuitur, & protegitur, non solum vt ipsius Vrbis mœnia antiquitate collapsa reparemus, sed illa nouis structuris munire & firmare, etiam ad honorem Beatorum Petri, & Pauli, quorum sanguine conspersa extitit, teneri fatemur. Dudum siquidem fœlicis recordationis Eugenius Papa Quartus, prædecessor noster, ad vniuersalem profectum, non solum Romanorum Ciuium, & Circumuincinæ regionis, sed aliorum, qui quasi continue de diuersis mundi partibus, ad eamdem vrbem confluunt, generale studium, in qualibet facultate exercent, ac pro salario, & aliis oneribus dicti studij, quod in Gabella vini forensis, quod in Taberna vendebatur, pro qua venditores huiusmodi vini Sex denarios pro qualibet libra Cameræ dictæ vrbis soluere tenebantur, etiam pro libra tres Solidi cum dimidio adderentur ad supplicationem Romani Populi statuerat, & ordinauerat. Et deinde per alias posteriores litteras, etiam ad supplicationem nobilium virorum quondam Iustini Pauli de Planca sui Consistorij aduocati, Ioannis de Capoccinis, & Ioannis Cecchi de Cangialafinis, tunc Romanorum Ciuium Conseruatorum, & totius dicti Populi, etiam statuit, & ordinauit quod Conseruatores, ac tres ex capitibus regionum per ipsos capita regionum eligendæ reformatores dicti Studij, simul cum uno alio per Camerarium suum deputando seruatis debitibus subhaftationibus, Gabellam huiusmodi vendere, & pecunias quæ peruenissent inde apud aliquem seu aliquos fidos & famosos mercatores dictæ vrbis, pro tempore existentes deponerent, & ipsi reformatores, per seipso pecunias huiusmodi pro salariis Legentium, aut aliis oneribus dicti studij: Quodque de residuo dictarum pecuniarum, domum seu habitationem, ac collegium pro pauperibus inibi collocandis Scholaribus, ac Studentibus, construi, & edificari, possessionesque, & domos, vel alia immobilia bona ad ipsius collegij opus emere, necnon omnia & singula alia, quæ in premissis necessaria, & opportuna forent, facere & exercere valerent, statuit, & ordinauit, prout in posterioribus litteris prædictis plenius continetur. Verum sicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum nobilium virorum, Ludouici de Mattheis, Mariani de Castellanis, Lutii de Lutis, ac Ludouici de Cencis Prioris Capitum regionum, & Pauli de Planca nostri consistorij, & ipsorum Conseruatorum Aduocati, petitio continebat, quia residuum pecuniarum dictæ Gabelle non pro Collegio dictorum pauperum studentium, & in possessionibus emendis prout statutum fuerat, sed in varios usus sepe erogatum fuit, in magnum dictæ vrbis, & publicæ virilitatis præiudicium: Quare præfati Conseruatores Prior, & Paulus nobis humiliter supplicarunt, quia vrbis mœnia non modica indigent reparatione, vt residuum dictarum pecuniarum in reparatione dictorum murorum, & altiarum necessitatum, pro tuitione, & decore vrbis erogari debere statuere, & ordinare dignaremur. Nos igitur qui intensis desideriis semper optauimus vrbem prædictam paterno studio prosequi, ac sequentes vestigia piæ memoriæ Sixti Quarti, etiam prædecessoris, & patrii nostri, ipsam in suis structuris, & ædificiis augere, prout in immenso opere fabricæ Basilice Principis apostolorum, & aliis diuersis locis iam ostendimus, considerantes etiam eorum petitionem

ditionem iustum, & honestam fore, posteriores litteras Eugenij prædecessoris huiusmodi pro expressis habentes, Quod de cætero depositarius pecunias prædictas eiusdem Gabelle, prout moris est, exigat, teneat, & conseruet, præstata tamen cautione Banchi, prout moris est, illæque pro salario dictorum Lectorum moderata tamen constituendo Lectoribus dicti studij occurrentibus, iuxta litteras dicti Eugenij prædecessoris: Residuum vero integre absque aliqua diminutione, pro reparatione, ac noua fundatione vbi opus erit, murorum, fonte Triuuii, necnon quinquaginta ducati auri singulis annis, pro festo, & celebracione Natales vrbis, quod Palilia vocant, & aliarum necessitatum, decorem seu tuitionem vrbis concernentium, per ipsos Conseruatores, pro tempore, ac vnum circumspectum virum, per nos deputandum, sine cuius consensu, & mandato, nihil fieri possit, necnon duos alios Ciues ad hoc deputatos, seu, vt moris est, deputandos, qui similiter in fine anni, iuxta litteras Eugenij prædictas, rationem de administratis, & expositis pecuniis reddere teneantur, erogentur: teneore præsentium statuimus, & ordinamus: prædictumque residuum dictarum pecuniarum, solutis Lectoribus, pro reparatione, & necessitatibus prædictis, & non ad alios usus applicamus, Illasque sub excommunicationis pena latæ sententiæ, in alios usus exponi non debere. Irritum quoque & inane quicquid secus, etiam quacumque auctoritate, seu quouis mandato, etiam nostro, attenti contigerit: præsentibusque etiam per quacumque concessiones, seu mandata etiâ cum quibusvis clausulis derogatoriis fortissimis, & insolitis, etiam si de statuto, & applicatione nostra huiusmodi specialis & individua mentio fieret, nisi de propriis nominibus ipsorum Conseruatorum, qui pro tempore erunt, specialis mentio fiat, derogari non posse decernimus litteris præfati Eugenij, ac quouis consuetudine, seu potius corruptela, cæterisque contrariis non obstantibus quibuscumque. Volumus autem quod vbi necessitates huiusmodi non imminerent, quod de dicto residuo collegium dictorum Pauperum studentium erigatur & construatur, ac possessiones pro eorum sustentatione emanatur iuxta litteras dicti prædecessoris Eugenij. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri statuti, ordinationis, applicationis, decreti, & voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo duodecimo, Quinto Kalendas Aprilis, Pontificatus Nostri Anno Nonno.

† Ego R. Ep̄s Ostien. Cardinalis S. Georgi subs.

† Ego A. tit. S. Vitalis presbyter Cardinalis subs.

† Ego P. tit. S. Eusebii presbyter Cardinalis subs.

LITTERÆ LEONIS PAPÆ DECIMI DE
conducendis Magistris, de cessantibus, de Bidello,
Rectorc, Reformatoribus,
& reliquis.



EO Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Dum suauissimos atque vberes fructus, quos viri litterarum scientia prædicti in agro Domini indies producunt, animo contemplamur, dumque quam utilis & necessarius pro spiritualium temporaliumque rerum in hac plena tenebris & caligine vita regimine & directione salubribus, sit ipsarum litterarum usus, sedula meditatione perpendimus, inter sollicitudines varias, quibus pro iniuncta nobis desuper Apostolicæ seruitutis officio prospere & feliciter exequendo, vnde angimur, illam libenter amplectimur, per quam in singulis orbis partibus litterarum Studio vacare cupientibus illarum capessendarum occasio & commoditas ministretur: sed ut hoc in Vrbe nostra votiuos sortiatur effectus, eo propensior cura nos urget, quo vrbis ipsa Vicarij Christi in terris Regia anteque eius oculos semper posita, tamquam Apostolicæ Sedis validissimum firmamentum supra cæteras orbis Vrbes principatum obtinere dignoscitur: dignumque est, ut sicuti eius excellentissima est conditio, sic etiam ipsius incolæ & habitatores in omni virtutum genere, & præcipue liberalium artium disciplina, quæ ipsarum est nutrix & alumna virtutum, alios antecellat. Dudum siquidem fœlicis recordationis Eugenius Papa Quartus, prædecessor noster, tunc Conservatorum, & Capitum Regionum dictæ Vrbis supplicationibus inclinatus, de fratribus suorum consilio Apostolica auctoritate, statuit, decreuit, & ordinavit, quod in Vrbe prædicta perpetuis futuris temporibus Generale Studium vigeret in qualibet facultate, ac Docentes & Studentes ibidem omnibus priuilegiis libertatibus, & immunitatibus concessis Doctoribus, & Scholaribus in Studiis generalibus commorantibus, gauderent, & vterentur, ac Doctores & Scholaribus in ipso Romano studio commorantes non possent inuiti in Curia Capitolij occasione qualibet ciuiliter vel criminaliter conueniri, nisi forsan pro homicidio per eorum aliquem vel aliquos perpetrato, in quo casu Vicarius Romani Pontificis in spiritualibus contra Clericos, & Senator seu Senatores qui pro tempore forent in eadem Vrbe, contra Laicos procederent, & facerent quod Iustitia suaderet: nec iidem Doctores & Scholaribus Vrbis ad alias contributiones in Taliis aut collectis, quæ imponerentur pro tempore habitatoribus dictæ Vrbis: seu aliqua obsequia Communi Vrbis ipsius prestanda, pretextu more, quam in eadem Vrbe traherent: vel aliqua pedagia ratione rerum sua rum, quas ad dictum Romanum studium deferri, vel exinde reportari facerent, tenerentur. Quodque pensiones domorum, quas in eadem Vrbe, Studij causa commorando, inhabitarent, taxari deberent per duos Taxatores quorum vnum ipsi Doctores & Scholaribus, alterum Communem Vrbis eligent: & si duo concordare nequissent, staretur taxatione tertij Taxatoris,

ab eisdem

ab eisdem Doctoribus & Scholaribus eligendi, ac ultra taxationē huiusmodi, nihil ab eis posset exigi nomine pensionis pro domibus antedictis. Et licet Roma communis omnium esset patria, si tamen quispiam item contra Scholarès in illa causa studij huiusmodi peregrinos super aliquo negotio mouere uellet, huiusmodi rei optione data Scholaribus ipsi, eos coram domino aut Magistro suo uel Vicario prædicto conueniret, iuxta legitimam super hoc editam sanctionem. & qui contrafacerent, pœnam dictæ Sanctionis incurserent: Rectores quoque Studij Vrbis huiusmodi pro tempore existentes, in ipsis Doctores & Scholarès, ac familiares ipsorum, tam circa cognitionem & decisionem causarum ciuilium & criminalium, ciuiliter & criminaliter in criminibus leuioribus motarum, quam ipsorum corrigendos excessus leues, ordinariam potestatem obtinerent, eisdem Doctoribus & Scholaribus, quod litterarum studio commodius possent incumbere. Quodque quandiu in præfato Vrbis studio, docendo uel audiendo uersarentur, fructus, redditus, & prouentus omnium beneficiorum suorum cum cura vel sine cura, etiam si eorum aliqua dignitates vel personatus existeret, quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, cum ea integritate percipere valerent, cum qua illos perciperent, si in Ecclesiis in quibus illa confiserent, personaliter residerent, & ad residendum interim in eisdem nomine tenerentur, nec ad id à quoquam possent compelli. Et ut pro dicti studij manutentione facultates necessariae non decessent, de simili consilio, & dilectorum filiorum Populi Romani, qui plures super iis in eorum publicis congregationibus tractatum habuerant, & sic fieri desiderabant, expresso consensu, etiam statuit & ordinavit, quod extunc de catero in perpetuum Gabella vini forensis, in Tabernis pro tempore vendendi, pro qua venditores huiusmodi vini Sex denarios pro qualibet libra Cameræ dictæ vrbis soluere tenebantur, ad tres solidos cum dimidio, pro libra augeretur, & pecunia inde prouenientes, iuxta ordinationem, tunc & pro tempore existentium Rectoris, & Reformatorum dicti studij in salario Doctorum, per eos ad legendum in eodem studio pro tempore conductorū, & alias expensas in dicto studio occurrentes, & non in aliis usus exponeretur, nec Gabella huiusmodi augmentum duraret, nisi ipso Vrbis studio durante, Decernens extunc irritum & inane si secus super præmissis, à quoquati quavis auctoritate, scienter uel ignoranter contigerit attentari, prout in ipsius prædecessoris desuper confessis litteris plenus continetur. Cum autem (sicut exhibita nobis nuper pro parte venerabilis fratris Dominici Iacobij de Faceschis, Episcopi Licerini Referendarij, & in eadem Vrbe, eiusque districtu in spiritualibus Vicarij nostri, qui etiam dicti studij Romani Rector existit, & dilectorum filiorum Petri de Meriliis, & Ioannis de Arcionibus, & Ioannis Baptiste de Ecclesia, ac Iacobi de Palenis Ciuium Romanorum, eiusdem studij reformatorum petitio continebat) licet Gabella prædicta pro ipsius studij in statu florido & fructifero manutentione, & communi Ciuium & aliorum undecimque ad Vrbem studij huiusmodi causa pro tempore venientium, utilitate, & commodo aucta fuerit, & ob auctam quoque, benedicente Domino, eiusdem populi multitudine, augmentum ipsum adeo creuerit, ut ex illo viris in qualibet litterarum disciplina quantumvis egregiis honestâ salario constituï possint, ipsiusq. studij Romani yniuersitas Doctoribus & Scholaribus inter-

cate-

egeras studiorum generalium in Italia vniuersitates, frequens & celebris esse deberet, itamen à pluribus citra annis adeo in illo scholarium copia defecit, ut quandoque plures sint qui legant, quām qui audiant: quod ex eo potissimum creditur prouenire, quod p̄rmissa per Eugenium p̄decessorem p̄fatum scholaribus immunitas, & alia priuilegia pradicta minime obseruantur, & Lectores ipsi Romanæ curiæ negotiis se inuoluentes, legendi munus, ad quod sunt iusta mercede conducti, passim omittunt. Pro parte eorumdem Dominici Epi scopi Rectoris, & Reformatorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut litteras Eugenij p̄decessoris huiusmodi approbare & innouare, ac alias in p̄missis opportune prouidere de benignitate Apostolica, dignaremur. Nos igitur irreparabili lapsi ne quicquam temporis huiusmodi iacturam ægrefarentes: cupientesque sicut prouidum decet patrem familias futuris temporibus consulere, huiusmodi supplicationibus inclinati, & ex certa nostra scientia, auctoritate Apostolica, tenore p̄sentium, dictas Eugenij p̄decessoris litteras approbamus & innouamus, ac p̄sentis scripti patrocinio cōmunicimus: Decernentes omnia & singula in eisdem litteris contenta, p̄fertim quod de scholariū exēptione, immunitate, & aliis illis concessis p̄rogatiuis, & gratiis in eis traditur, debere inuolabiliter obseruari. Et nihilominus hac irrefragabili, & perpetuis futuris temporibus valitura constitutione, statuimus, decernimus, & ordinamus, ut exnunc de cetero, p̄ter alios, qui necessarij fuerint in qualibet facultate lectors, vñus saltem in iure canonico, & unus in iure ciuili Doctores, & vñus in Philosophia, seu Medicina magistri, eminentis litteraturæ vi ri vnde cumque ad legendum in scholis publicis dicta Vrbis solitis temporibus & diebus, iustis & honestis salariis, arbitrio pro tempore existentium Rectoris Reformatorum dicti studij, iuxta ipsorum Doctorum & Magistrorum qualitates, de Romani Pontificis licentia, moderandis, & assignandis, per eosdem Rectorē & Reformatores, communi opportuna in hoc per eos adhibenda diligentia, annuatim conducantur: & nullus dictorum duorum Doctorum sic conductorum, interim aduocationis, aut p̄terquam domi si voluerit, consulendo, quod uis aliud curiæ, vel Vrbis p̄dictarum officium valeat exercere, sed tam ipsi, quām cæteri omnes ad legendum in huiusmodi scholis, pro tempore conducti, solitis temporibus, & diebus, horisq. ad id eis p̄ Rectorē & Reformatores p̄fatos statutis, legitimo impedimento cessante, commissum sibi legendi munus obire, & post finitas lectiones per aliquod conueniens spatiū circulos in eisdem scholis tene re debeant. Et si quis ex eis non legitime impeditus à legendō cessauerit, quotiens id fecerit, totiens dupli eius quod pro qualibet lectione constituto ei salario, ipsum attingere discerneretur: & quod pro vna, Bidelli siue nuntiis dicti studij id legitime denuntiantibus, & tribus reliquis quartis partibus fabricæ scholarum earundem exnunc applicamus, pena multetur, de ei tradenda Bulleta, seu mandato defalcandi, & denunciandi, ac cum dicta fabrica habenti, iuxta applicationem prædicta persoluenteri. Et quoniam inutilis hæc prouisio de facili reddi posset, nisi sint, qui eius transgressores annoterit, & scholas ipsas sollicitè visitent, & frequenter, quod Rector cū duobus saltē dictorum Reformatorū, semel in mēse, & pluries ybi cognoverint expedire, diebus, atq. horis variis & incertis, ad ipsas scholas, se personaliter conferant,

& eas,

& eas, earumq. lectores, dum legunt, dum tenēt circulos, uisitent; & si qua correctione aut reformatione digna viderint, illa cor rigant & reformat; & vñus ex eisdem Reformatribus seorsum, bis saltē in hebdomada, visitationis huiusmodi officium subeat per seipsum; & transgressiones, vt alia corrigenda, vel reformanda, cum Rectore conferat & collegis, vt eorum opera sic adhibita (super quo eorum & ipsorum cuiuslibet conscientias oneramus) studium p̄dictum votiuis proficiat incrementis. Bidelli vero, seu Nuntiij p̄fati, aut eorum alter rotuli collationatam copiam habeant penes se, in quo scripta sint nomina omnium Lectorum, & qua quisq. hora sit lectorus, & iuxta illius ordinē & tenorem scholas circumneant: Festa palatij consueta in scholis ante cathedram, Doctoribus & Scholaribus nuntient; & si quem ex dictis Lectoribus, suo loco abesse repererint, adhibito teste, illum annoterit; & in fine cuiusq. hebdomadæ, Notario dicti Rectoris, qui rē ad ipsorum Rectoris, & Reformatorum notitiā fideliter deducat, in scriptis tradant. Et si dicti Bidelli in p̄missis negligentes fuerint, pro tempore existentē ipsius Studij Rectorem pro prima eisdem Rectoris arbitrio, pro secunda vero vicibus salarij & emolumentorum omnium vnius semestris in dictam fabricam conuertendorum amissionis pœna mulcentur. Quod si tertio in similem inciderint negligentiam, officio Bidellatus huiusmodi perpetuo priuati, & ad illud ulterius obtinendum inhabiles sint, illudq. uacare censeatur eo ipso, & ne (quod passim evenit) Lectores p̄fatos, & legendi, & salario non sine tædio percipiendi, duplex cura fatiget, quod dilectus filius modernus depositarius pecuniarū dictæ Gabellæ, antequam de officio depositariatus huiusmodi se ulterius intromittat, & sui in dicto officio successores, antequam ad illud quomodolibet admittatur, cautionē p̄fert, de salariis dictis lectoribus, pro tempore constitutis, iuxta mādata desuper cōfici solita, & eis exhibita, absq. moræ dispendio integre persoluēdis. Quod si depositarius ipse solutionem huiusmodi per tres dies post p̄fessionem mandati sibi factā, distulerit, liceat dictæ Gabellæ conductoribus, salario ipsa iuxta dicta mādata, quāvis illa ad depositarium sint directa, cū retētione pro se emolumētorum inde prouenientium, quę capita solidorum vocantur, auctoritate p̄sidentium libere persoluere ex pecunia eiusdem gabellæ: ad quod faciēdum, & singulas tertias partes salariorum huiusmodi per decēnum antequā ipsius solutionis dictis lectoribus pro tempore faciendę termiuus aduenerit, pro tempore existenti depositario p̄fato cum effectu assignandas, Conductores ipsi in contractu conductionis dictæ gabellæ se specialiter, etiam sub aliqua pecuniaria pœna, debeant obligare. Insuper inhibemus sub excommunicationis latē sententiæ, & dupli eius in quo lessio committetur, si extimationem recipiat, parti damnum, vel iniutiā patienti, ex nūc applicati, pœna, quoties contrauentum fuerit, ipso facto incurrenda, Dilectis filiis modernis, & qui pro tempore fuerint, dictæ Vrbis Gubernatori, Senatori, Curię causarum Camerę Apostolicę Auditori, ceterisq. Curię & Vrbis p̄dictarum ordinariis & extraordinariis iudicibus, ne super causis contra dictos Scholares seu eorum aliquem pro tempore motis, & dohanarum ac aliarum gabellarum quarumcumque, etiam ratione portarum, & pontium dictæ Vrbis executoribus, ne in rebus & bonis ad dictos Scholares, pro eorum studio huiusmodi insistentium vñi pertinentibus, contra exemptionem, & immunitatem p̄di-

prædictas, in ipsorum Scholarium, seu alicuius eorum præiudicium, direc^{tæ} vel indirec^{tæ}, quo quis quæsito colore, quicquam facere, uel attentare præsumant. Quocirca per Apostolica scripta mandamus præfato Dominico Episcopo moderno, & qui pro tempore fuerit dicti studij Vrbis Rectori, & prædictis modernis, ac pro tempore existentibus reformatoribus, vt præmissa omnia & singula quâtum ad eos attinet obseruēt, & quo ad alios cuiuscumque status, gratus, & conditionis fuerint, faciat ipse Rector de dictorum reformatorum con filio auctoritate nostra firmiter obseruari: transgressores, contumaces, & inobedientes quo scumq. per censuram Ecclesiasticam, & alia iuris de quibus sibi videntur, opportuna remedia, appellatione quavis omnino remota, compescendo. Venerabili vero fratri nostro, Raphaeli Episcopo Ostiensi moderno, & qui pro tempore fuerit Collegij Venerabilium fratrum nostrorum dictæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Decano, ac pro tempore existentibus, primo ex Presbyterorum, ac primo ex Diaconorum Cardinalium huiusmodi ordinibus, quatenus Rectori & Reformatoribus, Doctoribus & Scholaribus præfatis, quando & quotiens pro parte ipsorum, vel alicuius eorum fuerint requisiti, in præmissis efficacis assistant præsidio defensionis, faciantq. eos, & eorum quemque respectiue, auctoritate, facultate, exemptione, inimunitate, & cæteris supra dictis pacifice uti, frui, & gaudere, non permittentes ipsos per quoscumq. desuper indebito molestari, perturbari aut inquietari. Baruncello quoque, Comestabilibus, Marescallis, & cæteris curiæ & Vrbis prædictarum executoribus quibuscumque, præsentibus & futuris, vt præfati Rectoris mandata contra quoscumque tam personaliter quâm realiter exequenda, præmissorum occasione, & auctoritate præsentium, de dictorum Reformatorum, vel saltem duorum ex eis consilio pro tempore decreta, sollicite, & fideliter exequantur. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac statutis & consuetudinibus dictæ Vrbis iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia corroboratis, necnon omnibus illis quæ dictus Eugenius prædecessor in suis litteris prædictis uoluit non obstat, contrariis quibuscumque: aut si aliquibus communiter, vel diuifim à dicta sit sede indultum, quod interdici, suspendi, uel excommunicari non possint per litteras Apostolicas, non facientes plenam & expressam, ac de uerbo ad uerbum, de indulto huiusmodi mentionem. Cæterum quia ob Curia nostraræ in Vrbe continuam residentiam frequens in eadem Vrbe est Ecclesiasticarum personarum concursus, & modernis temporibus pro clariori Canonum intelligentia legum cognitio, non ab re esse dignoscitur: quibusuis Archidiaconis, Decanis, Plebanis, Præpositis, Cantoribus, & aliis Clericis secularibus, etiam personatus habentibus, ac presbyteris, quibus leges audire sub excommunicationis sententia, & aliis poenam, est à iure prohibitum, in studio Vrbis huiusmodi dumtaxat, pro clariori dictorum Canonum intellectu, Leges, sine alicuius censuræ sive poenæ incursu audiendi (sanctæ commemorationis Honorij Papæ III. similiter prædecessoris nostri, & aliis constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis nequaquam obstantibus) auctoritate & tenore præmissis, plenam & liberam licentiam elargimur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, innovacionis communionis, decreti, statuti, ordinationis, inhibitionis & elargitionis infrin-

infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo tertio decimo, Novis Nouembbris, Pont. Nostri Anno Primo.

LITTERÆ SIXTI PAPÆ QVARTI
contra sumentes vindictam contra innocuos,
necnon & contra Brigosos, & in
fauorem Paceriorum.



IXTVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Perniciosam Deoque odibilem rixarum consuetudinem, & inquietorum rixantium Brigas detestabiles aut verius corruptelam, quæ pacis æmulo procurante, in plerisque nostris, & Romanæ Ecclesiæ ciuitatibus præcipue alma Vrbe cum animarum evidenti periculo, corporum quoque & facultatum maximo detimento, diutius inoleuit, quantum nobis ex alto permittitur, eradicare totis viribus cupientes, nostræ solitudinis Pastoralis officium ita interponere, ac prædecessorum nostrorum decretæ prouide super hoc edita nostri muniminis præsidio instaurare curamus, quod sublatis quibuslibet dissidiis, ciuilibusque discordiis, nostri, & eiusdem Ecclesiæ filij Pacificis amicitiate latentur, peruerorum vero temeritas pœnarum exaggeratione penitus arceatur. Olim siquidem a fœlicis recordationis Paulo Papa Secundo, prædecessore nostro emanarunt litteræ tenoris subsequentis. Paulus Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Viros sanguineos, & dolosos abominabiles Deo, Sanctus Propheta testatur, nec immerito quidem apud Deum, & homines detestandi videntur, qui horrenda saeuia, & vindictæ furore succensi, sanguinem sitiunt aliorum, & præsertim insontium, ita ut non solum corporum mortem procurent, sed etiam animarum, pro quibus Dei filius mortem subiit corporalem, easque pretio sui sanguinis comparauit. Vnde nos eiusdem Salvatoris vicem, disponente Domino, licet immeriti, obtinentes in terris, eosdem merito detestamur, & ad gregis Dominici custodiam sollicitis excitati vigiliis, animarum, & corporum salutis, & publicæ paci, ac quieti, attenta cogitatione infistimus, vt perditorum hominum audaciam compescendo, animas limul, & corpora Deo lucrifacere sua nobis cooperante gratia valcamus. Sane in alma Vrbe nostra, quæ sicut per sacram Beati Petri sedem totius est caput orbis effecta, ita cæteris Vrbibus quietis & pacis norma, & exemplar debaret esse Iustitiae, instigante diabolo pestiferum, & pernitiosum malum irreplit, vt si quando inter aliquos, etiam pro leuissima causa, quam Brigham vocant, rixa fuerit exorta, in qua alter alterum percussit, aut vulnerauerit, percussus aut vulneratus huiusmodi offendens, patrem, fratrem, aut filium, scu alterum ex propinquis, iniuriaz expertem, & plerumque offensionis igna-

Cærum,

rum, aut huiusmodi excessus plurimum indolentem, horribili immanitate, & furiosa dementia, in vindictam suæ iniuriæ vulnerat, & interdum occidit, aut aliquis propinquorum offensi, ad vltionem iniuriæ propinqui sui, vt præmittitur, propinquum offendit vulnere, vel occidit, vel vulnerari, & occidi facit: inde quoque iuxta damnabilem abusum Ciuitatis, vtraque pars se domibus priuatis includit, quas in contemptum summi Pontificis, videlicet Principis, ac etiam Magistratum ciuitatis, armatis complent, & interdum fores domorum, & porticus steccatis communiant, vbi tamquam ad officinas asylum scelerum perdit homines, & scelesti, ex vtraque parte conueniunt: illic râbida factio iungitur, atrocissimi sceleris immanitate concordans: illic dementia, & furia est, & venalis iniuria, dum iij, qui nulla sunt iniuria lacefitti, ad vindictam offendorum, insana mente, & ferali crudelitate, coniurant, Ii sunt quorum veloces pedes sunt ad effundendum sanguinem, qui viam pacis non cognouerunt, Inter quos foeda & obscoena commertia, alearum vñus, pecuniarum effusio, patrimoniorum dissipatio, diræ blasphemie, & obscenæ aguntur incestus, ex iis oritur regentum Rempublicam, & Magistratum contemptus, ac seditiones nonnumquam excitantur. Quod quidem ex alio veteri processit abusu: vt si quando huiusmodi rixæ & offendiones intercedunt, non solum propinqui, atque coniuncti, sed etiam extranei vtrique parti se offerunt, quod vulgo apud eos, & materno vocabulo, Farc de bene, nuncupatur, ex quo plerumque totius Ciuitatis studia, non sine graui nota regentium, atque discrimine reipublicæ, armantur aduersus proximos, miseri spiritu diaboli repleti, omne ius humanæ societatis, omnem charitatem, omnem ciuilem concordiam damnabili abusu peruerunt, Nos igitur tam immani, & crudeli facinori, ac populi nostri peculiaris periculis volentes/occurrere, & tam nefarios præsumptores debitæ animaduerfionis murcone ferire, & vt tuta sit inter improbos innocentia, etiam in ipsis improbis, formidato suppicio, refrænetur audacia, ac nocendi facultas, ipsiusque almæ Vrbis nostræ paci, & quieti, & tranquillitati consulere, vt feliciter regimine præseruetur, à noxiis, & optatis semper proficiat incrementis: Hac irrefragabili, matura, digestissima, & perpetua valitura constitutione, Statuimus, & ordinamus, vt quicumque deinceps Baro, aut Domicellus, vel Ciuis Romanus, vel quœvis alia Ecclesiastica, sacerularisque persona, cuiuscumque conditionis, & qualitatis existat, quacumque etiam atroci iniuria lacefita pro sua, vel amici, aut propinqui iniuria vindicanda, patrem, aut filium, fratrem, aut propinquum vel alijs amicum, vel domesticum offendit, vulnerare, mutilare, occidere, vel quocumque modo realiter, vel personaliter offendere præsumperit, aut talia fieri fecerit, vel mandauerit: similiter qui in vrbe Roma, vel in eius districtu, occasione rixæ, vel Brigæ, domum communire, armatos receptare, aut tenere, vel adharentes, & complices, ac fautores Brigæ arcessere, seu quacumque conuentione, congregationem, & collectan hominum, ad vltionem iniuriæ inuocare, excitare, inuitare, vel receptare præsumperit per se, vel alium, crimen læse Maiestatis incurrat, & tamquam læse Maiestatis, rebellionis, ac seditionis in Vrbe concitatæ reus censetur, & habeatur, ac velut talis, à competentibus iudicibus seuerissime puniatur. Ecclesiastici vero talia perpetrantes ab omni dignitate, honore, ordine, officio, & beneficio sint ipso iure priuati,

priuati, & perpetua custodia mancipentur; beneficia eorum liberè aliis per illos ad quos eorum collatio pertinet conferantur: omnesq. præterea talia perpetrantes, & committentes, tamquam Christianæ religionis alieni, publicæ pacis æmuli, ab omni Populo, Ciuitate, Terra, vel loco, Ecclesiæ Romanae immediate uel immediate subiecto, sint perpetuo diffidati; eorum bona tam mediate uel immobilea sint ipso iure cameræ Apostolicæ confiscata: Nulli præterea talium alicuius aperiatur ianua dignitatis, aut honoris Ecclesiasticæ, uel mundanæ, seu ad alicuius loci regimen fit ascensus. Et ut magis famosa sit eorum infamia, factio testamenti actiue & passiue fit eis interdicta, ad actus legitimos nullus eis pateat aditus, nulla porta pandatur, omni spe gratiæ, aut dispensationis adempta: Ac præter predictas pœnas, sententiam excommunicationis, & perpetua maledictionis, incurvant, à qua absolvi non possint, nisi per Rom. Pontifices, præterquam in mortis articulo constituti: Illi uero qui ipsis offendis, uel offendentibus seu Brigos adhærere, fauere, opem auxiliu in ve promittere, vel in domibus aut castris, locis, seu fortelitiis suis receptare, aut qui iuxta vulgare, Fardebene, deinceps præsumperit, tamquam fautores scelerum, & conspiratores aduersus publicam pacem, omnino similis rebellionis, confiscationis, depositionis, priuationis, inhabilitationis atque excommunicationis, & anathematis pœnas incurvant. Statuimus præterea, vt domos & habitationes principalium offendentium, qui vindictam in alios vt præmittitur sumere uel exercere, vel etiam qui ex utraq. parte domos ipsas munire, aut congregations occasione Brigæ, & Collectas hominum adunare, aut armis uel armatis, seu Steccatis, aut Propugnaculis communire ausi fuerint, in detestationem tanti facinoris demoliantur, & usque ad solum, ad perpetuam infamiam prosternantur: per hoc quoq. secularibus, & aliis iudicibus suis competentibus, noti adimimus facultatem vtendi Statutis & legibus aduersus tales editis vel edendis: Dignum est enim, vt nefandi ratione flagitij, vltionis seueritas extenderit, & propter enormitatem facinorum, pœnarum modus exuperet. Ceterum volumus, q. singuli in dicta Vrbe Rixam seu Brigam quomodolibet forsan in presentiaru habentes, sustinētes, aut excitare moliētes, cuiuscumq. status, uel conditionis fuerint, post publicationē presentium in Curia Capitolij, & aliis publicis dictis Vrbis locis faciendā, infra quindecim dierum spatiū super illa in dilectos filios eiusdem Vrbis generales Pacerios nostros, ac Chericum de Chericatis ciuem & militē Vicentinum, seu alium per nos eius loco forsan surrogandum aut deputandum, & de iure & de facto iuxta auctoritatem & arbitrium eorum plenarie compromisisse, ipsorumq. decisionibus, sententiis, & mandatis, quæ omnia rata & grata haberit, ac ab omnibus & singulis, quorum interest, uel intererit, quomodolibet in futurum, in uiolabiliter obseruari volumus atq. mandamus, stare & parere deheant, & teneantur. Decernentes nulli licere illis contradicere, nec etiam ab eis quouismodo appellare. Inhibentes nihilominus strictius ne aliquis per seipsum aut quemuis alium directe vel indirecte, seu alio quouis quæsito colore contra pacem, & concordias hactenus initas & factas, uel securitates præstitas, seu deinceps ineundas, venire, vel aliquid attētare, aut illas infringere quomodolibet præsumant, sub pœnis, ultra vrbis statuta, in huiusmodi facta pace contentis, ac præmissis, & aliis arbitrio nostro infligendis

quas rebellæ, & contrafacentes, ac pacem huiusmodi non seruantes, eo ipso quo contrafecerint, irremissibiliter incurvant. Ad maiorem præterea firmioresque rei subsistentiam, & perpetuam obseruationem, volumus & mandamus, quod præsentes nostræ litteræ eiusmodi voluntatem, ordinationem, & decretum nostrum continent, in volumine Statutorum dictæ nostræ Vrbis, de verbo ad verbum denotentur, & describantur. Nulli ergo omniino hominum liceat hanc paginam nostræ constitutionis, ordinationis, statuti, voluntatis, mandati, decreti, & inhibitionis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Romæ apud Sanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadragesimo sexto, Decimo Kalendas Octobris, Pontificatus Nostri Anno Tercio. Cum autem, sicut facti euidentia manifestat ex ordinatione tam prouida, modica prouenerit hucusque vtilitas, & litteræ prædecessoris huiusmodi in obseruantia debita, pro nostro, ac ipsius prædecessoris voto laudabili, nequaquam habite fuerint, vt decebat. Nos peruersorum temerarios ausus castigatione debita reprimere, & Rixas, Brigis, atque dissidiis huiuscmodi finem imponere cupientes, Motu proprio litteras prædictas, auctoritate Apostolica, tenore presentium, ex certa scientia innouantes, ac vim vigoremque perpetuos obtinere, & inuicibiliter obseruari decernentes, omnibus quoque & singulis, Rixam, seu Brigam, quomodolibet ad præsens in eadem Urbe obtinentibus, sub pœnis in presentia Bulla contentis, districtius mandantes, ut infra trium dierum spatum à die publicationis præsentium inchoandum, alii uero Brigas ipsas in futurum forsitan habituris, sub decem similium dierum termino debeant, & teneantur omnes & singulas Brigas & differentias huiusmodi, in modenos Pacem nos, ac alios pro tempore existentes, per nos ad hoc specialiter deputatos, seu in posterum deputandos, de iure & de facto iuxta eorumdem arbitrium & auctoritatem plenarie compromittere, & ipsorum scientiis, decisionibus, & mandatis, quæ omnia grata & rata haberit uolumus, stare & parere debeant, & obseruari volumus in futurum. Quodque Pacem prædicti teneantur & debeant, omisis iuris & statutorum solemnitatibus, ac dilationibus, nostra auctoritate (de consilio tamen assensu præsentis nostre amæ Vrbis Gubernatoris, & pro tempore existentis) omnes & singulos Brigos huiusmodi cogere & compellere ad pacem & reconciliationem ineundas. Contradictores & renitentes, viis iuris, & remedii opportunitis, omni profusus appellatione cessante, penitus coimpescendo, alias iuxta litterarum prædictarum continentiam & tenorem. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadragesimo septuagesimo septimo. Quarto Idus Iulij, Pontificatus Nostri Anno Sexto.

LITTERÆ

LITTERÆ INNOCENTII PAPÆ OCTAVI
contra sumentes vindictam in personam tertij, Ac
contra Brigos. Et quod à sententiis Pace-
riorum non appelletur.



INNOCENTIVS Episcopus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Et si de cunctarum ciuitatum temporali dominio Romana Ecclesiæ subiectarum prospero & fœlici Regimine cogitare nos deceat, ad nostram tamen almam Urbem Apostolorum Petri & Pauli glorioso martyrii cruce Domino nostro Iesu Christo consecratam, ciuitatem Sacerdotalem & Regiam, eiusque salubre regimen tanto accuratius aciem nostræ considerationis extendere, & quæ propterea prouida prædecessorum nostrorum ordinatione emanarunt, pro eorum subsistentia firmiori, nostræ approbationis munimine roborare debemus, quanto illa caput est orbis, & Altissimus in ea Sacerdotii principatum & Christianæ religionis caput instituit ac sui, quod pro nostra salute pertulit, martyrii sedem, ad quam de vniuersis mundi partibus Christi fideles confluunt, in numero copioso voluit collocari. Dudum siquidem cum in ea prefata urbe, instigante diabolo, pestiferum ac perniciosum malum irrepperisset, quod si quando inter aliquos, etiam pro leuissima causa, Rixa quam Brigam vocabant, exoriebatur, in qua alter alterum percuteret, aut vulneraret, percussus aut vulneratus huiusmodi, offendit patrem, fratrem, aut filium, seu alterum ex propinquis iniuriæ expertem, & plerumque offenditionis ignarum, aut huiusmodi excessus plurimum indolentem, horribili immanitate, & furiosa dementia in vindictam suæ iniuriæ vulnerabat, & interdum occidebat, aut aliquis propinquorum offensi ad ultionem iniuriæ propinquus sui, vt præmittitur, propinquum offendit vulnerebat vel occidebat, vel vulnerari, & occidi faciebat. Inde quoque iuxta damnabilem abusum eiusdem ciuitatis, vtraque pars se domibus priuatis includebat, quas in contemptum summi Pontificis ac etiam Magistratum ciuitatis, armatis complebant, & interdum fores domorum & porticus steccatis communibant, vbi tamquam ad officinas & asylum scelerum perdit homines & sceleri, ex vtraque parte conueniebant, Illic rabida factio iungebatur atrocissimi sceleris immanitate concordans. Illic dementia, & vt fama erat, venalis iniuria, dum ij qui nulla erant iniuria lacesti, ad vindictam offensorum, in sana mente, & ferali crudelitate coniurabant. Ii erant quorum veloces erant pedes ad effundendum sanguinem, & qui viam pacis non cognoverant, & inter quos foeda & obscena committebantur, alearuni lusus, pecuniarum effusio, patrimoniorum dissipatio, diræ blasphemiaz, & obscenæ agebantur incestus. Ex iis oriebatur regentum rempublicam & Magistratum contemptus, ac seditiones nonnumquam excitabantur. Quodquidem ex alio veteri processerat abusu, vt si quando huiusmodi rixæ & offendiones intercedebant, non solum propinqui atque coniuncti, sed etiam extranei vtrique parti se offerebant, quod vulgo apud eos, & materno vocabulo, Fare de bñe, nuncu-


nuncupabatur, ex quo plerumq. totius Ciuitatis studia diuidebantur, non sine graui nota regētium, atque discrimine reipublicæ, armabantur aduersus proximos miseri spiritu diaboli repleti, & omne ius humanæ societatis, omnem charitatem, omnem ciuilem concordiam damnabili abusu peruerterebat, Fœlicis recordationis Paulus Papa Secundus prædecessor noster, volens tam immani, & crudeli facinori, ac Populi peculiaris Romanæ Ecclesiæ periculis occurtere & tam nefarios præsumptores debitæ animaduersionis mucrone ferire, & vt tu-ta esset inter improbos innocentia, & ipsis improbis, formidato suppicio, refrenaretur audacia, ac nocendi facultas, ipsiusque alij Vrbis paci, & quieti, ac tranquillitati consulere, vt fœlici ducta regimine præseruaretur a noxiis, & optatis semper proficeret incrementis: irrefragabili, matura, digestissima, & perpetuo valitura constitutione, statuit, & ordinauit, quod quicumque deinceps Baro, aut Domicellus, vel Ciuis Romanus, vel quævis alia Ecclesiastica, Sæcularisque persona, cuiuscumque conditionis, & qualitatis existeret, quamcumque etiam atroci iniuria lacefita, pro sua vel amici aut propinquai iniuria vindicanda Patrem aut filium, fratrem, aut propinquum, vel alijs amicum, vel domesticum offendentis vulnerare, mutilare, occidere, vel quocumque modo, realiter, vel personaliter offendere præsumeret, aut talia fieri faceret, vel mādaret: & similiter qui in Vrbe Roma, vel in eius distictu, occasione Rixæ, vel Brigæ, Domum communire, armatos receptare, aut tenere, vel adhærentes, aut complices, ac fautores Brigæ arcessere, seu quamcumque conuentionem, congregationem, & collectam hominum, ad vltionem iniuriæ, inuocare, excitare, inuitare, vel receptare præsumeret, per se, vel alium, crimen lœsa Maiestatis incureret, & lœsa Maiestatis, rebellionis, ac seditionis in Vrbe concitatæ, reus censetur & haberetur, ac veluti talis à competentibus iudicibus feuerissime puniretur. Ecclesiastici vero talia perpetrantes, omni dignitate, honore, ordine, officio, & beneficio, essent ipso iure priuati, & perpetua custodię manciparentur. Beneficia eorum libere aliis per illos ad quos eorum collatio pertineret, conferrentur: omnesque præterea talia committentes, tamquam Christianæ religionis alieni, publicæ Pacis emuli, ab omni Populo, Ciuitate, Terra, vel loco, Ecclesiæ Romanæ mediate vel immediate subiecto, essent perpetuo diffidati: eorum Bona tam mobilia, quam immobilia essent ipso iure Cameræ Apostolicæ confiscata: Nulli præterea talium alicuius aperiretur Ianua dignitatis, aut honoris Ecclesiastici, vel mundani, seu ad alicuius loci regimen esset ascensus: & vt magis famosa esset eorum infamia, factio testamenti aetiae & passiuæ esset eis interdicta, ad actus legitimos nullus eis pateret aditus, nulla porta panderetur, omni spe gratiæ, aut dispensationis adempta: ac præter predictas pœnas sententiam excommunicationis, & perpetuæ maledictionis incurerent, à qua absolui non possent, nisi per Romanum Pontificem, præterquam in articulo mortis constituti: Illi vero qui ipsis offensi, vel offendentibus seu Brigosis, adhaerere, fauere, opem, auxiliumue promittere, vel eos in Domibus, aut Castris, locis, seu Fortelitiis suis receptare, aut qui iuxta vulgare (Fare de bene) deinceps præsumerent, tamquam fautores scelerum, & conspiratores aduersus publicam Pacem, omnino similis rebellionis, confisca-tionis, depositio-nis, priuationis, inhabilitationis, atque excommunicationis, & anathematis pœ-

nas

nas incurrent. Statuit præterea idem prædecessor, vt Domus & habitationes principalium offendentium, qui vindictam in alios, vt præmittitur, sumere vel excitare, vel etiam qui ex vtraque parte domos ipsas munire, aut congregatio-nes occasione Brigæ, & collectas hominum adunare, aut armis, vel armatis, seu steccatis, & propugnaculis communire aut forent, in detestationem tanti facinoris, vsque ad solum, ad perpetuam infamiam, prosternerentur, per hoc sœcu-laribus, & aliis iudicibus suis competentibus non adimens facultatem vtedi statutis & legibus aduersus tales editis, vel edendis: quia dignum fore existimabat, vt ratione nefandi flagitiij vltionis feueritas extenderetur, & propter enormitatem facinorum, pœnarum modus exuberaret, prout in eiusdem prædecessoris litteris desuper confessis, quarum tenorem idem prædecessor, de uerbo ad verbum, in volumen statutorum eiusdem Vrbis annotari & describi mandauit, pleniū continetur. Cum autem post dicti prædecessoris obitum, qui contrauenerunt eidem litteris ab aliquibus temporibus citra, pœnis in eis contentis punti non fuerint, & ex illorum impunitate Romani Ciues inuicem dissidentes, pro leuibus plerumque causis, procluiiores fuerint ad huiusmodi abusus suscitatio-nem, & se domibus includere, illas armis, propugnaculis & scelestis hominibus munire, & se sic quam pluribus annis inclusos, in eisdem domibus continere, & interim nonnumquam manus improbas, non sine interuenientiū hinc inde truci-datione conserere, scandala plurima in eadem Vrbe excitare non formidaue-rint, nec formident, creueritque valde numerus dissidentium eorumdem, qui passim in eadem Vrbe, ad vindictam, iuxta abusus prædictos, mutuo tum palam tum exquisitis dolis se interficere, & alijs offendere non cessant. Nos qui dete-stabilem & horrendam talium nequitiam oportuniis remedii persequi studiis quærimus indefessis, habita super iis cum fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclæsiæ Cardinalibus deliberatione matura, de illorum consilio, eiusdem Pauli prædecessoris constitutionem, statutum, & ordinationem prædicta, & prout illa concernunt, omnia & singula in dictis litteris contenta, auctoritate apostolica, præsentium tenore, approbamus, & robur perpetua firmatis obtinere, ac obseruari debere, eadem auctoritate decernimus, & pro potiori cautela, ea omnia sic vt præfertur ab eodem prædecessore prouide statuta, & ordinata, de novo statuimus & ordinamus, ac mandamus perpetuis futuris temporibus inuiolabi-liter obseruari. Volumus insuper quod singuli in eadem Vrbe in presentiarum Rixam seu Brigam quomodolibet forsan habentes, sustinentes, aut excitare mo-lientes, cuiuscumque status vel conditionis existant, post publicationem præ-sentium in Curia Capitolij, & aliis locis publicis dictæ Vrbis faciendam, infra quindecim dictum spatium super illa in dilectos filios eiusdem Vrbis genera-les Pacerios, ac Vicecamerarium, seu alium per nos eius loco forsan surrogandum, aut deputandum, & de iure & de facto iuxta auctoritatem & arbitrium eorumdem Paceriorum plenarie compromisse, ipsorum decisionibus, sententiis, & mandatis stare & parere debeant, & teneantur. Decernentes nulli licere illis contradicere, nec etiam ab eis quouismodo appellare: ac distri-ctius inhibentes, ne aliqui per se aut alium, directe vel indirecete seu alio quouis quæsito colore, contra pacem & concordias haec tenus initas & factas, vel secu-ritates præstas, seu deinceps iniendas venire, vel aliquid attentare, aut illas

illa infringere quomodolibet presumant, sub poenis ultra Vrbis statuta, in huiusmodi facta pace contentis, ac præmissis, & aliis, nostro & Apostolicæ sedis arbitrio infligendis, quas rebelles & contrafacientes, ac pacem huiusmodi non seruantes, eo ipso quo contrafecerint, irremissibiliter incurvant. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate vallatis, eiusdem Vrbis statutis & consuetudinibus contrariis quibuscumque. Et ne quispiam de præmissis valeat ignorantiam allegare, mandamus præsentem nostrarum litterarum tenorem, in locis publicis prædictis, sano tubæ præmisso publicari, & in volumine statutorum prædictorum, de verbo ad verbum describi. Nulli ergo omnino hominum, licet hanc paginam nostræ approbationis, constitutionis, statuti, ordinationis, voluntatis, decreti, inhibitionis, & mandati, infringere, vel ei a usu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorū eius, se nouerit incursum. Datum Roma apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ Millesimo quadragesimo octuagesimo sexto. Kalendis Septembris, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

LITTERÆ INNOCENTII PAPÆ OCTAVI
aliarum confirmatoriæ, contra Homicidas, & su-
mentes vindictam, ac minantes, &
nuntiantes minas.



INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Licet ea quæ laudabili & prouida prædecessorum nostrorum ordinatione contra viros sanguinum & dolosos Deo & hominibus propheta testante abominabiles, ut poenitentia debitis iustitia mediante puniantur, statuta & ordinata fuerunt, inuiolabili debeant obseruatione vigere; nonnunquam tamen Romanus Pontifex ne successu temporis impugnationi subiaceant, illa de novo approbare consuevit, ut eò firmius illibata persistant, quod magis suo fuerint præsidio pro tempore stabilita; alia etiam de novo statuendo & ordinando, quæ prosperi status incrementum, & boni regimini directionem afferre possint, prout id in Domino conspicit salubriter expedire. Dudum siquidem per felicis recordationis Pium Papam Secundum, prædecessorem nostrum, accepto, quod à certis annis tunc clavis citra in terris, locis & tenimentis Romanæ Ecclesiæ mediate vel immediate subiectis, quam plura, etiam ex leuibus causis, homicidia commissa esse reperiebantur, idem prædecessor attendens crimen huiusmodi inter alia esse perniciosum, & detestabile, & iuxta Canonicas sanctiones debere graui animaduersione puniri, & tanto severius puniendum & extirpandum fore, quanto manifestius cognoscetur

tur, quod ex eo ut plurimum scandala, & mala plurima subsequebantur. Accipiens quod eiusdem Ecclesiæ mediate, vel immediate subiecti pacifici forent & modesti, & terras ac loca prædicta Sicariis expurgare, inter alia per quasdam statuit & decreuit, quod omnes illi qui pro delicto homicidii forent condemnati, seu alias de Ciuitate aliqua & districtu ipsius Banniti, non possent ad ciuitatem seu districtum huiusmodi quocumque tempore redire, seu in eis, vel eorum altero moram trahere, etiam habita pace ab haeredibus seu consanguineis vel filiis ipsius occisi, & deinde cum in Urbe Romana, instigante diabolo, pestiferum ac perniciosum malum irrepsisset, quod si quando inter aliquos, etiam pro leuissima causa, Rixa quam Brigam vocabant, exoriebatur, in qua alter alterum percuteret, aut vulneratus huiusmodi, offendit patrem, fratrem, aut filium, seu alterum ex propinquis iniuria expertem, & plerumque offensionis ignorantem; aut huiusmodi excessus plurimum indolentem, horribili immanitate, & furiosa dementia in vindictam suæ iniuria vulnerabat, & interdum occidebat; aut aliquis propinquum offendit vulnerabat vel occidebat, vel vulnerari, seu occidi faciebat. Inde quoque iuxta damnabilem abusum eiusdem urbis utraque pars se domibus priuatis includebat, quas in contemptum summi Pontificis ac etiam Magistratum ciuitatis, armatis complebant. Et interdum fores domorum & porticus steccatis communibant, ubi tamquam ad officinas & asylum scelerum perdit homines & scelesti, ex utraque parte conueniebant. Illic rabida factio iungebatur atrocissimi sceleris immanitate concordans. Illic dementia, & vt fama erat, venalis iniuria, dum ij qui nulla erant iniuria lacefisti, ad vindictam offensorum, insana mente, & ferali crudelitate, coniurabant. Ij erant quorum veloces erant pedes ad effundendum sanguinem, & qui viam pacis non cognoverant, & inter quos foeda & obscena committebant, aleatum usus, pecuniarum effusio, patrimoniorum dissipatio, diræ blasphemiae, & obsceni agebantur incestus. Ex iis oriebatur regentum reipublicam & Magistratum contemptus, ac seditiones nonnumquam excitabantur. Quodque ex alio veteri processerat abusu, ut si quando huiusmodi rixæ & offensiones intercedebant, non solum propinqui atque coniuncti, sed etiam extranei utriusque parti se offendebant, quod vulgo apud eos, & materno vocabulo, Fare de bene, nuncupabatur; ex quo plerumque totius Ciuitatis studia diuidebantur, non sine graui nota regentum, atque discrimine reipublicæ, armabantur aduersus proximos miseri spiritu diaboli repleti, & omne ius humanæ societatis, omnem charitatem, omnem ciuilem concordiam damnabili abusu peruerterebant: piæ memoriae Paulus Papa Secundus etiam prædecessor noster, volens tam immani, & crudeli facinori, ac Populi peculiaris Romanæ Ecclesiæ periculis occurrere, & tam nefarios præsumptores debitæ animaduersionis mucrone ferire, & ut tuta esset inter improbos innocentia, & in ipsis improbis, formidato supplicio, refrænaretur audacia, & nocendi facultas, ipsiusque alma Vrbis paci, & quieti, ac tranquillitati consulere, ut fœlici ducta regimine præseruaretur a noxiis, & optatis semper proficeret incrementis, per alias litteras suas perpetuo valitura constitutione statuit, & ordinavit, quod quicumque deinceps Baro, aut Domicellus, vel Ciuis Romanus, seu quavis alia Ecclesiastica, Secularisque persona, cuius-

Dd cumque

cumque conditionis, & qualitatis existeret, quacumque etiam atroci iniuria facessita, pro sua vel amici, aut propinqui iniuria vindicanda, patrem, aut filium, fratrem aut propinquum, vel alias amicum, vel domesticum offendentis vulnerare, mutilare, occidere, vel quocumque modo realiter, vel personaliter offendere præsumeret, ac talia fieri faceret, vel mandaret: & similiter qui in Urbe Roma, vel in eius districto occasione Rixæ, vel Brigæ, domum communire armatos receptare, aut tenere, vel adhærentes, & complices, aut fautores Brigæ arcessere, seu quamcumque conuentionem, congregationem, & collectam hominum, ad ultionem iniuriæ inuocare, excitare, inuitare, vel receptare præsumeret, per se, vel alium, crimen læsa Maiestatis incurreret, & læsa Maiestatis, rebellionis, ac seditionis in Urbe concitatæ, reus censeretur & haberetur, ac ut talis à competentibus iudicibus seuerissime puniretur. Ecclesiastici vero talia perpetrantes, omni dignitate, honore, ordine, officio, & beneficio, essent ipso iure priuati, & perpetuæ custodiæ manciparentur. Beneficia eorum libere aliis per illos ad quos eorum collatio pertineret, conferrentur: omnesque præterea talia committentes, tamquam Christianæ religionis alieni, publicæ Pacis æmuli, ab omni Populo, Ciuitate, Terra, vel loco, Ecclesiæ Romanæ mediate vel imminente subiecto, essent perpetuo diffidati: eorum bona tam mobilia, quam immobilia essent ipso iure Cameræ Apostolicæ confiscata. Nulli præterea talium aliquius aperiretur ianua dignitatis, aut honoris Ecclesiastici, vel mundani, seu alicuius loci regimen esset ascensus. Et ut magis famosa esset eorum infamia, factio testamenti actiue & passiue esset eis interdicta, ad actus legitimos nullus eis pateret aditus, nulla porta panderetur, & spe gratiæ, aut dispensationis adempta: ac præter poenas prædictas sententiam excommunicationis, & perpetuae maledictionis incurrent, à qua absolvi non possent, nisi per Romanum Pontificem, præterquam in mortis articulo constituti: ac nonnulla alia tunc expressa, fecit statuit, ordinavit, ac obseruari voluit, prout hæc & alia in singulis litteris prædictis, quarum tenores, ac si de uerbo ad uerbum præsentibus infererentur, haberi voluimus pro sufficienter expressis, plenius continetur. Cum autem, sicut non absque graui animi displicentia accepimus, licet nos post nostram ad summi Apostolatus apicem assumptionem, singulas litteras prædictas, ac omnia & singula in eis contenta, quæ etiam per recolendæ memoriae Sixtum Papam Quartum similiter prædecessori nostrum approbata fuerunt approbauerimus, & robur perpetuæ firmitatis obtinere, & obseruari debere, decreuerimus, etiam de fratrū nostrorum Sancte Romane Ecclesiæ Cardinalium consilio: quia tameñ nondum præmissa in usu fuerunt, creuit, & crescit indies, propter impunita tem huiusmodi facinorosorum hominum temeritas & audacia non sine maximo ipsius urbis, & aliarum Romanæ Ecclesiæ terrarum, ac illas habitantium, præiudicio, & detrimento, maloque exemplo & scandalo plurimorum. Nos igitur volentes super iis, prout nostro incumbit officio, opportune prouidere, habita de nouo cum eisdem fratribus matura deliberatione, de illorum consilio, singulas litteras prædictas, ac omnia & singula in eis contenta, ne non statutum dictæ Vrbis, quo cauetur quod domini Castrorum, & Barones in eorum Terris diffidatos sub certa poena inibi expressa retinere non possunt, cuius tenorem etiam præsentibus haberi volumus pro sufficienter,

cienter, expresso, auctoritate Apostolica tenuore præsentium de novo approbamus, & perpetuæ firmitatis robur obtainere, ac perpetuo obseruari debere eadē auctoritate decernimus. Proque potiori cautela ea omnina sic vt præfertur ab eisdem prædecessoribus proinde statuta & ordinata de novo statuimus, & ordinamus ac mandamus perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obseruari, nec eo prætextu quod hactenus forsitan obseruata non fuerint, volumus in aliquo posse reprobari. Et insuper quia sicut etiam facti evidentia demonstrat, insurrexit à paucis temporibus citra inter homines facinorosos homicidas bannitos seu diffidatos ab Urbe pro eorum delictis & sceleribus, quadam prava improba & damnata consuetudo, quod cupientes reaffidari & ad urbem redire, quod nisi ab hæredibus occisi aut offensi pacem habeant facere non possunt, per nuncios aut litteras, vel aliter læsis, & offensam passis, acriter minantur pollicentes se peiora facturos, nisi pacem cum eis faciant, monentes etiam ipsos ne a eorum domibus discedant, Brigam eis indicentes, ex quo hæredes ipsi aut aliter iniuriam passi & interdum eorum consanguinei & affines etiam hi qui in longissimo gradu sunt constituti compelluntur aut pacem violentam inire, aut Brigā sustinere, propter quæ alij ex huiusmodi impunitate indies ad peiora perpetrandum inducuntur: Huiusmodi malis prout tenemur occurrere volentes, etiam de simili consilio statuimus, decernimus, & ordinamus quod omnes, & singuli qui modo præmisso minati fuerint, & Ambassatam, aut litteras scienter iis quibus minantur, afferre audebunt, & præsument, crimen læsa Maiestatis similiter incurrant, & læsa Maiestatis, ac rebellionis rei censeantur, ac veluti tales à competentibus iudicibus seuerissime puniantur, & tam illi quam Ecclesiastice personæ talia perpetrantes, cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, conditionis, & excellentiæ existant, omnes & singulas sententias, censuras, & poenas quas idem Paulus prædecessor contra patrem, filium fratrem, & propinquum, vel domesticum, offendentis, vulnerantis vel mutilantis, occidentis, vel quocumque modo offendentis, promulgavit, vt prædictum est, eo ipso irremissibiliter incurrant. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dictæ Vrbis iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis & consuetudinibus, necnon omnibus illis quæ Pius, Paulus, & Sixtus prædecessores præfati in suis, & nos in aliis nostris litteris prædictis voluimus non obstat, cæterisque contrariis quibuscumque. Et ne quicquam de præmissis valeat ignorantiam allegare, mandamus præsentium nostrorum litterarum tenorem in curia Capitolij, & aliis locis publicis dictæ Vrbis, sono tubæ præmisso, publicari, ac in volumine statutorum prædictorum de verbo ad verbum describi, ad certitudinem præsentium, & memoriam futurorum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, decreti, statuti, ordinationis, mandati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominice Millesimo quadragesimo octauo, Idibus Septembri, Pontificatus Nostri Anno Quinto.

LITTERÆ PII PAPÆ QVINTI
Confirmatoriaæ aliorum summorum Pontificum
contra Homicidas, Bannitos, &
alios facinorosos.



IUS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriā. Ex supernæ dispositionis arbitrio gregis Domini curæ præsidentes, inter varias animi sollicitudines, quæ ex Pastoralis officij ministerio nobis incumbunt, illam à nobis potissime amplectendam esse putamus, per quam inter singulos gregis eiusdem fideles, præsertim vero nobis, & Romanæ Ecclesiæ subditos pax, & concordia confouentur, seditiones sedantur, scandalis obuiatur, & animarum salus procuratur. Vnde ea quæ sedula meditatione hactenus à diuersis Roman. Pontificibus prædecessoribus nostris præmissorum ratione gesta fuisse ac ordinata comperimus, quo sæpius fideles ipsi illa perspicient innouari, eò feruentius, ac promptius ad illorum observationem excitentur, confirmanda, innouanda, nostræque auctoritatis munimine roboranda esse censemus, aliasque desuper disponimus prout in Domino conspicimus expedire. Sane aliás postquam fel. recor. Pius Papa II. prædecessor noster per eum accepto, quod à certis tunc elapsis annis citra in terris, & locis, & tenimentis dictæ Romanæ Ecclesiæ mediate vel immediate subiectis, quamplura etiam ex leuibus caufis commissa esse reperiabantur homicidia, idem prædecessor attendens crimen huiusmodi inter alia perniciosum esse, & detestabile, & iuxta Canonicas sanctiones debere graui animaduersione puniri, & tanto seuerius puniendum, & extirpandum fore quanto manifestius cognoscetebatur quod ex eò scandala, & plurima mala subsequebantur: ac cupiens quod eiusdem Ecclesiæ mediate, vel immediate subiecti, pacifici forent & modesti, ac Terras, & loca prædicta Sicariis expurgare, inter alia per suas litteras statuerat, & decreuerat, quod omnes illi qui pro delicto huiusmodi forent condemnati, aut aliás de ciuitate aliqua, seu districtu ipsius banniti, non possent ad ciuitatem seu districtum huiusmodi quocunque tempore, seu in eis vel eorum altero moram trahere, etiam habita pace ab hæredibus, & consanguineis, seu filiis ipsius occisi, nec Legatus etiam de latere, aut Gubernator qui pro tempore foret, vel quiuis alias posset auctoritate Apostolica seu ex officio suæ legationis aliquem homicidam, seu bannitum rebanni, & reducere, seu reuocare ad ciuitatem vel districtum aut eorum alterum, seu ei licentiam, vel saluumconductum concedere, redeundi seu morandi in eis, vel eorum altero in perpetuum, vel ad tempus modicum, siue magnum, nec etiā ad diem unum, siue noctem. Quod si secus per quemcumque ex prædictis factum foret, ipso facto poenam excommunicationis sine ulterioris sententiæ declaratione, à qua per alium, quam per summum Pontificem, & tunc facta de hoc speciali expressione non posset absoluī, ac licentia, reducio, reuocatio, saluu conductus, & cassatio processus, & banni huiusmodi essent ipso iure nulla, nulliusq. roboris uel momenti, incidetque etiam in poenam ducatorum militari

le auri

le auri Cameræ Apostolicæ applicandorum, quam Thesaurarius, cui hoc secreto, uel publice foret relatum, & denunciatiū retineri faceret, & mandaret, nullo super hoc expectato seu requisito superioris mandato. Quod si non faceret ipse Thesaurarius, eadem sententiam excommunicationis ipso facto cum eisdem qualitatibus incurreret: ipseq. rebannitus, reductus, siue quocumque alio modo reuersus possit deberetq. capi, detineri, & incarcерari, ac de ipso secundum sententiam contra eum latam, iustitia fieri per Gubernatorem, Pontestatem, vel alios officiales ad quos spectaret, & pertineret incontinenti, sine ulteriori sententiæ notificatione, requisitione superioris vel alterius, sub poena ducentorum ducatorum auri Cameræ præfatae applicandorum, quam Thesaurarius præfatus simili modo & forma, ac sub similibus censuris faceret retineri: & quod quacumq. appellations interpositæ, uel interponendæ ab huiusmodi, uel aliis sententiis, siue grauaminib[us] cōtra homicidas latis, vel à processu contra eos facto, etiam si lis uel instantia super eis penderet, & inhibitiones vigore ipsarum emissæ forent per Auditorem Cameræ, vel alium quemcumque ordinariū, vel delegatum, essent nullæ, & inualidæ, nec ad ulteriora super his, & ipsarum vigore procedi posset aut deberet. Quinimmo appellations, lites, & causæ huiusmodi censerentur auocate, extinctæ, & inualidæ, nec Potestates, seu Officiales, quibus inhibitum foret, mandatis, inhibitionibus, litis pendentis, censuris, & poenis in eis contentis astringerentur, immo tenerentur, & deberent ad executionem sententiarum latarum procedere: posset tamen in casibus à iure, vel statuto præmissis appellari ad Gubernatorem ciuitatis, seu prouincię, qui infra mensem causam diffinire teneretur, quo elapso inhibitio & instantia super eis essent nullæ, & libere fine impedimento posset fieri executio sententiæ, uel banni, ac si non fuisset inhibitum & appellatum: quodque banniti & condemnati propter huiusmodi crimen homicidij censerentur banniti ab omnibus circumiiciis locis vñq. ad milliaria quinquaginta, infra quæ si reperti forent, possent & deberent capitalis sententiæ, siue condemnationis pecuniariæ executiones fieri contra eos per Potestates, & alios Officiales, ciuitatibus, districtui, & loco præsidentes, sub poenis pecuniariis simili forma incurredis; ita quod omnes, & singuli homicidæ, quorum delictum notorium foret, vel de homicidio infamati, seu condemnati, etiam si de delicto huiusmodi ex forma statuti non posset inquiri, vel aliqua pena imponi, vel etiam si ipsius delicti, vel penæ pro eo impositæ auctoritate Apostolica vel alterius ab ea vel à Rom. Pont. potestatem habente, esset facta remissio, cassatio processus, & sententia nullata, vel aliás quomodolibet dispositum per viam gratiæ uel iustitiæ remissionis in toto uel in parte, non posset habere officia, vel dignitates in quibuscumque locis, ciuitatibus, & terris, à quibus banniti forent, & in quibus domicilium eorum, originemque haberent, seu aliás moram traherent, vel residerent, etiam si forent absolti, rebanniti, vel aliás eorum sententia seu condemnatio, siue processus irritati, vel aliás pro infectis habitis: sed perpetuo essent infames, & omni officio, & dignitate priuati, nec possent ferre testimoniu[m], nec tabellionatus officiu[m] exercere, neq. admittentur ad iudicandu[m], seu aliud officiu[m] exercendum, & ab omnibus auctibus legitimis essent perpetuo suspensi: quinimmo si huiusmodi officia acceptarēt, exercecerent, seu aliás ad ea exercenda admissi forent, tam ipsi quam Gubernator, Legatus,

gatus aut superior qui eum eligere, vocare, aut ipsum officium exercere seu ei præesse patet, pœnam quingentorum ducatorum auri ipso factō incurrerēt, & sua gubernatione priuarentur, nec gesta in iudicio, vel extra iudicium tam per eum qui admissus foret ad officium, quam per eum qui illud exercere passus foret, de cetero valida essent, & robur obtinerent, quinimo essent nullius roboris, vel momenti, & si Ecclesiastica personæ forent, sententiam excommunicationis ipso factō incurrerent sine vteriori declaratione, à qua pœna non possent præterquam à Rom. Pont. cum speciali delicti seu homicidij huiusmodi expressione absoluī. Et Thesaurarius Cameræ sine vteriori requisitione, seu notificatione, aut inhibitione, vel monitione salarym eisdem, vel alteri debitum retinere deberet, si ab eo deberetur; si vero, non deberetur, Potestati, Gubernatori, vel alteri ad quem spectaret, ab eis, vel eorum altero exigi, & satisfieri sub eisdem censuris in eisdem litteris quas idem predecessor per omnes ciuitates Ecclesiæ publico præconio publicari mandauerat, dum sepius contingerat, quod offendit ignarus aut ob huiusmodi excessus plurimum condolens, horribili immanitate, & furiosa dementia in vindictam iniurię vulneraretur, & interdum occideretur, aut aliquis propinquorum offensi ad vltionem iniurię propinquū sui, ut præmittitur, propinquum offendit vulneraret, vel occideret, seu vulnerari, vel occidi faceret. Inde quoque iuxta damnabilem abusum ciuitatis vtraque pars se domibus priuatis includeret, quam in contemptum summi Pontificis, videlicet Principis ac etiā Magistratum ciuitatis armatis complebant, & interdum fores domorum, ac porticus, stecatibus communibant, vbi tamquam ad officinas, ac asylum scelerum perdit homines, & sceleri ab vtraque parte conueniebant: Illic inuida factio coniungeretur atrocissima sceleris immanitate concordans; illic dementia, & furia esset venalis iniuria, dum hi qui nulla erant iniuria lacefitti, ad vindictam offensorum insana mente, & ferali crudelitate coniurarent: hi essent quorum pedes veloces erant ad effundendum sanguinem, qui viam pacis non cognouerant, inter quos foeda, & obscena commercia, alearum lusus, pecuniarum effusio, patrimoniorum dissipatio, dirę blasphemię, & obsceni agebantur incestus: ex his oriretur regentium rempublicam, & magistratum contemptus, ac seditiones nonnumquam suscitarentur. Et si quando huiusmodi rixæ, & dissensiones intercederent, non solum propinqui, atque coniuncti, sed etiam extranei vtrique parti se offerrent, quod vulgo Apuleos, & materno vocabulo (fare di bene) nuncupabatur, ex quo plerumque totius ciuitatis studia diuidebantur, & non sine graui nota regentium atque discriminé reipublicæ armarentur aduersus proximos miseri spiritu diaboli repleti, omne ius humanæ societatis, omnem charitatem, omnem ciuilem concordiam damnabili abusu subuerterent, pia memorię Paulus Papa II. etiam predecessor noster per suas litteras perpetuo statuerat, & ordinauerat, vt quicumque extunc deinceps Baro, aut Domicellus, ac cuius Romanus vel quis alia ecclesiastica, secularisque persona cuiuscumque conditionis, & qualitatis existeret, quacumque etiam atroci iniuria lacefita pro sua, vel amici, aut propinqui iniuria vindicada patrem, aut filium, fratrem, aut propinquum, vel alias amicum, vel domesticum offendit vulnerare, mutilare, occidere, vel quocumque modo realiter, vel personaliter offendere præsumeret,

simeret, aut talia fieri faceret, vel mādaret: similiter qui in vrbe Roma, uel eius districtu occasione rixæ uel brigæ domū cōmunire, armatos receptare, aut tene re, vel adhærētes, & cōplices, ac fautores brigæ accersere, siue quācumq. conuētionem, congregationē, & collectam hominum ad vltionē iniurię inuocare, exci tare, inuitare, uel receptare præsumeret per se, uel alium, crimē laſa Maiestatis, rebellionis, & seditionis in Vrbe cōcitatæ reus cēseretur, & haberetur, ac ueluti talis à cōpetentibus iudicibus seuerissime puniretur: Ecclesiastici vero talia per petrantes omni dignitate, honore, ordine, officio, & beneficio essent ipso iure priuati, & perpetuo manciparētur, ac beneficia eorum libere per illos ad quos collatio pertinebat eorum, conferrentur. Omnesq. præterea talia committētes tamquam Christianæ religionis alieni, publicæ pacis amuli, ab omni populo, ciuitate, loco, & terra dictæ Ecclesiæ mediate, uel immediate subiecta essent per petuo diffidati, eorum bona tam mobilia, quam immobilia essent ipso iure Casmeræ Apostolicæ cōfiscata: Nulli præterea talium alicuius aperiretur ianua dignitatis, aut honoris Ecclesiastici, uel mūdani, seu ad alicuius loci regimē esset aſcēsus. Et ut magis esset famosa eorū infamia, factio testamēti actiue & passiue esset eis interdicta, ad actus legitimos nullus eis pateret aditus, nulla porta pande retur, omni spe gratiæ, aut dispētationis adēpta. Et præter prædictas pœnas sententiam excommunicationis, & perpetuæ maledictionis incurrerēt, à qua absolui non possent nisi per Ro. Pont. præterq. in mortis articulo constituti. Illi uero, qui ipsi offendit, uel offendētibus, seu brigosis adhærere, fauorem, opem, auxiliūm q. promittere, aut in domibus, uel castris, locis, seu foralitiis suis receptare, aut qui iuxta vulgare (fare di bene) ex tunc deinceps præsumerent, tamquam fautores scelerum, & conspiratores aduersus publicam pacē omnino similiis rebellionis, confisctionis, depositionis, priuationis, inhabilitatis, ac excōdicatio nis, & anathematis pœnas incurrerēt. Et pterea ut domus, & habitationes principaliū offendentium, qui uindictam in alios, ut præmittitur, sumere, & exerce re, aut etiam qui ex utraq. parte domos ipsas munire, aut congregations occa sione brigæ, aut collectas hominum adunare, uel armis, aut armatis, seu stecatis, aut propugnaculis cōmunire ausi forēt, in detestationē tanti facinoris demolirētur, & usq. ad solū ad perpetuam infamiā prosternerētur: Per hoc quoq. secularibus, aut aliis iudicibus suis competētibus non ademerat facultatē vīēdi statutis, & legibus aduersus tales editis, & edendis. Et successiue recolendē memorię Sixtus Papa IIII. similiter predecessor noster accepto per eū quod contēta in litteris Pij predecessoris huiusmodi à certis annis tūc elapsis citra nō fuerat obseruata, & ex illorū non obseruātia subditi præfatę Ecclesię procliuiores erāt ad homicidia committēda, ac fere passim quotidie perpetrabātur, & homicidē præfati ideo ad illa committēda prōptiores existebāt, quia sperabāt latere, & suo rū excessū remissionē consequi facile posse; ac detestabilē, & horribilē scario rū nequitiā talium ad aliorū cautelā iuris remedii prosequi studio cupiēs indefesso, habita super iis cū fratribus suis præfatę Ecclesię Cardinalibus delibera tione matura, de illorū consilio per suas litteras, statuta, decretaq. Pij predecessoris p̄fati cōtēta approbauerat, & robur p̄petuę firmitatis obtinere debēre decreuerat, ac uoluerat, & de eorūdē fratrū cōfilio statuerat & ordinauerat, ḡ condem-

condemnati eatenus, & quos in posterum condemnari contingere vblibet in ciuitatibus, terris, & locis predictis pro homicidio, siue ut principales, siue ut auxilium, consilium, vel fauorem præstantes, suarum condemnacionum remissionem, aut contra illas saluum conductum, & licentiam secure in loco patrati criminis, vel infra quinquaginta milliaria (ut prefertur) propinquo, nullatenus obtinere possent ab alio quam à Romano Pontifice, qui pro tempore esset, & alicuius alterius etiā Legati de latere remissio nemini suffragaretur: & si forsitan contingere eumdem Romanum Pontificem ad remissiones siue saluum conductum huiusmodi procedere, talis remissio per preoccupationem processisse censeretur, & nemini prodesse posset, nisi in illa uerbo ad uerbum, non autē per clausulas generales idem importantes inferius, insertus foret ac specifica, & determinata causa exprimeretur, quæ eumdem Romanum Pontificem induceret ad derogandum eisdem litteris Sixti predecessoris, quæ cum tam matura deliberatione ab eodem Sexto predecessorre manauerant. Et sublequeretur Sancte memorie Iulius Papa Secundus etiam predecessor noster habita super iis cum fratribus suis tūc, & dictè Ecclesiæ Cardinalibus deliberatione matura, & de illorum consilio litteras Pij & Sixti predecessorum huiusmodi prout illas concernebant, omniaq; & singula in eisdem litteris contenta per quasdam approbauerat, & innouauerat, ac robur firmitatis perpetuo obtinere debere decreuerat, ac illas ad bannitos, seditiones, & rebelles, aut alios pro quocumq; alio crimine capitali à quibus suis officialibus, tam in dicta Vrbe, quam extra eam, & in terris eidem Romanæ Ecclesiæ mediate uel immediate subiectis ius dicentibus, pro tempore condemnatos, & brigos nuncupatos pacem iuxta ordinationes dictæ Vrbis Apostolica auctoritate approbatas facere recusantes: Necnon ius sibi met contra alios dicentes, aut caualcatas, sine Romani Pontificis, aut officialium suorum speciali licetia facientes, uel mouentes, præfata auctoritate de eorumdē fratum consilio extederat, ac vniuersis & singulis, tā laicis quam Ecclesiasticis cuiuscunq; status, gradus, ordinis excellētia, & dignitatis, Ducibus quoq;, Comitibus, Baronibus, Domicellis, necnon communitatibus, vniuersitatibus ciuitatum, terrarum, castrorum, & aliorum quorumcumq; locorum dictæ Ecclesiæ mediate, uel immediate subiectorum districte præcipiendo mandauerat, & inhibuerat, ne aliquis eorum homicidas, bannitos, exitiosos, & rebelles, aut pro alio capitali criminis condemnatos, aut brigos pacē facere recusantes, seu ius sibi cōtra alium dicentes, aut caualcatas facientes, uel mouentes in eorum Ciuitatibus, castris seu locis aliis quibuscumq; recipere & retinere, seu auxilium, consilium, uel fauorē directe uel indirecte, publice uel occulte, per se uel alium præstare, aut in eorum domibus, seu castris, uel locis recipere, & receptare præsumeret; & si aliquis contra inhibitionē & mandatum huiusmodi quouis modo directe uel indirecte de cetero uenire præsumeret, idem Iulius predecessor omnes, & singulos sic contraueniētes excommunicationis majoris, & anathematis sentētiam, à qua non nisi ab ipso Iulio predecessor, & eiusdē successoribus (præterquā in mortis articulo constituti, & debita satisfactione præmissa) absolui possent, incurrire, eosq; omnibus & singulis priuilegiis, gratiis, libertatibus, indultis, exemptionibusq;, immunitatibus realibus, & personalibus, ac ciuitatibus, castris, terris, locis,

eis, & dominiis eorum dignitatibus & honoribus, iuribus, & officiis, ac etiā feudiis, & concessionibus quibuscumque, quæ à Romana præfata, & quibuscumque aliis Ecclesiis obtainere noscebantur, sub quacumque uerborum forma, & tenore, ac cum quibusuis efficacissimis, & insolitis etiam præseruatius ab incursu pœnæ priuationis eo ipso priuatos, & inhabiles, ac indignos ad illa & quælibet alia in posterum obtainenda, & quoscumque actus legitimos exercendos fore nunciauerat: & illa per ipsum Iulium predecessorem, & successores suos absque aliqua declaratione super incursu pœnæ priuationis huiusmodi, aut citatione eorum qui priuationis pœnam incurrent facienda, aliis personis in feudum seu uicariatum, aut aliis, ac si per elapsum temporis concessionis, aut finitam lineam ad dictam Cameram reuerſa essent, libere concedere, ac aliis de illis disponere posse decreuerat, & declarauerat. Nec non ciuitates, terras, castra, & loca prædicta Cameræ præfatae confiscauerat, incorporauerat, applicauerat, & appropriauerat, ac confisca, incorporata, & appropriata esse, sicq; contraueniētes pro rebellibus eiusdem Ecclesiæ haberi, & censi debere uoluerat, eorum subditos, ac uafallos, & arcium, ciuitatum, terrarum, castrorum, & locorum prædictorum Castellanos, à quocumq; fidelitatis iuramento, quo ipsi essent quomodolibet astrixi, penitus absoluens: ciuitates quoq; terras, castra, & loca prædicta, si ad eiusdem Ecclesiæ obedientiam se non reduceret, seu in premissis quomodolibet delinquerent, & etiam quorumcunq; eis auxilium, consilium, vel fauorem quouismodo directe vel indirecte, publice uel occulte præstantium, etiam quacumq; ecclesiastica uel mundana, & regali præfulgerent dignitate, & excellētia, ut præfertur, & ad quæ eos declinare contingere, ecclesiastico subiecti interdicto tamdiu firmiter obseruando donec ibidem foret etiam per triduum post inde discessum. Illos quoq; qui aliquem scirēt culpabilem in prædictis, & eidem Iulio predecessori, vel successoribus suis intra trium di erum spatiū non referrēt, vel alicui per quæ ad eum fideliter referretur, similes pœnas incurrere uoluerat. Et insuper per eundem Iulium predecessorē accepto quod nonnulli ciuitatum, castrorum, & locorum tam Regni nostri, tunc sui Siciliæ citra Pharum, quam aliarum partium dictæ Ecclesiæ subiectarum etiam Vrbis prædictæ adiacentium, qui propter homicidia, aliqua uel nefanda per eos perpetrata, excessus, crimina, & delicta, & aliis eorum demeritis id exigētibus à ciuitatibus, terris, castris, & locis eorum, seu in quibus tunc morabantur exules, rebelles, & banniti, quod in illis præterea secure morari nequirēt, alij de ciuitatibus, terris, castris, & locis dictæ Ecclesiæ subiectis ad Regū, & alias partes adiacentes huiusmodi, alij autē ex Regno, & adiacētibus partibus prædictis ad ciuitates, terras, castra, & loca eidē Ecclesiæ subiecta prædicta etiam dictæ Vrbi adiacētia se transferrēt, nonnulli Barones, Proceres, & Domini, seu Vicarij in temporalibus ciuitatum, terrarū, castrorum, & locorum, ac regni, & partium adiacētium prædictorum, eorumq; officiales, & subditi dictos homicidas, bannitos, criminosos, atq; rebelles homines sciēter receptare, & quod gravius erat, protegere, & defendere nō formidabant, se reos tantorū scelerum per homicidas, & alios bannitos prædictos perpetratorū apud Deum constituites, & tam ipsi homicidis, & malefactoribus, quam aliis similia, & grauia delicta perpetrandi, & committendi audaciam, & scelerū huiusmodi impunitatē tri- buentes

buētes in animarū suarū periculum, iustitiae conculationē, ac dictæ sedis au-
toritatis contēptum, & scandalum plurimorum: Idem Iulius prædecessor Motu
proprio omnes, & singulos Barones, Proceres, Milites, ac Dominos, & Vicarios
in temporalibus ciuitatum, terrarum, castrorum, & locorum eorumdē, necnon no-
stros & eorumdē Baronum, Procerum, Militum, & Dominorum Vicarios, Offi-
ciales, & subditos per suas litteras requisierat, & monuerat, eisque, & eorum
cuilibet in uirtute sanctæ obedientiæ, ac sub excommunicationis latæ sententiæ
pœna, quam contrafaciētes eo ipso incurrerēt distictius inhibuerat, ne homici-
das, bannitos, criminosos, rebelles, aliosq. infames homines prefatos, qui pro-
pter eorum delicta banniti in locis originis suæ, seu aliis regnorum, ciuitatum,
terrarum, castrorum, & aliorum locorum prædictorū propter eorum malam vi-
tam cōmorari non poterant, extunc de cætero nullatenus receptare, aut eis cō-
filium, auxiliū, uel fauorē quouis quæsito colore præstare præsumerēt. Quinimo
tales ad eorum dominia declinantes, seu in eis commorantes capi, & ad forum
seu iusticias, vel Officiales ad quos punitio, & castigatio criminū, & excessuum
per eos perpetratorum, ut præfertur, de iure, vel consuetudine pertinebant, &
spectabant destinare, aut si partibus læsis & offensis vtilius foret, illos iuxta cri-
minum & excessuum per eos perpetratorum qualitatē ad pœnas à iure statutas
in locis ubi deprehensi forēt procedere procurarēt. Præterea fœlicis mem. Leo
Papa X. etiam prædecessor noster similiter per eum accepto, quod nequissimi
Sicarij eo ad perpetranda homicidia, & mala omnia committēda proclamiores
reddebat, quo in opprobrium iustitiae, & animi sui indignationē non solum
in ciuitatibus, terris, castris, & locis ipsius Ecclesiæ dominio subiectis, & non
subiectis dictæ Vrbis conuincinis, sed etiam in Vrbe ipsa in ædes & Palatia reti-
nebantur, & recipiebantur, aut ob fauorem Ducum, Marchionum, Comitū, Ba-
ronum, Domicellorum, Dominorū temporalium, armorum Capitanorum, Du-
ctorumq. , & aliorum Magnatum auxilio confouebantur, Iudicum quoque, &
Officialium animaduersio in eos sepe, & sepius omisla fuerat, idem Leo prædeces-
sor Motu simili, & ex certa sciētia priores litteras Iulij prædecessoris huiusmodi,
ac omnia, & singula in eis contēta per suas litteras approbauerat, & innouauerat.
Adiiciēs, & de Apostolicæ potestatis plenitudine statuēs, quod si Duces, Baro-
nes, Marchiones, Comites, Domini temporales, Vicarij, Feudatarij, armorū Ca-
pitanei, Ductores, Magnates, Principes, Communitates, & officiales ciuitatum,
terrarum, & locorum dictæ Ecclesiæ mediate vel immediatè subiectorū, homici-
das, bannitos, exitios, rebelles, aut pro quocumq. crimine capitali pœna dam-
natos, necnon brigosos pacē facere recusantes, treugarum, siue induciarum vio-
latores, seu fractores, ius sibimet cōtra alium dicētes, caualcatas, aut armatas,
vel ultra numerum decem hominum coadunatas facientes propria auctoritate,
uel mouentes ad eorum terras, ciuitates, castra, loca, territoria, & dominia de-
clinantes, non solum recipierent, retinerent, vel eis auxilium, consilium, opem,
fauorem, tacite uel occulte, direcēte, uel indirecēte prestarent, aut contra man-
data, & inhibitiones in eiusdem Iulij prædecessoris litteris contentas deueni-
rent, sed etiam si eosdem manu forti non acciperent, apprehenderentque, &
captos ad mandatum Romani Pontificis pro tempore existentis, aut suorum
Officialium exhiberent, traderentque, non solum omnes, & singulas senten-
tias

tias, ac etiam priuationis pœnas in eisdem litteris expressas, verum etiam lę-
ſę Maiestatis reatum, & verum ac nulla iuris aut hominis fictione conjectum
crimen eo ipso incurrerent, & in eos sic contrafacientes modo & forma qui-
bus in veros criminis lęſę maiestatis reos à iure procedi debere statutum erat,
procederetur; & tam ad prefatas quām huiusmodi lęſę maiestatis criminis à
iure inflictas pœnas executiue deueniretur. Et insuper omnia, & singula
per Iulium prædecessorem, & ut præfertur per Leonem huiusmodi innouata,
& de nouo statuta, & illis adiecta perpetuę firmitatis robur obtinete, &
inuiolabiliter obseruari debere decreuerat. Porro ad notitiam similis Memo-
riæ Clementis Papæ VI I. pariter prædecessoris nostri peruento plures Vr-
bis, ciuitatum, terrarum, castrorum, locorum, & tenimentorum, ac Re-
gni, & partium prædictorum contra litteras prædecessorum huiusmodi elata
ceruice deuenire, & se aduersus iustitiae clypeum, & tutelam rebelles consti-
tuere præsumant, ac censuras & pœnas prefatas in eisdem litteris contentas
sensu reprobo paruipendere non verebantur, in animarū suarū perniciem,
diuīng maiestatis offendam, & reipublicæ læsionem, idem Clemens præde-
cessor ne litterę prefatę, quę prouida deliberatione ab ipsis prædecessoribus
manauerant, contemptibiles redderentur, sed excessuum perpetratores de-
bita animaduersione punientur, opportunis remedii prouidere uolens, Mo-
tu proprio non ad aliquorum eidem super hoc oblatę petitionis instantiam,
sed de sua mera liberalitate, & ex certa scientia, singulas Pij, Pauli, Sixti, Iu-
lij, & Leonis prædecessorum litteras huiusmodi, cum statuti, ordinationis,
extensionis, additionis, inhibitionis, decreti, declarationis, confiscationis,
incorporationis, applicationis, voluntatis & mandati, ac cum omnibus, &
singulis aliis in eis respectiue contentis clausulis, auctoritate Apostolica per
suas litteras approbauerat, & innouauerat, ac perpetua roboris firmitate sub-
sistere, & per singulos, quos litterę ipę concernerent, sub excommunica-
tionis, anathematis, maledictionis, infamie, suspensionis, diffidationis, cri-
minis lęſę maiestatis, seditionis, rebellionis, confiscationis, depositionis, pri-
uationis, inhabilitatis, & interdicti, & aliis censuris, & pœnis Ecclesiasticis,
& temporalibus in eisdem litteris contentis, quas contrauenientes eo ipso incur-
rerent, perpetuo inuiolabiliter obseruari debere decreuerat: illasq. etiam ad
hoc ut homicidę, Sicarij, exitij, criminosi, rebelles, aliiq. infames propter ho-
micia, aut alia nefanda per eos perpetrata, excessus, crimina, & delicta in ci-
uitatibus, terris, castris, uel locis eorum, seu in quibus tunc morabantur banniti
& condemnati, etiam habita pace ab hereditibus, filiis, seu consanguineis occi-
orum, ac partium lęſarum, non solum à locis circumuicinis vsque ad quin-
quaginta millaria, sed etiam ab omnibus & singulis ciuitatibus, terris, castris,
& locis, etiam regni & partiū prædictarum nobis et dictę Romanę Ecclesię quo-
modolibet mediate uel immediate subiectis banniti, & exiles essent, & esse
censerentur, nec in illis, seu eorum aliquo etiam pretextu cuiusvis licentię, salvi-
codus, remissionis, reductionis, reuocationis, uel alterius gratiæ per eos desu-
per quomodolibet pro tempore obtentæ moram trahere possent. Et si in eis re-
sideret, vel reperti forēt, capi, detineri, & incarcerari, ac iuxta criminū & exces-
su per eos perpetratorum qualitatē, uel litterarū Pij prædecessoris huiusmodi

tenorem, sub poenis in eisdem litteris contentis, per Officiales ciuitatis, terræ, castrorum, vel loci, in qua vel in quo deprehensi forent, debitibus poenis plecti, seu inde educi, & ad forum seu Officiales, ad quos criminum & excessuum eorumdem punitio, vel de iure, vel consuetudine pertineret, renitti deberent, extenderat & ampliauerat. Et nihilominus præmissa omnia, & singula prout per Pium, Paulum, Sextum, Iulium, & Leonem prædecessores præfatos statuta, & ordinata, inhibita, decreta, & declarata fuerant, ita ut Duces, Barones, Marchiones, Comites, Domini temporales, Vicarii, Feudatarii, Capitanei, Magnates, Principes, Communitates, Ciues, Officiales, & personæ, ac alij quos prædictæ litteræ concernebant, ac ipsorum singuli litteras & in eis contenta huiusmodi non obseruantes, & illis quomodolibet direcete, vel indirecete contrauenientes, ac eis adhaerentes, eorumque fautores, & complices, singulas censuras, & poenas prædictas eo ipso, absque alia declaratione incurrerent, & incurrisse censerentur. Quodque Duces, Barones, Marchiones, Comites, in temporalibus Vicarij, & Feudatarij ciuitatum, terrarum, castrorum, & locorum, etiam regni, & partium prædictarum sibi & eidem Ecclesiæ mediate vel immediate subiectarum, aliquos suos & dictæ Ecclesiæ hostes, & inimicos, aut subditos, exiles, bannitos, & facinorosos cuiuscunque status, vel conditionis essent, publice, vel occulte vlo umquam tempore recipere, & acceptare nullatenus præsumerent. Et si aliquos ad eorum dominia, & territoria confugere contingeret, illos ex eorum dominiis vel territoriis huiusmodi expellere, seu ad simplicem iussionem suam, vel successorum suorum quo volueret, seu successores ipsi voluissent, tute conduci facere. Ac quod præmissa à suis subditis inuiolabiliter obseruarentur omni excusatione cessante cum effectu curare, sub similibus priuationis, & rebellionis, ac criminis laesæ Maiestatis poenis si contrafacerent eo ipso incurrendis. Necnon ut homicidæ, fautores, & complices præfati facilius capi & puniri posset, quod com munitates ciuitatum, & vniuersitates terrarum, castrorum, & locorum, in quibus, seu quorum territorio, districtu, & ditione dicta homicidia perpetrarentur, sub interdicti ecclesiastici, & duorum millium per communitates, ac mille ducatorum per vniuersitates, necnon ciuitatum, terrarum, & locorum eorumdem Domicelli, Barones, Vicarij, ac alij in temporalibus domini, sub majoris excommunicationis lata sententiæ, & quinque millium ducatorum auri Camera Apostolicae irremissibiliter applicandorum eo ipso absque alia declaratione incurrendis poenis, eosdem homicidas, complices, & fautores statim capere, & omnem exactissimam diligentiam, de qua per publica documenta fidem facere tenerentur, aut si capi facere nequirent, statim commissum homicidium vniuersitatibus, seu incolis, & habitatoribus oppidorum, & locorum circumuinctorum ad quæ declinarent, aut declinare possent notificare: communitates vero, & domini in temporalibus prædicti, ad quorum ditionem tales declinassent, cum primum id ad eorum notitiam deuenisset, eos apprehendere, seu apprehendi facere: quod si non possent, similiter id vniuersitatibus, seu incolis, & habitatoribus vicinorum oppidorum, & locorum ad quæ declinarent, aut verisimiliter declinare possent, insinuare, & captos ad eorum Iudices ordinarios traducere, & tradere sub similibus poenis tenerentur, & deberent, statuerat, ordinauerat inhibuerat, & declarauerat. Et ne facilitas veniae intentiuum præbeat delin-

delinquendi, quibusuis dictæ sedis Legatis etiam de Latere, ac Nunciis, & prouinciarum Rectoribus, necnon nostris, & dictæ Romanæ Ecclesiæ Vicariis in temporalibus pro tempore existentibus, & præfatis communitatibus omnem super absolutionibus homicidiorū huiusmodi per nos, & prædecessores nostros Romanos Pontifices, & sedem eamdem, sub quavis forma, & verborum expressione concessam, approbatam, & innouatam auctoritatem, & facultatem reuocatione concessam, approbatam, & innouatam auctoritatem, & facultatem reuocauerat, cassauerat, irritauerat, & annullauerat. Et si quando similés absolutiones per eum, & successores suos Romanos Pontifices, ac sedem præfatam concedi contigeret, illas per Iudices, & Officiales ad quos pertineret, nisi tria litteræ Apostolicæ sub intercallo vnius mensis pro singulis litteris huiusmodi cum expressa derogatione præsentium desuper emanarent, nullatenus admitti, vel obseruari voluerat. Pia memorie Pius Papa IIII. similiter prædecessor noster singulas Pij II. Pauli, Sixti, Iulij, Leonis, & Clementis prædecessorum litteras huiusmodi, cum statutorum, ordinationum, extensionum, ampliationum, reuocationum, cassationum, irritationum, annulationum, decretorum, confiscactionum, incorporationum, applicationum, voluntatum, hortationum, requisitionum, & mandatorum, ac omnibus & singulis aliis in eis respectiue contentis clausulis dicta auctoritate apostolica per suas litteras approbavit, & innouauit, ac perpetua roboris firmitate subsistere, & per singulos quos litteræ ipsæ concernebant, & concernerent in futurum, sub poena excommunicationis, anathematis, maledictionis, infamiae, suspensionis, diffidationis, criminis laesæ Maiestatis, seditionis, rebellionis, confiscactionis, depositionis, priuationis, inabilitatis, & interdicti, ac alij censuris, & poenis ecclesiasticis, & temporalibus, ac corporis afflictionis in eisdem litteris contentis, quas contrauenientes eo ipso incurrerent, perpetuo inuiolabiliter obseruari, illasque etiam ad homicidas, scarios exitiosos, criminosos, rebelles, aliosque infames, propter homicidia & alia nefanda per eos perpetrata, excessus, crimina, & delicta, etiam ad hoc ut ipsi in ciuitatibus, terris, castris, vel locis eorum, seu in quibus tunc morabantur banniti, & condemnati, etiam habita pace ab hereditibus, filiis, seu consanguineis, occisorum, aut partium lefarum, non solum à locis circumuinctoris usque ad quinquaginta millaria, sed etiam ab omnibus & singulis ciuitatibus, terris, castris, & locis, etiam regni, & partium predicatorum nobis, & dictæ Romanæ Ecclesiæ mediate vel immediate quomodolibet subiectis banniti, & exiles essent, & esse censerentur, nec in illis seu eorum aliquo etiam praetextu cuiusvis licentia, saluconductus, remissionis, reductionis, reuocationis, vel alterius gratiae per eos desuper quomodolibet pro tempore obtentæ moram trahere possent. Et si in eis residerent, vel reperti essent, capi, & detineri, & incarerari, ac iuxta criminum & excessuum per eos perpetratorum qualitatem, & litterarum Pij II. & Clementis prædecessorum huiusmodi tenorem, sub poenis in eisdem litteris contentis per Officiales ciuitatis, terræ, castrorum, vel loci, in qua, vel quo deprehensi forent, debitibus poenis plecti, seu inde educi, & ad forum seu Officiales, ad quos criminum, seu excessuum eorumdem punitio de iure vel consuetudine pertineret, remitti deberent, extendi, & ampliari debere, & in eis locum habere decreuit. Et nihilominus præmissa omnia, & singula prout per Pium III. Paulum, Sextum, Iulium, Leonem, & Clementem prædecessores præfatos statuta, ordinata,

ordinata, extensa, anipliata, reuocata, cassata, annullata, inhibita, decreta, & declarata fuerat, etiam ad hoc, ut Duces, Barones, Marchiones, Comites, Domini temporales, Vicarij, Feudatarij, Capitanei, Magnates, Principes, Cōmunitates, ciues, Officiales, & personæ, ac alij quos prædictæ, & presentes litteræ, cōcernūr, ac ipsorum singuli litteras, & in eis contenta huiusmodi non obseruantes, & illis directe, vel indirecte quomodolibet contrauenientes, ac eis adhærentes, eorumque fautores, & complices, singulas censuras, & pœnas prædictas eo ipso absque aliqua declaratione incurrerent, & incurrisse censerentur. Ipsique Dukes, Barones, Marchiones, Comites, Domini in temporalibus, Vicarij, & Feudatarij ciuitatum, terrarum, castrorum, & locorum, etiam regni, & partium prædictorum sibi, & eidem Ecclesiæ immediate subiectorum aliquos suos, & dictæ Ecclesiæ hostes, & inimicos, aut subditos exules bannitos, & facinorosos cuiuscumque status, vel conditionis essent, publice, vel occulte vlo vñquam tempore recipere, vel acceptare nullatenus præsumerent. Et si aliquos ad eorum dominia, & territoria confugere contingeret, illos ex eorum dominiis, vel territoriis huiusmodi expellere, seu ad simplicem iussionem, vel requisitionem suam, & successorum suorum quo vellet, & successores ipsi vellet, tute conduci facere, ac quod præmissa ab eius subditis inuolabiliter obseruarentur omni excusatione cessante cum effectu curare sub similibus priuationis, & rebellionis, ac criminis læse Maiestatis pœnis si contra fecissent eo ipso incurrendis. Necnon ut homicide, fautores, & complices prefati facilius capi & puniri possent, quod Communitates ciuitatum, & vniuersitates terrarum, castrorum, & locorum, in quibus seu quorum territorio, districtu, & ditione dicta homicidia perpetrarentur, sub paribus interdicti ecclesiastici, & duorum millium per communitates, ac mille ducatorum per vniuersitates, necnon ciuitatum, terrarum, & locorum eorumdem Domicelli, Barones, Vicarij, & alij in temporalibus domini sub maiori excommunicationis latè fententie, & quinque millium ducatorum aurum prefata Cameræ irremissibiliter applicandorum eo ipso, absque alia declaratione incurrendis pœnis, eosdem homicidas, complices, & fautores statim capere; ac omnem exactissimam diligentiam, de qua per publica documenta fidem etiam facere tenerentur, capi facere: et si eos capere non possent, statim commissum homicidium vniuersitatibus, seu incolis, & habitatoribus oppidorum, & locorum circumuinctorum ad quæ declinabunt, seu declinare poterunt notificari. Communitates vero, & domini in temporalibus prædicti ad quorum ditiones tales declinabunt, cum primum id ad eorum notitiam deuenerit, eos apprehendere, seu apprehendi facere; quod si non potuerint, similiter id vniuersitatibus seu incolis, & habitatoribus vicinorum locorum ad quæ declinabunt, aut verisimiliter declinare poterunt, insinuare, & captos ad eorum Iudices ordinarios traducere, & tradere, sub similibus pœnis tenerentur, & deberent, de novo statuit, ordinavit, inhibuit, & declaravit. Et similiter quibusvis dictæ sedis Legatis etiam de Latere, ac Nunciis, & Provinciarum Rectoribus, necnon suis, & dictæ Romanæ Ecclesiæ Vicariis in temporalibus pro tempore existentibus, & præfatis Communitatibus omnem super absolutionibus homicidiorum huiusmodi per eum, & prædecessores suos ac sedem eamdem, sub quavis forma, & verborum expressione concessam, approbatam, & innouatam auctoritatem, & facultatem reuocauit, cassauit, irritauit, & annullauit. Et si quando similes absolu-

absolutiones per eum, & successores suos Romanos Pontifices, & sedem præfata concedi contingeret, illas per Iudicēs, & Officiales, ad quos pertineret, nisi triplæ litteræ apostolicæ sub interuallo vnius mensis pro singulis litteris huiusmodi cum expressa derogatione præsentium desuper emanarent, nullatenus admitti, vel obseruari voluit, prout in singulis litteris prædictis plenus continetur. Cum autem statim vbi nos ad summi apostolatus apicem diuina cooperante prouidentia assumpti fuimus, ob earundem litterarum non obseruationem à eisdem ciuitatibus, terris, & locis, ac etiam in altera vrbe nostra varias dissensiones, discordias, & odia vigere, latrocinia, & homicidia, aliaque nefandissimæ criminia perpetrari, ac præfatos Pium II. Paulum, Sixtum, Iulium, Leonem, Clementem, ac Pium IIII. prædecessores pro felici ac tranquillo statu & commodo personarum tam dictæ Vrbis quam aliarum ciuitatum, terrarum, & locorum prædictorum, præmissa statuisse, ordinasse, & peregisse perspexerimus: Idcirco nos quoque eadem ratione quietis videlicet ac pacis moti, habita super his cū venerabilibus fratribus nostris eiusdem S.R.E. Cardinalibus deli beratione matuta, ac de illorum vñanimi consilio & assensu singulas Pij II. & Pauli, ac Sixti, necnon Iulij, & Leonis, & Clementis, & Pij IIII. prædecessorum litteras huiusmodi, cum statutorum, ordinationum, extensionum, ampliationum, reuocationum, cassationum, irritationum, annulationum, decretorum, confiscationum, incorporationum, applicationum, voluntatum, hortationum, requisitionum, & mandatorum, omnibusque & singulis aliis in eis respectiue contentis clausulis apostolica auctoritate prædicta tenore præsentium approbamus, confirmamus, & innouamus, illisque perpetuum, & inuolabilis firmitatis robur adiicimus, ac ab omnibus, & singulis quos ille concernunt, penitus ac sub prædictis per contrafacientes irremissibiliter incurrendis pœnis obseruari volumus atque decernimus: easdemque litteras ad hoc, vt si homicide, sicat ij, banniti, in ciuitatibus, terris, castris, & locis prædictis cuiquam damna aliqua intulerint, ipsique damnis taliter illatis, à ciuitatum communitatibus, ac terrarum, castrorum, & locorum huiusmodi vniuersitatibus capti, & deprehensi non fuerint, sed taliter delinquentes impune euaserint, communitates, ac vniuersitates huiusmodi (præter hoc quod ad damnorum quorumcumque sic illatorum parti læsa, damage huiusmodi patienti, eorumque heredibus plenariam restitutionem, & satisfactionem omnino teneantur) ad tantumdem quantum damna illata huiusmodi extimata fuerint, Cameræ apostolicæ realiter & cum effectu persolendum omnino sint astrikti auctoritate, & tenore præfatis extendimus, & ampliamus. Mandantes eisdem communitatibus, & vniuersitatibus, quatenus ipsæ in virtute sanctæ obedientie, & sub maioris excommunicationis, ac aliis nobis, & pro tempore existenti Romano Pontifici bene visis pœnis, eosdem sicarios, & banniros in eorum ciuitatibus, terris, castris, & locis cōmorantes, seu per eas & ea transentes capere, & ad populum conuocandum, & coadunandum campanas pulsare, eosq; sic captos ad carceres cōducere, aut curiæ tēporali cōsignare oīno teneātur. Quocirca dilectis filiis Vitellotio sancte Marie in via Romanæ Ecclesiæ Cameratio, & Cameræ præfate Thesaurario, Præsidētibus, Clericis, ac vniuersitis, & singulis Legatis, & Vicelegatis prouinciarū nostrarū, & aliis Rectoribus, ac Officialibus ciuitatū, terrarū, & partiū prædictarū nobis, & dictæ sedi mediate,

mediate, vel immediate subiectarum districte præcipiendo mandamus, quatenus præsentis litteras solemniter in singulis prouinciis, ciuitatibus, terris, & locis prædictis publicari, necnon omnia & singula in eis contenta inuiolabiliter obseruari faciant & mandent. Contradictores quoslibet & rebelles, cuiuscumque status, gradus, & præminentie fuerint, sententias, censuras, & poenias præfatas damnabiliter incurrisse declarant, & declarationem huiusmodi per eos faciendam in libris maleficiorum coscribi, & annotari mandent, & faciant. Nec non capitales præfatas sententias à ministris iustitiæ absque alicuius incursu irregularitatis exequi procurent, ac realiter irremissibiliter exigant; inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij sacerularis. Necnon pro exactione poeniarum pecuniarum huiusmodi contra communitates, & vniuersitates, ac in eorumdem inobedientium in temporalibus dominorum vasallos propter eorum huiusmodi inobedientiam repræfalias concedant, necnon & cum effectu exequi faciant. Attentius hortantes, & requirentes in Domino Barones, & Domicellos, ac in temporalibus dominos dicti regni, necnon illius prouinciarum, ciuitatum, & locorum Gubernatores, & Officiales pro tempore existentes, vt præfatos homicidas, & fautores, & complices capiant, & capi procurent, captosque ad præfides nostrarum prouinciarum, vnde ipsi homicide, fautores, & complices originem traxerunt, conduci, & eis realiter consignari similiter cum effectu faciant. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac omnibus illis, quæ dicti predecessores in præfatis eorum litteris voluerūt non obstat, ceterisque contrariis quibuscumque: Aut si aliquibus communiter vel diuisim ab eadem sit sede indulatum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, & quibuscumque aliis priuilegiis, indulgentiis, & litteris apostolicis generalibus, vel specialibus super recipiendis bannitis homicidis, & brigosis, ac aliis prædictis quorumcumque tenorum existant, per quæ presentibus non expresa, vel totaliter non inserita, effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus de uero ad verbum habenda sit in nostris litteris mentio specialis, quæ quo ad hoc cuiquam nolumus ullatenus suffragari. Volumus autem quod presentes litteræ nostræ postquam in valuis Basilicæ Principis Apostolorum, & in campo Floræ de Urbe affixæ fuerint, & omnes singulos ciues Roman, & alios in Urbe commorantes effluxis quindecim diebus, alios vero Dukes, Comites, Marchiones, Domicellos, Barones, & alios temporales dominos, & Vicarios, Communidades, & Vniuersitates Ciuitatum, Terrarum, & locorum sedi præfate inmediate & immediate subiectorum huiusmodi decurso intense attent, & contrafacentes poenas præfatas incurvant in omnibus & per omnia, perinde ac si eis omnibus, & singulis contrafacentibus personaliter, & particulariter intimatæ fuissent. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis, innovationis, adiectionis, decreti, extensionis, ampliationis, mandati, hortationis, requisitionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Rome apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis.

carnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo sexagesimo sexto. Tertio Non. Iulij, Pontificatus Nostri Anno Primo.

- † Ego Pius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.
- † Io. Car. Moronus Episcopus Portuen. † Ego Innicus Aualus Card. Arag.
- † Ego Io. Mi. Card. Saracenus. † Ego M. Ant. Card. Columna.
- † Ego Io. Cardinalis Politianus. † Ego Ptolemaeus Card. Comen.
- † Ego Io. B. Cicada Card. S. Clementis. † Ego Aloysius Card. de Pad.
- † Ego B. Card. Tranen. † Ego Zacharias Card. Delphinus.
- † Ego Io. Card. Capisuccus. † Ego Marcus Antonius Card. Bobba.
- † Ego Io. Card. Sabellus. † Ego Franc. Ab. Card. Cost.
- † Ego Io. Antonius Card. S. Georgij. † Ego Guido Card. Vercellen.
- † Ego Aloysius Card. Cornelius. † Ego Benedictus Lomelinus.
- † Ego Lud. Card. Simoneta. † Ego G. Card. Sirletus.
- † Ego Ant. Card. Granuelanus. † Ego Hier. Card. Simoncellus.
- † Ego F. Cardinalis Paciecco de Toledo. † Ego F. Card. Alciatus.
- † Ego Io. Fran. Card. de Gambara.

Cæ. Glorierius.

H. Cumyn.

Anno a Natiuitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo sexto Indictione nona, die decima septima mensis Augusti, Pont. S. in Christo patris & Domini Pij diuina prouidentia Papæ V. Anno Primo suprascriptæ litteræ apostolicæ lecta, affixa, & publicataæ fuerunt ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, & in acie Campi Floræ, dimissis illarum copiis affixis per nos Bernardinum Andreutum, & Io. Andream Rogerium Apostolicos Curs.

Iulius Parinus Magister Curs.

ORDINATIO S. D. N. D. PII DIVINA prouidentia Papæ V. vt eius litteræ contrâ homicidas, bannitos, & alios facinorosos, eorumque receptatores editæ, singulis annis publice legantur.



IVS PAPA V. Ad perpetuam rei memoriam. Cum nos nuper pro nostri pastoralis officij solitudine ad pacem, & quietem in vniuerso statu nostro ecclesiastico inducendam, & conseruandam, mala extirpanda, ac ciuitates terras, & loca nostra sicariis, & aliis nefariis hominibus expurganda quasdam nostras sub plumbo desuper confectas litteras contra homicidas, bannitos, & alios facinorosos, eorumque receptatores, adhaerentes, & fautores publicari fecerimus: volentesque litteras huiusmodi ab omnibus, quos ipsæ concernunt, inuiolabiliter obseruari, ne inobedientes ullo modo se se excusare possint, Motu proprio, & ex certa scientia, maturaque deliberatione no-

Ff stra

stra auctoritate apostolica tenore præsentium statuimus, ordinamus, ac sub indignationis nostræ, & mille ducatorum Cameræ apostolicæ applicandorum per contrafacentes eo ipso incurrendis pœnis districte præcipimus, & mandamus, Quod quælibet communitas, vniuersitas, & populus quarumcumque ciuitatum, oppidorum, terrarum, castrorum, & locorum nobis, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ mediate vel immediate subiectorum, statim cum dictæ nostræ litteræ, siue earum transumptum impressum ad eos peruerent, conuocato eorum publico consilio in præsentia officialium, syndicorum, & curam maleficiorum habentium eas ibi alta, & intelligibili voce etiam vulgari sermone illas declarando, vt melius, & facilius ab omnibus percipi possint, legi facere; & deinde in eorum Archivio publico diligenter custodiri curare omnino debeant: Ac successione singulis annis in principio cuiuslibet perpetuis futuris temporibus similiiter, vt præfertur, easdem litteras in eorum publico consilio legendo reiterare teneantur. Quod si (quod non credimus) ab aliquibus prætermissum, vel contravenient fuit, volumus, & sub excommunicationis, & aliis arbitrij nostri pœnis etiam mandamus, quod loci Gubernator, Rector, & quilibet alius Iustitiae minister quocumque nomine nuncupatus, contra statutum, & ordinationem nostram huiusmodi non obseruantes ad executionem pœnarum prædictarum sine mora irreniensibliter procedat, vt quos obedientiæ bonum ad mandatis nostris parendum non adducit, pœnarum saltem metus à contraueniendo absterrat. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Præterea volumus præsentium litterarum transumptis manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constituta munitis plenam, & indubiam fidem æque ac originalibus ipsis adhiberi debere. Datum Romæ apud sanctum Marcum sub annulo Piscatoris, Die iij. Septembris M. D. LXVI. Pontificatus nostri Anno Primo.

Cæ. Glorierius.

LITTERÆ PII PAPÆ QVINTI
confirmatoriæ aliarum Leonis & prædecessorum
contra Barones & Communitates non custo-
dientes eorum Territoria.



O T V Proprio, &c. Exigit Apostolicæ seruitutis officium quo fungimur, vt ea quæ haec tenus a prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus maximè pro venientium ad hanc Almam Vrbem, & ab ea recendentium securitate sancta sunt, confirmantur, seu quatenus expediat, innouentur, & extendantur, prout diuersis occasionibus conspicitur salubriter expedire. Dudum siquidem à fel. rec. Julio Papa II. & Leone x. prædecessoribus nostris emanarunt litteræ huiusmodi sub tenore viæ, lebet, Leo Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Romani Pontificis prouidentia circumspecta prædecessorum suorum gesta,

que

quæ præcipue pro venientium ad Almam Vrbem totius orbis caput, & recedentium ab ea, securitate, & cōmodo facta sunt, pensatis opportunis occasionibus innouat atque extēdit, prout conspicit in Domino salubriter expedite. Dudum siquidem à fel. rec. Julio Papa II. prædecessore nostro emanarunt litteræ in forma Brevis tenoris subsequentes. Iulius Papa II. Dilectis filiis Baronibus, & Domicellis, ac communitatibus, & vniuersitatibus terrarum, & castrorum eorumdem, necnon aliis ciuitatibus, & vniuersitatibus, oppidorum, & terrarum S. R. E. mediate vel immediate subiectis salutem, & apostolicam benedictionem. Quia nihil est quod magis expeditat nostræ Almae Vrbi, & Curię, ac ceterorum subditorum. S. R. E. quieti, & regimini, quād quod euntes, & redeuntes ad eamdem, ac ceteras terras eiusdē S. R. E. secure, & libere sine incursione si offensione, & inuasione latronum, furum, ac sicariorum, & aliorum male viuentium stare, ire, & redire possint, & valeant, ac propterea tam de iure communi, quād ex specialibus ordinationibus fel. rec. Pauli II. & Sixti Quarti nostri secundum carnem patrui, ac Innocentij VIII. & Alexandri VI. prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum statutum fuerit, vt omnes Barones, & Domicelli, & vniuersitates castrorum eorumdem, ac ciuitates & ceteræ terræ, & oppida S. R. E. mediate, & immediate subiecti, & subiectæ, eorum terras, oppida, villas, & territoria quacumque à dictis latronibus, sicariis, furibus, & aliis delinquentibus custodirent, & secura, ac libera facerent, alias ad emendationem omnium damnorum, & rerum subtractarum tenerentur, & obligarentur. Iccirco prædecessorum vestigia in sequentes, pro pace, & quiete dictæ Vrbis, & omnium terrarum prædictarum, omniumque incolarum, & venientium ad easdem securitate, vobis omnibus, & vestrum cuilibet tenore præsentium expresse mandamus, vt vestras terras, communitates, vniuersitates, villas, & castra, ac territoria omnia, à prefatis viris facinorosis, latronibus, furibus, sicariis, & aliis delinquentibus, à die intimationis præsentium eorumdem secura & libera teneatis, reseruetis, & custodiatis. Quod si secus feceritis, tam pœnas iuris, quād alias pœnas, & censuras, à prædecessoribus nostris prædictis super his promulgatas ipso facto vos, & quemlibet vestrum incurrere decernimus, & declaramus. Mandantes insuper venerabili fratri Raphaeli Episcopo Albanensi Cameratio nostro, ac dilectis filiis Clericis, & præsidentibus Cameræ Apostolicæ, necnon almæ vrbis Senatori, & aliis officialibus, Legatis, & Gubernatoribus prouinciarum, ciuitatum, terrarum, & locorum eiusdem S. R. E. quatenus ad denunciationem, & querelam eorum qui inuasi, spoliati, aut aliquod aliud damnum ab huiusmodi latronibus, furibus, & sicariis passi fuerint, pro satisfactione eorum ad declarationem dictarum pœnarum, & emendationem dictorum damnorum iuxta formam, & tenorem constitutionum prædictarum, & præfati constitutionis, & ordinationis præfati Alexandri VI. prædecessoris nostri, via executiva procedant, & procedere debeant: alioquin ubi requisiti fuerint, & illa exequi neglexerint, tam ipsos quād vos, & vestrum quemlibet ad emendationem dictorum damnorum teneri volumus, decerimus, & declaramus. Non obstantibus quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum die octava Nouembbris. 1504. Pontificatus nostri Anno Primo. Nos itaque cupientes litteras prædictas

Ff 2 pro

pro venientium ad aliam Vrbem, & ab ea recedentium tutela, & commodo inuiolabiliter obseruari, Motu proprio, & ex certa nostra scientia litteras prædictas auctoritate Apostolica tenore præsentium innouamus, ac præsentis scripti patrocinio communimus, illasque perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obseruari debere decernimus. Et insuper cum huiusmodi furta, delicta, & derobationes fiant in filiis, nemoribus, latebris, & in locis occultis, & secretis, non adhibitis nec præsentibus testibus, adeo quod sine maxima difficultate per ipsos spoliatos, & derobatos, furta, & valor rerum subtractarum, & ablatarum probari non possint, statuimus, & ordinamus, quod quo ad probationem bonorum subtractorum, & eorum valorem stetur declarationi præfatorum Præsidentium, & Clericorum ipsius Cameræ Apostolice, qui diligenter considerata qualitate personarum spoliatarum, & derobatarum, exposita quantitate furorum, & aliis circumstantiis, & coniectionibus, recepto iuramento ipsarum personarum derobatarum, seu mercatorum quorum bona ablata existebant (super quibus præfatorum Præsidentium, & Clericorum conscientiam oneramus) furum, & eius valorem declarare debeant, & quod si derobatio seu furtum in confinibus diuersorum territoriorum diuersarum Communitatium, seu dominiorum, vel iuxta huiusmodi confines derobatus contra dominum territoriorum prædictorum, aut Communitatem quam, & quem elegerit ad recuperationem rerum sibi ablatarum agere possit, & ualeat, & ab actione, quam ipse derobatus intentauerit discedere si ei placuerit, & contra alium agere licite possit (cum Domini confinium prædictorum illos non custodiendo in præmissis culpa non careant) reservato tamen soluenti iure agenti contra conterminos. Et ut quantum fieri potest, occasio crassandi, & derobandi sublata esse videatur, eisdem motu, & scientia, ac tenore præcipimus, & mandamus sub duorum millium ducentorum Cameræ Apostolice applicandis poenis similibus, omnibus, & singulis antedictis, ne fures, latrones, & grassatores in filiis, & sepibus latibula faciant, ne ibi se abscondere possint, vt prope vias publicas utrumque ad medium milliare arbores, & sepes, & quæcumque latibula incidere, seu incidi ac amovere, seu amoueri, & extirpari facere infra duos menses à die publicationis præsentium computandos, & sic incisas conseruare, & manurenere omnino teneantur, & debeat. Sicque per Clericos dictæ Cameræ, ac quoscumque alias iudices, & Commissarios etiam S. R. E. Cardinales, & sacri Palatij Apostolici caufarum Auditores iudicari, ac definiri, & exequi debere, Sublata eis, & eorum cuilibet aliter iudicandi, & interpretandi facultate, decernimus summarie, & absque iudicij tela. Mandantes propterea eisdem Raphaeli Episcopo, & Camerario, ac præsidentibus, & Clericis pro tempore existentibus, vt præmissa omnia, & singula ab omnibus inuiolabiliter obseruari faciant, & contrafacentes ad illorum obseruationem per supradictas poenas iuxta stylum ipsius Cameræ compellant. Volumus autem quod præsentium transumptis manu vnius Clerici, & vnius notarii eiusdem Cameræ subscriptis eadem prorsus fides indubia adhibeat, quæ præsentibus adhiberetur si essent exhibiti vel ostensi. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrę innouationis, communionis, decreti, statuti, ordinationis, operationis, præcepti mandati, & voluntatis infringere, vel eiusmodi temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumperet,

tit.

rit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Romæ apud sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo octauo Calendis Septembribus, Pontificatus nostri Anno Sexto. Nos igitur cupientes præinfertas litteras prouenientium ad hanc Aliam Vrbem, quæ caput est totius orbis, & ab ea recedentium securitate, & commodo inuiolabiliter obseruari, Motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine litteras prædictas auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, ac perpetuæ firmitatis robur adiicimus, seu quatenus opus sit innouamus, ac præsentis scripti patrocinio communimus, illasque perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obseruari debere decernimus. Et insuper, vt Barones, Domini locorum, & Communitates prædictæ diligentius eorum territoria, & loca à prædictis latronibus expurgata præseruet, volumus, statuimus, & ordinamus, quod quotiescumque alicui, seu aliquibus aliquid derobatum, & furto subtractum fuerit in eorumdem territoriis, & confinibus, ultra refectionem damnorum, & rerum derobatarum, ut præfertur, teneantur, & quilibet eorum, seu earum communitatum teneatur ad tantumdem Cameræ Apostolice loco poenam tam à iure, quam à quibuscumque Rom. Pont. prædecessoribus nostris quomodolibet inflicas, quantum à dilecto filio nostro Vitellotio S. Mariæ in Via lata Diacono Cardinali Vitellio S. R. E. Camerario, ac Præsidentibus, & Clericis ipsius Cameræ, & non alij parti derobatae restituendum fore declaratum fuerit, ad cuius declarationis executionem statim absque aliqua appellatione contra Barones, Dominos locorum, & Communitates prædictas deueniri debere mandamus. Sicque per eundem Cardinalem Camerarium, ac quoscumque alios Iudices & Commissarios, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & facti Palatij Apostolici caufarum Auditores iudicari, ac definiri, & exequi debere, sublata eis, & eorum cuilibet aliter iudicandi, & interpretandi facultate decernimus, summarie & absque alia tela iudicaria. Mandantes propterea eidem Vitellotio Cardinali Camerario, vt præmissa omnia & singula ab omnibus inuiolabiliter obseruari faciat: & contrafacentes ad illorum obseruationem sub poenis prædictis quoquomodo, ac omnibus iuris & facti remediis agat, & compellat. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Volumus autem quod præsentis motus proprij fola signatura sufficiat, & ubique fidem faciat in iudicio, & extra, regula quacumque, seu constitutione Apostolica in contrarium facien, non obstant.

Placet Motu Proprio. M.

VITEL
LO
TIO
S. R. E.
Camerario

VITELLO TIVS S. Mariæ in Via Lata)
Diaconus Cardinalis Vitellius S. R. E.) Cam.



NIVERSIS, & singulis præsentes litteras inspecturis, visuris, lecturis pariter & audituris, salutē in domino sempiternā. Noue ritis, nos nuper vidisse & recepisse litteras sanctissimi in Christo patris, & D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ V. nobis directas in forma Motus proprij expeditas contra Dominos locorum, & cōmunitates non custodientes eorum territoria, ne venientes & recedentes ab ea derobentur, ac constitutiones Iulij II. & Leonis X. Romanorum Pont. suæ Sanctitatis prædecessorum factas, & in eisdē litteris insertas, innouatas, & approbatas, sanas siquidem, & integras, omni propterea virtute & suspicione carentes; quarum tenores supra inserti existunt. Quibus quidem litteris uisus, & diligenter inspectis, ut ad omnium notitiā perducantur, de mandato prælibati S. D. N. Papæ viuæ uocis oraculo super hoc nobis facto, & auctoritate nostri Camerariatus officij easdem litteras imprimi, & per loca Vrbis publica affigi, & ad omnium notitiā deduci fecimus, ne illi, de quorum intereste agitur, ignorantiam aliquam vlo vñquā tempore prætendere seu quomodolibet allegare possint. Quarum transumptis sigillo nostro sigillatis, & manu infra scripti nostri Notarii subscriptis eadem fidem adhiberi uolumus, ac si originales ipsæ litteræ exhiberentur. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Dat. Romæ in Camera Apostolica, die octaua Junij M. D. LXV I. indictione nona, Pont. Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ Quinti Anno Primo.

V. Cardinalis Camerarius.

Marcus Antonius Peregrinus

LITTERÆ PII PAPÆ SECUNDI, quod antiqua ædificia Vrbis, & eius districtus non diruantur.



IVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriā. Cum Almam nostrā Vrbem in sua dignitate, & splendore conseruari cupiamus, potissimum ad ea curam vigilem adhibere debemus, vt non solum Basilicæ ac Ecclesiæ eiusdē Vrbis, & pia ac religiosa loca, in quibus plurimæ sanctorum reliquias resident, in eorum miris ædificiis manuteneātur, & præseruentur, verum etiam antiqua, & prisca ædificia, & illorum reliquias ad posteros maneat, cum eadem ædificia ornamentum, & decorum maximum afferrant dictæ Vrbi, & monimenta veterum virtutū, & incitamenta ad illarum laudes assequendas, existant: & quod etiam magis considerandū est, ex ipsis ædificiis ac ædificiorum reliquiis rectius intueri licet rerum humanarū fragilitatē; & quod nullo modo in illis sit confidendū, cum eadem ædificia, que maiores nostri cum eorum

corum ingenti potentia, & sumptibus maximis, cum immortalitatē certatura arbitrarentur, vetustate, & aliis sinistris casibus diminuta & collapsa, etiam esse cernantur. Ex præmissis igitur & aliis rationabilibus causis animum nostrum mouentibus, dilectorum filiorum Conseruatorum Cameræ, & Capitū Regionum, ac ciuium dictæ Vrbis supplicationibus inclinati, fœl. recordationis quorundam Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, qui aedificia ipsa dirui uel destrui prohibuerunt expresse vestigis inharentes, ac statutum antiquum in eadem Vrbe vigēs, quo etiam id fieri sub certis pecuniariis penis prohibetur, ratum, & gratum habentes, ac auctoritate Apostolica, & ex certa scientia, tenore præsentium, confirmantes, & approbantes, sub excommunicationis, ac pecuniariis in ipso statuto expressis penis, quas contrafacientes eo ipso incurvant, omnibus, & singulis tam Ecclesiasticis quam secularibus cuiuscumq. præminentia, dignitatis, status, ordinis, vel conditionis existant, etiam si Pontificali, aut alia quavis ecclesiastica, vel mundana dignitate præfulgeant, auctoritate, scientia prædictis, districtus inhibemus, ne quis eorum directe vel indirecte, publice uel occulte, aliquod ædificium publicum antiquum, seu edificij antiqui reliquias supra terram in dicta Vrbe vel eius districtu existens, seu existentes, etiam si in eorum praediis rusticis uel urbanis fuerint, demoliri, destruere, seu comminuere, aut rumpere, seu in Calcem conuertere, quoquomodo præsumant. Quod si quis fuerit, qui contra prohibitionem huiusmodi, venire præsumperit, dilectis filiis modernis, & pro tempore existentibus, Conseruatoribus Cameræ dictæ Vrbis, qui pro præmissis per eorum officiales diligenter inquiri faciant, artifices, seu laboratores in opere demolitionis seu deuastationis huiusmodi inuentos, carcerari, eorumq. animalia, instrumenta, & res alias capi, & arrestari, confiscari faciendi, eosque, necnon illos quorum nomine id egrent, ad multæ solutionē compellendi plenam & liberam, auctoritate & scientia prædictis, earumdem tenore præsentium, concedimus facultatem. Volumus autem quod nullus præter Romanum Pontificem, alicui in præmissis licentiam dare ualeat. Huiusmodi vero licentia, nisi per Bullas, vel Brevia Apostolica concessa fuerit, nullius existat roboris vel momenti. Non obstantibus constitutis & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Ceterum vt prædicta omnia ad communē singulorum notitiā deducantur, ne de eis ignorantia prætendi, seu etiam allegari possit, præsentes litteras per Vrbum publice præconizari, & Valuis Capitolij dictæ Vrbis mandauimus fecimusq. affigi, decernentes auctoritate præfata, vt huiusmodi litteræ publicatæ, & ut perfertur affixæ, omnes quos concernunt perinde arcent, ac si eis forent personaliter & præsentialiter intimatæ. Cum non sit verisimile quo ad eos remanere incognitum, quod tam patenter omnibus extitit intimatum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrę confirmationis, approbationis, inhibitio-nis, concessionis, voluntatis, & constitutionis, infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius le nouerit incursum. Dat. Romæ apud sanctum Petrum anno Incarnationis Domini millesto quadringentesimo sexagesimo secundo, quarto Cal. Maij, Pontificatus nostri anno quarto.

LITTERÆ

LITTERÆ SIXTI PAPÆ QVARTI
contra subtrahentes aut asportantes lapides porphyreticos, & alios necnon reliqua ornamenta ex ecclesiis.



IXTVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad futuram rei memoriam. Cum prouida sanctorum patrum decreta eos sacrilegos esse diffiniant, qui Ecclesias & loca sacra altissimo dedicata deuastant, ipsorumque diripiunt ornamenta, sicut & illos qui de sacro sacruim auferre impia temeritate presumunt, parique vtrumque flagitium ac duplii pœna coerceant, decet merito nos quibus Ecclesiarum omnium cura dispositione superna commissa est, pro detestatione tanti criminis, proque statu prospero, venustate, & decoro ipsarum Ecclesiarum in sua decentia debite conseruandis, omni vigilancia, & attentione curare, ne peruersorum crescente malitia, eadem Ecclesia, & sacra Dei templa, præcipue aliae Vrbis, nostro conspectui anteposita, suis nudentur ornatibus, & huius sceleris nequissimi patratores, debitam recipient ultionem. Sane fide dignorum relatibus, non sine admiratione, ad nostrum peruenit auditum, quod nonnulli iniquitatis filij se inaniter Christianos esse profidentes, & à quorum oculis Dei timor, & reuerentia Christianæ religionis abscessit, de Patriarchalibus, & aliis sacratissimis Ecclesiis, & basilicis dictæ Vrbis porphyreticos, marmoreos, & alios diuersorum generum & colorum lapides ad ipsarum usum decorum & ornatum deputatos ausu sacrilego abstulerunt hactenus, & in dies auferre, eosque ad diuersa loca per se vel alios asportare præsumunt, in grauem diuinæ maiestatis offensam, Ecclesiarum earumdem deformitatem, detrinentumque animarum suarum, periculum & scandalum plurimorum. Nos igitur sacrilegorum impios & temerarios ausus huiusmodi, quantum nobis ex alto conceditur, reprimere cupientes, quamvis præmissorum occasione nonnullorum prædecessorum nostrorum sanctiones, & prohibiciones variæ emanauerint temporibus retroactis, quas in eo dumtaxat quod de Ecclesiarum, & sacrorum locorum ornamenti, atque lapidibus antedictis minime auferendis, prohibent vel disponunt, seu illos qui huiusmodi flagitosissimos ac pene in Christiano orbe inauditos excessus perpetrare, & in his sacrilegas manus injicere præsumperunt, excommunicationis sententia innodatos fore declarant, in suo robore volumus permanere, omnes & singulos cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, qui ex prædictis lapidibus, siue aliis ornamentis earumdem Ecclesiarum, siue Basilicarum dictæ Vrbis habuerint, aut in surripiendo, seruando, & retinendo, auxilium præstiterint, vel fauorem, nisi à die habitæ præsentium litterarum notitia, ea restituant cum effectu: scientes vero reuelent, & ad notitiam nostram saltem per minores Pœnitentiarios nostros deduci faciant, maioris excommunicationis sententia, à qua nisi in mortis articulo, & debita satisfactione prævia, à nullo præterquam à Romano Pontifice absolui possint, irretitos esse: Ecclesias vero, & loca alia quorum

quorum usibus & ornatui illa deputata fuerint, aut forsan (quod absit) deputari contigerit in futurum, tamdiu Ecclesiastico interdicto subiacere, quandiu ad loca, unde prius ablata fuere, absque diminutione aliqua fuerint reportata, haec serie declaramus. Et insuper quisquis sua salutis immemor sacrilegij crimen huiusmodi committere præsumperit in futurum, ultra cœsuras prædictas, Ecclesia siue Basilikæ à qua lapides, & ornamenta huiusmodi abstulerint, media libram auri pro recompensa sibi irrogatæ iniuriæ absque diminutione aliqua soluere teneatur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrę voluntatis, & declarationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadragesimo septuagesimo quarto, septimo Idus Aprilis, Pont. nostri anno Tertio.

CAPITVL A DECLATORIA
iurisdictionum Curiarum Vrbis per S.D.N.

Sixtum quartum Pont. Max.



ANCTISSIMVS Dominus noster vult, & mandat in uolabili obseruari, quod omnis incola Romæ habitans, & Ciues omnes sæculares conueniantur in Curia Capitolij, aut aliis officialibus sæcularibus Vrbis, prout ad eorum officium spectat, & non alibi.

Et quod omnes Clerici Romani conueniantur coram Vicario Sanctitatis suæ in spiritualibus in Urbe, aut aliis Clericis Vrbis ad quos spectat.

Et sic de omnibus excessibus factis in Urbe ratione territorij, & laici puniantur per laicos officiales Vrbis, clerici vero per Vicarium præfatum.

Vult etiam, & mandat, quod qui sequuntur curiam laici tanimales quam fœminæ, & non alij conueniantur in Curia Marescalli: & quod in nullis aliis iurisdictionem habeat, nec exerceat. Alias Gubernator Vrbis possit comprehendere eriam via facti.

Clerici vero sequentes Curiam Romanam, conueniantur coram Auditore Cameræ, Ita quod in omnibus actiorum forum rei sequatur.

Vult insuper, præcipit, & mandat Sanctiss. Dominus noster, quod Vicecamarius, siue Gubernator in Urbe nullum tribunal cognitionum causarum priuatum teneat, per se, neque per alium, sed ad eum venientem ad suum iudicem remittat, ut superius dictum est: Et si. Superintendent, ut quilibet in præmissis officiis suos terminos, ut dictum est, obseruet, & contrafacentem puniat, aut Sanctitati sue referat, & debeat carceres omnium præmissorum visitare, & de officiis omnium maxime Notariorum maleficiorum transgressionibus cognoscere, & ad debitam formam reducere. In concernentibus autem statum aut pacem, & quietem Ciuitatis, & Curiæ Romanæ, quantum viderit necesse esse, officiale ad quem spectat iuuare, & omnia pro posse ad pacem reducere.

Gg Item

Item deimto Auditore Cameræ, & eius officialibus, officiales præmissorum, & quicunque executores, aut quomodo libet Notariatus officia exercentes, & Marescalli non possint esse in officio ultra annum, & quod finito anno Syndicentur per Syndicos, qui deputabuntur pro eo tempore Senatori, & eius officialibus.

Item quicunque voluerit aliquem capi facere pro suspecto, & fugitiuo, non possit facere, nisi per iudicem competentem, ut supra, & quod impensam capientis soluat is qui capi fecerit, alias quicquid à capto receptum fuerit, restituatur, in quadruplum à Marescallo aut alio executore qui receperit.

Item quod in punitione portantium arma secularium, Senator habeat iuri distinctionem optimodam in quoscumq. repertos cum armis, sine exceptione curialitatis, familiaritatis dominorum Cardinalium, aut aliorum quoruncunque, & alia quacumque sublata causa: à clericis vero arma portantibus possint arma auferri, & eos ad iudicem Ecclesiasticum remitti, ut eos puniat.

Item vult, mandat, & decernit, esse irritum, & inane quicquid contra præmissa aut aliquod præmissorum contigerit attantari.

Et quod sola Signatura sufficiat, & registrantur in Registris Cameræ Almæ Vrbis.

Placet, & ita Mandamus. F.

Indictione sexta, mensis Iulij die duodecima, millesimo quadringentesimo septuagesimo tertio.

Reuerendus Pater Dominus Episcopus Tyrafonensis consignauit mihi Angelo de Vallatis præfens folium, cum Reformationibus introscriptis, signatum manu S. D. N. Papæ, Ut illud consignarem magnificis Dominis Conseruatoribus, & ita consignauit illud dictis Dominis Conseruatoribus, &c.

Angelus de Vallatis dictorum Dominorum Conseruatorum Secretarius.

Eadem die duodecima Iulij præfati.

Constitutus personaliter supradictus Angelus de Vallatis coram dictis Dominis Conseruatoribus, & dixit quomodo suprascriptus dominus Episcopus consignauit sibi Angelo præfens folium cum dictis Reformationibus ut ipsis dominis Conseruatoribus confignaret, unde dictus Angelus volens sequi quod fuerit sibi iniunctum, præfens folium dictis Dominis Conseruatoribus confignauit.

Ioannes de Saluetis Notarius Dominorum Conseruatorum.

Registrata in Archiuio magno, sive censuario Almæ Vrbis, in Palatio Magnificorum Dominorum Conseruatorum Cameræ existentia, sub folio centesimo vigesimo primo.

Ac etiam registrata in alio libro grosso tabularum, & gabellarum, ac aliarum scripturarum dicti Palatij sub folio ducentesimo vigesimo tertio.

Antonius de Mutianis Notarius publicus & scriptor perpetuus Dominorum conseruatorum, Ad fidem manu propria Registravit, &c.

LITTERÆ IVLI I PAPÆ SECUNDI, Distinctionis iurisdictionum, & tri- bunalium.

VLIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Decet Romanum Pontificem ex debito sui pastoris officij prospicere, ut ubique, præsertim in hac alma Vrbe, ad quam pro iustitia totus orbis confluit, ne propter varios diuersorum Iudicium, & Tribunalium concursus, ac varias & diuersas procedendi formas, præsertim pauperes litigantes in eorum bono iure ledantur: sed ut cuilibet ius suum explicite, quantum possibile sit, redatur, & Iurisdictiones ius reddentium ita distinctæ sint, ut nulla confusio, & perplexitas oriri possit. Sane ex multorum quærela, ac nuper à dilectis filiis nobilibus viris, Ludouico de Matthæis, & Mariano de Castellanis, ac Lutio de Lutis Conseruatoribus Romanorum Ciuium, & Cameræ prefata Vrbis, necnon Ludouico de Cencis, Priore Capitum Regionum, & Paulo de Planca, nostri consistorij, & ipsorum Conseruatorū Aduocato, accepimus adeo à certis temporibus citra diuersa iudicū Tribunalia in vrbe insurrexisse, adeo etiā ipsos iudices, tam ordinarios, quām delegatos inter se concurrere, & in procedēdo variū modum obseruare, ut sēpe litigantes ipsi confusione quadā perterriti causas ipsas deserre cogantur, aut illas inchoare non audeant, sēpe etiam adeo celeri iudicio expeditū, ut precipitari quodāmodo videantur, in magnū ipsorum litigantiū preū dicium, ac iustitiae & officij nostri detrimētum: Nos igitur in præmissis prouide re uolētes, ac cupientes, ne litigantes ipsi tā in confusione tribunalū huiusmodi, quām etiam in expensis, & eorū bono iure grauentur, quodq. etiam quilibet frumentū suū intelligat, & sequatur, in hęretes etiam vestigiis fœl. recordationis Sixti Papæ III. Patrui & prædecessoris nostri, qui ut etiam accepimus, quādam desuper constituit ordinationes, in volumine Statutorū dictæ Vrbis descriptas, Motu proprio, non ad ipsorum Conseruatorū, uel alterius pro eis nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione Statuimus, & ordinamus, quod omnes incolæ Romæ habitantes (dūmodo non sint campores, & notabiles mercatores Romanā Curiā sequētes, Oratores principum, & aliarum communitatum, Familiares Cardinalium, continui tamen commensales, vel officiales Romanæ Curiæ, dummodo Romani nō existāt, aut Curiales Romanam curiam sequentes, & in illius vsu existentes) qui omnes in eorum foro, necnō Ciues omnes Seculares, conueniantur in curia Capitolij, aut coram aliis officiis Secularibus Vrbis, prout ad eorum officium spectat, & non aliter, Quodque omnes Clerici Romani conueniantur coram Vicario nostro in spiritualibus in vrbe, aut aliis Clericis & officialibus Ecclesiasticis Vrbis ad quos spectat, ac quod de omnibus excessibus factis in vrbe ratione territorij, laici puniantur, per officiales laicos vrbis, clerici vero Romani per Vicariū præfatum. Itē quod laici, qui sequuntur curiā tam mares quām fœminæ, & non alij conueniantur in curia Marescalli, dummodo non sint persone predictę, videlicet Campores, & notabiles Mercatores Romanam curiam sequentes, oratores principum, &

Communitatum, Familiares Cardinalium, laici vel officiales Romanæ Curiae etiam Curiales, qui indifferenter conuentantur, duntaxat coram Auditore Cameræ tamquam iudice exemptorum in ciuilibus: in criminalibus vero quo ad laicos eamdem curiam sequentes, inter ipsum auditorem, & Marescallum, & Gubernatorem, sit locus præventionis, dummodo non Agatur, de pena Capitali, vel mutilatione membrorum: quo casu Auditor nō se intromittat iuxta alias nostras litteras desuper expeditas. Volumus etiam quod ab eodem Marescallo appelletur ad præfatum Auditorem Cameræ, & quod iudex deputatus per ipsum Marescallum non possit stare in officio ultra duos annos, & in fine cuiuslibet anni debeat Syndicari per Syndicum per nos deputandum, & repertus culpabilis puniri. In reliquis seruentur litteræ nostræ desuper editæ. Insuper volumus, & mandamus, quod Vicecamerarius, siue Gubernator in Vrbe nullum Tribunal cognitionum causarum priuatarum teneat, neque per se, neque per alium, sed ad eum venientem, ad suum iudicem remittat, & sit superintendens, ut quilibet in præmissis officiis suis terminos obseruet, & contrafacientem puniat, aut nobis referat, & debeat carceres omnium præmissorum visitare, vna cum aliis ad id per nos, per alias nostras litteras deputatis, & de officialium omnium maxime Notariorum maleficiorum transgressionibus cognoscere: In concernentibus autem statum, aut pacem, & quietem ciuitatis & Romanæ Curie, quantum videat necesse esse, officiale ad quem spectat iuuare, & omnia pro posse ad pacem reducere, necnon causas querelarum contra Barones, ac capitales videlicet mortis naturalis, & brigarum vna cum paceriis iuxta formam statutorum Vrbis, & treugarum, seu securitatum, aut pacis ruptarum, in quibus treugarum, securitatum, aut pacis ruptarum etiam per seipsum, Item mercedum, Salariorum, quas causas mercedum, sine tribunali & scriptura summarie manu regia cognoscere possit, & terminare, iuxta formam dictorum statutorum, vel iuris communis vbi statuta deficerent, & in quibus omnibus, locus sit præventioni, inter ipsum, & Senatorem: & si concurrant, Senator præferatur. Notarij vero Gubernatoris soli per seipso, & non per substitutos officium exerceant, sine tribunali, prout alijs Ludouicus Sabinus, & Marius Ceretanus tempore eiusdem Sixti prædecessoris exercere solebant, qui etiam registra aliqua non faciant, ipseque Gubernator vnum tantum Comestabilem, seu Capitaneum retineat, cum vigintiquinque Satellitibus, & sine dicto Comestibili executiones ipsius Gubernatoris fieri non possint. Volumus etiam, quod idem Gubernator, vigore obligationum in forma Cameræ Apostolicæ, non possit excommunicare, nec excommunicatum publicare, nec censuris Ecclesiasticis, in aliquo casu vti, prout antiqui Gubernatores, non sunt vti, & censuræ per eum super hoc latæ, sunt ipso iure nullæ. Similiter volumus, quod Baricellus sit merus Executor, & nullum iudicare valeat, quodque executiones in capitalibus per eum fienda, sicut in Capitolio, prout ab antiquo consuetum fuit, nisi aliter pro temporis, & maleficij qualitate, & grauitate, visum fuerit expedire: possit & repertos in fraganti crimine punire, iuxta formam Brevis facultatis suæ. Item volumus quod omnes officiales, quicunque sint, etiam Gubernatoris, & Auditoris Cameræ prædictorum, & reliqui alij, & etiam ipse Baricellus in fine cuiuslibet

cuiuslibet anni, syndicari debeat per aliquos per nos deputandos iuxta formam earundem litterarum nostrarum, ipseque Gubernator teneatur pro se, & ipsius officialibus, & in principio eius officij debeat super hoc cauere. Similiter Auditor Cameræ præfatus in fine cuiuslibet anni teneatur reddere rationem coram eisdem deputandis de gestis per se, & eius locumtenentem. Volumus etiam ut litibus finis citius imponatur, quod tam à iudicibus Capitolinis, quam etiam quibuscumque aliis, in causis quæ alijs essent de foro Capitolino, appelletur ad Capitaneum Vrbis, vel alium per nos deputandum, dummodo quoad causas dicti fori, in Capitolio tribunal teneat, quod etiam in causis in curia Gubernatoris eiusdem pendentibus, & quæ pendere contigerit habere locum decernimus, à quo iudice appellationis appellari non possit, nisi prout & quantum statuta huiusmodi, in causis curiæ Capitolij permittunt. Postremo mandamus in omnibus curiis ordinariis Vrbis, & in omnibus solutionibus Notariorum executorum, etiam pro executionibus fiendis per ipsum Baricellum, ac pro mercedibus quorumcumque aliorum officialium, seruari tabulam marmoream in Capitolio affixam; & vbi in aliquibus casibus illa deficeret, mandamus seruari statuta Vrbis. Volumus etiam quod pro quibusvis sigillationibus, præsertim mandatis de relaxando incarceratos, & alijs quibusvis apodissis nil soluatur, nisi prout in dicta tabula continetur, seu in dicta curia Capitolij consuevit seruari, ita tamen quod pro relaxatione innocentium nil penitus soluatur per ipsum captiuum, sed per eum ad cuius instantiam forsitan captus fuit, maximè in capturis pro suspecto & fugitivo, quo casu nouas reformationes dictæ Vrbis seruari volumus: Decernentes in Vrbe præfata nulla alia ordinariorum iudicium tribunalia teneri posse, nec iurisdictiones causarum exerceri, nisi in locis prædictis: quodque sententiæ tam diffinitiæ quam interlocutoriæ, necnon decreta, executiones, mandata, processus, censuræ, & quicquid secus contra præmissa fieret, nullius fore roboris vel momenti, præsentibusque derogari non posse, nec derogatum censeri etiam per nos, aut successores nostros, nisi de nominibus, & cognominibus litigantium, iudicium, & interesse habentium, ac ipsarum præsentium, de verbo ad verbum totalis, & specialis mentio fiat. Mandantes Gubernatori, Senatori, Auditori Cameræ, Marescallo, Baricello, eorumque iudicibus, & executoribus præfatis, necnon quibusvis aliis personis, sub excommunicationis latæ sententiæ, ac centum ducatorum poenitentiæ quotiens contra præmissa, seu aliquod præmissorum fecerint, incurridis, & in eorum syndicatibus exigendis, ne contra ordinationes, statuta, & voluntatem nostram huiusmodi venire, aut aliquid attentare audeant. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quibusvis priuilegiis, etiam fori, ac exemptionibus, indultis, & facultatibus, quibusvis personis, etiam Vicecamerario, seu Gubernatori præfatis, aut collegiis, vel confraternitatibus, etiam quavis causa, & Motu proprio, & ex certa scientia, ac cum quibusvis clausulis, etiam derogatoriis, fortissimis, etiam quibus derogari non possit, nisi sub certis modo & forma, per nos & sedem Apostolicam, concessis, & concedendis, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri statuti, ordinationis, voluntatis, decreti, & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumat,

pserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo duodecimo, quinto Kalendas Aprilis, Pontificatus nostri Anno Nono.

† Ego R. Episcopus Ostien. Card. S. Georgij subf.

† Ego A. Card. tit. S. Vitalis subf.

† Ego P. Card. tit. S. Eusebij subf.

LITTERÆ IVLII PAPÆ SECUNDI
per quas Romanus Pop. ad superioritatem,
quam habet in Ciuitate Tyburtina, rein-
tegratur, & statuta & nouæ reforma-
tiones confirmantur.



V L I V S Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Si nostrarum ciuitatum, & aliorum locorum quorumlibet iurisditiones ac iura libenter illeſa seruamus, eo magis Romani Populi iurisditiones ac iura prædicta non solum seruare, sed augere debemus, quo pecularis ac Populus noster electus existit, cuiusque officia nobis, ac Sedi Apostolicæ syncera, ac deuota fide, continue exhibentur. Exposuerunt siquidem nobis nuper dilecti filii, nobiles viri, Ludouicus de Matthæis, Marianus de Castellanis, Lutius de Lutis, Romanorum ciuium, & Cameræ Vrbis Conseruatores, ac Ludovicus de Cencis Capitum Regionum Prior, necnon Paulus de Planca nostri Consistorij, & præfatorum Conseruatorum Aduocatus, quod licet à tanto tempore, cuius initij memoria in contrarium non existit, inter alias paucas ciuitates, & oppida, ciuitas Tyburtina magna cum fide, sub eorum iurisdictione, ac dominio remanserit, habeantque Ciues diœtæ Vrbis nonnulla Capitula cum Populo Tyburtino superioritatem, ac gubernium, seu iurisdictionem in eos concernentia, quæ licet hactenus obseruata fuerint, tamen quia bonæ memorie Petrus tituli sancti Ciriaci in Thermis presbyter Cardinalis Reginus, qui ob particularitates ipsius ciuitatis Tyburtinæ componendas, se intromiserat, & deinde paulatim progrediendo se illorum protectorem afferendo, iurisdictionem dictorū ciuium Romanorum visus est occupare, in non modicam ipsorum Romanorum ciuium honoris, ac dignitatis detractionem, licet etiam prefati Conseruatores, in vrbe prædicta habeant quædam iurisditiones, ac facultates eorum officium concernentes, maxime circa Annonam, & Consulatus artium, necnon gabellas, & alia diuersa, prout in eorum consuetudinibus, ac statutis per Romanos Pontifices, præsertim felicis recordationis Paulum secundum, & in nouis reformationibus per pię memorię Alexandrum sextum prædecessores nostros confirmatis continetur: Nihilominus quia ſepe per diuersa mandata, præsertim dilectorum filiorum Clericorum Cameræ Apostolicæ, in administratione officij eorum impediuntur, etiam citra ipsorum Conseruatorum dignitatem & hono-


rem,

rem, & non sine publicę virilitatis detimento: ea propter Conseruatores Prior & Paulus præfati, nobis humiliter supplicarunt, vt super præmissis ne de cætro impediri valeant, eis de remedio opportuno prouidere dignaremur. Nos igitur qui Romanos ciues prædictos, etiam dum in minoribus eramus, semper toto corde dileximus, considerantes etiam summi Pontificis proprium fore, ius atque honorem suum cuilibet illæſum seruare, dictorum statutorum, capitulorum, ac consuetudinum tenores, & formas, præsentibus pro expressis habentes, eisdem Conseruatoribus, nunc & pro tempore existentibus, ac ipsi Populo Romano iurisdictionem, superioritatem, & præminentiam, quas iuxta eorum consuetudines, statuta, seu conuentiones, & pacta prædicta, habere noscuntur in dicta ciuitate Tyburtina, Apostolica auctoritate, tenore presentium, restituimus, & reintegramus, ipsosque ciues Tyburtinos eisdem ciuibus Romanis, vt prius, subiici, & subiectos fore: quodque in dicta Vrbe ipsi Conseruatores, curam, iurisdictionem & facultatem, quas iuxta eorum statuta, præserit nouarum reformationum, ac consuetudinum prædictarum, habere noscuntur, exercere & exequi libere & licite valeant, auctoritate & tenore prædictis, volumus & declaramus, Decernentes vt Conseruatores præfati in dicta ciuitate Tyburtina, per aliquos protectores, etiam si essent Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, ac in dicta Vrbe, & extra eam in eorum oppidis, & castris in eorum iurisdictione & officio, per cuiusvis mandata, præsertim prædictorum Clericorum Cameræ Apostolicæ, impediri non posse, nec debere, ac mandata huiusmodi etiam sub excommunicationis, & aliis ecclesiasticis sententiis, censuris, ac quibusvis pœnis, irrita & inanja, nulliusque roboris, vel momenti fore, nisi vbi dicta mandata, manu nostra propria, aut Camerarij nostri, pro tempore subscribi contingat. Constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac priuilegiis, facultatibus, & indultis, etiam cum quibusvis clausulis derogatoriis fortissimis & insolitis, quibusvis personis concessis & concedendis, ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrę restitutionis, reintegrationis, voluntatis, declarationis, & decreti, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præumpsuerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo duodecimo, quinto Kalend. Aprilis, Pontificatus nostri Anno Nono.

† Ego R. Episc. Ostien. Cardinalis S. Georgij subf.

† Ego A. tit. S. Vitalis presbyter Cardinalis subf.

† Ego P. tit. S. Eusebij presbyter Cardinalis subf.

BREVE SVPER IVRISDICTI ONE
Capitolij.

V L I V S Papa II. Ad futuram rei memoriam. Ex querelis nostri peculiaris Romani Populi accepimus ob rescripta apostolica, & signaturas commissorum, enormiter grauari, quæ passim & maxime in medio litis contra iuris communis dispositionem fiunt, aduocando à iudicibus ordinariis, tam in prima, quam in aliis instantiis, etiam per viam appellacionis, omissis mediis, à nobis, ad id officium deputatis vel etiam simpliciter ab initio in curia committendo, perinde ac si iudices ordinarios non haberent, quos sine nostris rescriptis adire possent: quo fit ut ciues nostri, & incolæ Vrbis, non unum, sed infinitos iudices, & diuersa tribunalia habere videantur, & proinde grauibus, immo intolerabilibus expensis grauentur, quæ omnia non impetrantur nisi ab iis qui cauillationibus student, vel potentia fauorum pollut, ad pulsandos in litibus aduersarios, & quos iure superare non possunt, malis artibus, & longis litibus ac innicuis dispendiis defatigatos, vel circumuentos vincant, & multi ius suum deserere propterea sunt coacti, mulctique in desperationem duici ad facinora brigarū prospiliunt, ex quo seditiones, & homicidia frequenter accidūt hincque famas, & annonę earitas, quod litibus occupati, negotiationes, & agriculturam deserunt, eveniunt: quibus rebus ut pastorali nostro incumbit officio, prouidere volentes, Hoc præsenti nostro perpetuo edicto, Motu proprio, ex certa nostra scientia, omnes & singulas causas vbi cumque coram quibuscumque Commissariis, vel ordinariis, etiam in sacro nostro Auditorio pendentes, Ciuium Romanorum & aliorum, qui foro Capitolino subiiciuntur, ad nos, in quacumque instantia vel statu pendentes harum serie aduocamus, & ad Curiam Capitolij & Iudices suos ordinarios, tam primæ quam aliarum instantiarum illius loci secundum naturam Causarum, & modum iurisdictionis cuiusque ipsorum, seu in quem partes conuenerint, committimus & mandamus resumendas, in suis statibus audiendas, & fide debito terminandas, secundum formam statutorum Vrbis, vel alias prout de iure terminari deberent, cum omnibus earum incidentibus, emergentibus, annexis, & connexis ab eis, partibus iustitiam ministrando: Declarantes auctoritate Apostolica, ac decernentes per presentes dictas causas propterea factas non commissarias, sed intelligi & esse ordinarias, perinde ac si ab initio coram suis ordinariis fuissent incepit vel agitate: volumus tamen quod causæ in Rota pendentes, de partium communi consensu ibi remaneant, vel si causa in tertia pendeat, quod Auditor coram quo penderet, possit illam cognoscere, & terminare, hoc præsenti nostro edicto non obstante. Et insuper dilecto filio nostro Leonardo Cardinali Agenen, ac aliis iustitiæ signaturam habentibus pro tempore, necnon Regenti Cancelleriæ, qui pro tempore erit; omnibusque & singulis nostris Referendariis inhibemus expresse, ne ad preces, instantiam, & requisitionem cuiusque, qui Capitulo-

lino

lino foro subiiciatur supplicationes aliquas recipere, referendariare, seu propone nobis, vel signaturam iustitiae habenti, audeat vel præsumat, & similiter signaturam faciens, non signet, siue auocatorias, siue simplicis iustitiae, siue appellatorias, & similes, neque initio, neque in medio litis, & signatae nullius sint rotaboris, vel momenti, nullamque tribuant iurisdictionem: neque ipse iudex cui fuerint commissari, audeat illarum virtute citare, inhibere, vel quoquomodo procedere, irritumque & inane quicquid scienter vel ignoranter fecus factum fuerit, ipso iure fore decernimus, salua semper nostra manu propria signatura, fine qua omne rescriptum censetur, & sit inualidum, & à nostra voluntate alienum, Constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac quibusvis commissorum, rescriptis priuilegiis, & indultis, etiam foro, quibusvis personis, seu collegiis, concessis & concedendis, etiam cum quibusvis clausulis derogatoriis fortissimis & insolitis (præmissorum omnium tenores, nomina, cognomina, qualitates, & alia quæ forsan de verbo ad verbum expressionem requirent, pro sufficienter expressis habentes) ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die quindecima Aprilis, Millesimo quingentesimo duodecimo, Pontificatus Nostri Anno Nonno.

DE CONFIRMATIONE.
reintegrationis, ac reformationis iurisdictionis Curiæ Capitolinæ.

A V L V S Papa III. Cum pastorali incumbat officio gregem sibi à Domino commissum secundum iuris tramites, & iuxta facti exigentiam vigili cura gubernare, abusionesque & prauas corruptelas introductas pro posse tollere, quæcumque in sua iurisdictione conseruare, & manutenere: Nuper deuenit ad aures nostras, qd Statuta Vrbis, nouę reformationes, ac priuilegia à Rom. Pontificibus concessa, maxime circa cognitionem, & decisionem causarum, in plurimis violantur, & per prauas abusiones, & corruptelas quotidie abutuntur: quo fit ut inter Rom. Ciues non solum in Cu. Capitolij, sed in diuersis Vrbis Tribunalibus, litigetur, non absque eiusdem Populi notabili damnno, & iacturā: ac quod in eadem Curia Capitolij, & Tribunalibus dictæ Curiæ contra formam dictorum Statutorum, & nouarum reformationum plurimi fiant excessus, etiam qui forsan, non sine animi nostri displicentia, & litigantiū dispendio, aliquę fiunt extortiones: Nos, qui præfatum Populum paterna affectione diligimus, etiam prædecessorum nostrum vestigia imitantes, eiusdem indemnitatē prouidere cupientes, Motu proprio, & non ad aliquius super hoc nobis porrectæ petitionis instantiam, sed ex certa nostra scientia, & de potestatis plenitudine, Statuta, & nouas reformationes Vrbis, priuilegia, litterasque Apostolicas, eidem Po. Romano concessa, & concessas, cum omnium & singulorum juris, & facti defectuum, si qui forsan inessent, supplitiones.

Hh augto-

auctoritate nostra, & sedis Apostolicę confirmamus, & comprobamus, ac quatenus opus sit innouamus, & de nouo concedimus, ac omnia & singula in singulis statutis, priuilegiis, reformationibus, litteris, & decretis huiusmodi contenta, perpetuis futuris temporibus, à quibus suis Rom. Cur. iudicibus, ecclesiasticis, & secularibus, tam ordinariis, quam delegatis, seu quavis alia iurisdictione, seu notione fungantur, inter personas eidem foro Capitolino secundum formam Statutorum, nouarum reformationum, & litterarum predicatorum, quocumque abusu, corruptela, vsu contrario, dissuetudine, contraria consuetudine, aut quod vsu recepta non sint, non obstan. tenaciter & inuiolabilitate obseruari volumus, & mandamus, dictumque Populum ad iurisdictionem dictæ Curiæ Capitolinæ, etiam iuxta litteras, etiam in forma Brevis, super distinctione iurisdictionum Tribunalum Vrbis, ac reintegratoria, & confirmatoria Statutorum, & nouarum reformationum predicatorum, eidem Populo Romano per quoscumque Ro. Pontifices, & presertim fœl. rec. Iulium II. & Leonem X. prædecessores nostros concessas, & emanatas, in omnibus, & per omnia reintegramus. Necnon citationes in causis in dicta Curia ordinarie inchoatis, & inchoandis, etiam si lice pendente in causis huiusmodi commissions aliquæ eisdem Iudicibus, & Tribunalum eiusdem Curie Magistratibus, Officialibus quibuscumque præsentatae fuissent, & in futurum presentarentur, etiam per mandatarios dictæ Curie fieri posse impune decernimus, & mandamus: Statuta, nouasque reformationes, & litteras huiusmodi, cum omnibus, & singulis clausulis, derogationibus, & penalis in eisdem contentis, quatenus opus sit innouamus, & de nouo concedimus, tenoresque singularum litterarum predicatorum, etiam in forma Brevis, tam per Iulium Secundum quam Leonem Decimum prædecessores nostros, vt præmittitur concessarum, & emanatarum pro expressis haberi volunus, & mandamus, ac si illarum tenor de verbo ad verbum præsentibus nostris gratiosis litteris insertus esset. Necnon Motu, & scientia similibus dilectis filiis Laurentio Verso nostro vtriusque signature Referendario, Syllegorio Proconsulibus, Theodoro de Gualderonibus, & Euangelistæ de Ceccarellis Correctoribus Collegij Aduocatorum, Procuratorum, & Notariorum Curie Capitolinæ, & aliis eiusdem Collegij pro tempore existentibus Officialibus potestate, & iurisdictionem personas dicto Collegio subiectas inobedientes, transgressores, rebelles, & contra formam Statutorum, nouarum reformationum, & ordinationum earumdem factarum, & faciendarum venire, ausu temerario, non erubescentes, pecuniariis penis eorum arbitrio moderandis, mulctandis, eorumque Collegio seu Cameræ Vrbis, coniunctim, vel diuissim, prout eis videbitur, applicandis, & irremissibiliter exigendis, absque spe gratiae, seu remissionis, nisi à nobis, vel successoribus nostris gratijs obtentæ, damus, concedimus, & gratijs impartimur. Et ita quo ad omnia, & singula præmissa per quoscumque Rom. Curie iudices, tam ordinarios quam delegatos, tam ecclesiasticos quam secularares, iudicari & diffiniri debere mandamus. Sublata eis aliter iudicandi, interpretandi, & diffiniendi potestate irritum, & inane decernentes quicquid in contrarium contigerit attentari. Mandantes dilectis filiis Senatori, & Conservatoribus Vrbis etiam pro tempore existentibus, coniunctim, vel diuissim, tam ex officio, quam ad cuiusvis reclamantis personæ instantiam, præmissa

om.

oia, & singula, ac in singulis statutis, reformationibus, & priuilegiis huiusmodi contenta, omnibus iuris, & facti remedii opportunitis, etiam cum poenarum corum, seu eorum alicuius arbitrio, comminatione, exactio, etiam adhibita quatenus expediatur, manu militari, pro conseruacione, & manutentione omnium, & singulorum obseruari mandent, & faciant cum effectu, omni penitus exceptione, & appellatione remotis. Non obstan. quibus suis Tribunalium Vrbis, Magistratum, Collegiorum, & Officiorum priuilegiis, litteris, & indultis, constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis tam in specie, quam in genere editis, etiam si sub plumbo, aut in forma Brevis, tam per nos, quam quoscumque Romaanos Pontifices prædecessores nostros, cum quibus suis clausulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, etiamque poenarum comminatione, etiamque si illis caueretur, quod illis aut eorumdem alterius non censeretur quoquomodo derogatum, nisi illarum tenor de verbo ad verbum insertus foret, aut de eis expressa, & specifica fieret mentio, etiam quod caueretur in illis, quod quoscumque illis derogatum esset, eo illico censerentur reuocatae, quarum tenores pro sufficienter expressis habentes, & illis quibuscumque, pro hac vice dumtaxat derogan. aliisque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis in contrarium facien. non obstantibus quibuscumque.


Fiat, vt petitur, A.

ET cum absolutione à cen. ad effectum præsentium, & quod pro præsentis motus proprij confirmatione approbat, reinteg. & concess. sola signaturæ sufficiat, & vbique fidem faciat in iudicio, & extra, attento quod in Vrbe, & pro Populo Romano, & quod etiam litteræ sub Annulo nostro Piscatorio expediri possint, & cum defectuum tam iuris, quam facti si qui sint, suppletione, & quod obstan. omnes habeantur pro expressis, & cum opportuna derogatione omnium, & singulorum in contrarium facien. & cum iurisdictione, facultate, & potestate dictis officialibus, vt præmittitur, data, & concessa, & cum potestate extendendi latissime cum omnibus clausulis necessariis, & opportunis. Et solum de confirmatione statutorum, & nouarum Reformationum alijs confirmatorum & ordinatione. Iulij de cognoscen. causis Roman. in Curia Capitolijs prout in suo Motu proprio, & de citationibus exequen. per Mandatarios, vt supra, & de facultate pro Consulibus, & Correctoribus, quo ad ea tantum, quæ respiciunt exercitium Notariorum, & aliorum ministrorum iudicialium eis subiectorum, & de mandato facien. præmissa obseruari, dilecto filio moderno, & pro tempore existenti Cameratio nostro.

Fiat. A.

Datum Romæ apud sanctum Petrum, Decimo Kalendas Octobris, Anno Tertio.

MOTVS PROPRIVS IVRIS DICTIOM,
& gratiarum, Ro. Po. concessarum per Paulum
Quartum Pont. Opt. Max.



OTV Proprio, &c. Syncera fides, & singularis deuotio, quas dilecti filii Po. Ro. erga hanc sanctam sedem continuo gessisse comprobantur, promerentur, ut ea quae eis, & aliae vrbis nostræ commodo, & utilitati futura conspicimus, benigno concedamus affectu. Hinc est quod nos Populum ipsum specialibus fauoribus & gratiis prosequi volentes, ex certa nostra scientia, & de Apost. potestatis plenitude, Gabellam carnis, La gabella del quatrino, nuncupatam, ac quascumque exemptiones, dilectis filiis Tabernariis vrbis in preiudicium Dohanerorum gabellæ studij præfatæ vrbis, Necnon bullam, seu capitula cum potestate res furtivas emendi, & super illis pecunias mutuandi, ac rerum ipsarum dominos volentes illas recuperare, ad pretium, restituendum cogendi vniuersitatì Hebræorum dictæ vrbis, ac omnes, & singulas moratoria, alternatiuas significations, & dilationes quascumque præterquam iuxta formam iuris quibusvis tam per fel. recor. Iulium Papam III. prædecessorem nostrum, quam quoscumque Rom. Pont. etiam prædecessores nostros sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis clausulis, necnon irritantibus, & aliis decretis etiam quod nullo unquam tempore ex quacumque causa, etiam vrgenti, & vrgentissima reuocari non possint, illorum omnium tenores, formas, datas, ac decreta, in illis apposita, præsentibus pro sufficienter exprefsis habentes, concess. & conced. ac omnia, & singula monopolia, quæ statutis, ac etiam iure prohibentur reuocamus, cassamus, & annullamus, & quod nemo deinceps res aliquas grasciam concernentes, ultra usum, & necessitatem familie suæ, per biennium consumandas, absque consensu, seu licentia Po. Rom. emere, vel aliquo modo contradicere possit, statuimus, & decernimus. Et insuper iurisdictione in curiæ Capitolij dictæ vrbis, in totum reintegramus, ita quod Rom. Ciues ciuiliter alibi conueniri non possint, iuxta formam motus proprij Pauli Papæ III. prædecessoris nostri desuper concessi, Motu proprio reuocatorio ab eodem Iulio prædecessori emanato, necnon alio per dilectum filium nobilem virum Ascanium dela Cornia olim Burgi Gubernatorem, vel etiam alio per quemlibet alium prædicti Burgi Gubernatorem obtento seu obtainendo non obstante. Præterea eosdem Po. Ro. ad Tyburtinam Ciuitatem, ac ipsius arcem, necnon emolumenta Castellano assignari solita, ac omnia, & singula honores, onera, & emolumenta consueta, remanente censu dilecto filio Io. Baptista de Consiliariis, Præsid. Cameræ no. Apostoli. ad eius vitam concessio restituimus, reponimus, & plenarie reintegramus, ac restitutos, repositos, & plenarie reintegratos esse, ita quod liceat eis Ciuitatem, & arcam prædictam prout antea habebant, habere, illamque regere, & gubernare, illarumque corporalem possessionem per se vel alium seu alios propria auctoritate libere apprehendere, & perpetuo retinere, cuiusvis licentia desuper

desuper minime requisita etiam decernimus, & declaramus. Præterea eisdem Po. Ro. quod Conseruatores dictæ vrbis pro tempore deputati in eorum ordinaria iurisdictione per pro tempore existentes Cameræ Apostolicæ præsidetes iuxta constitutionem pia memorie Iulij Papæ II. etiam prædecessoris nostri, desuper editam, & per recol. me. Leonem X. similiter prædecessorem nostrum confirmata nullo pacto impediri possint, minusque per quodlibet aliud Tribunal. Et ne in criminali iudicio per iudices, fiscales, procuratores, notarios, carcerumque custodes extorsiones fiant, quod motus proprius ab eodem Paulo Tertio prædecessore super illorum mercedibus emanatus iuxta illius tenorem omnino seruetur. Quodque Baricellus omnesque alij iustitiae executores dictæ vrbis quolibet anno de indebitis extorsionibus, & simoniis quibuscumque iuxta aliam bullam præfati Iulij II. prædecessoris desuper editam syndicari: necnon represaliæ à prefato Paulo prædecessore sublatæ iuxta formam statutorum dictæ Vrbis, relaxari, & exequi debeant, dum tamen facta prius notificatio ne Communitatibus, contra quas represaliæ prædictæ pro tempore erunt decernendæ: & quod propter ante dictas represalias pro tempore decernendas nullo modo impediatur afferentes grasciam cuiuscumque generis ad urbem, ac omnia & singula Romana officia detracta imbusculari, & extrahi iuxta dispositiō nem Bullæ prefati Leonis prædecessoris desuper concessæ. Necnon Magistri stratarum, & edificiorum dictæ Vrbis, syndicique Senatoris eiusdem ex buscula extrahi debeant, ac ipsi Magistri stratarum Vrbis nullo umquam tempore pro ampliandis seu nouiter construendis stratis in dicta Urbe aliquod gestuntur absque consensu & interuentu Capitis illius regionis, in qua gestitum imponeant, & illius trium Consiliariorum imponere minime possint, ac gestitum huiusmodi à Capite, & tribus Consiliariis prefatis subscribi; & pecunie ex dicto gestito percipiendæ apud aliquem probum virum in dicta regione commorantem depositari, & per illius manus de mandato Magistrorum stratarum solui debeant, ac quod de cetero alternatiue, significaciones, & dilationes quæcumque nisi iuxta dispositionem iuris, ac formam statutorum dictæ Vrbis concedi nullatenus possint: & qui illas obtainuerint, & in futurum obtinebunt, semper biretum viride portare teneantur. Idque Senator & Conseruatores dictæ Vrbis pro tempore existentes stricte sub pena eis bene visa seruari facere debeant & carent. Ipsæque alternatiue, significaciones, & dilationes per quodcumque tribunal in concernentibus Grasciam cuiuscumque sit generis concedi minime valent. Mandantes modernis, & pro tempore existens S. R. E. Camerario, Vicario, & Gubernatori dictæ Vrbis, necnon generali Auditori Cameræ, ac Præsidibus, & Clericis ipsius Cameræ, ac omnibus & singulis aliis cuiuscumque dignitatis, status, gradus, & præminentie fuerint, etiam si Cardinalatus honore præfulgeant, quatenus ipsi, & eorum singuli prefatis Po. Ro. in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant illos, & illorum singulares personas reuocatione, casatione, annulatione, restitutione, reintegratione, repositione, statuto, ordinatione, & singulis aliis præmissis pacifice frui, & gaudere non permittentes eos desuper per quoscumque quomodolibet indebite molestari, ac distictius inhibentes eis, & quibusvis aliis in virtute sanctæ obedientie, & nostræ indignationis, ac decem millium duc. auri de Camera pro vna videlicet

Cameræ

Cameræ prædictæ & altera medietatibus fabricæ Palatiij Capitolij huiusmodi, in euentum contrauentionis irremissibiliter applicandorum pœnis, ne Po. Ro. huiusmodi super præmissis seu eorum aliquo quouis prætextu, seu quouis occaſione vel cauſa molestare, perturbare, aut inquietare quoquomodo audeant, seu præsumant, ac decernent, præſentes, & desuper conficien litteras sub quibus, uis reuocationibus, suspensionibus, aut derogationibus similiū vel dissimilium gratiarum, & concessionum ex quouis causa quomodolibet pro tempore factis, ac de surreptionis vel obreptionis vitio seu intentionis nostræ defectu notari, seu impugnari nullatenus possint, sed semper validas, & efficaces existere, & suum plenarium effectum sortiri debere, & ita per quoscumque iudices etiam cauſarum palatiij Apost. Auditores sublata eis, & eorum cuilibet quouis aliter iudicandi, & interpretandi facultate iudicari & definiri debere, ac irritum, &c. decernimus, non obſtan. præmissis, ac quibusuis constitutionibus & ordinacionibus Apostolicis statutis, &c. reformationibus, declarationibus, & decretis etiā iuramento, &c. roboratis, necnon priuilegiis, indultis, & litteris apostolicis Camerario, Gubernatore, Vicario, Auditore, Præſiden. & Clericis præfatis, ac etiam dilecto filio Hyppoiito Sancta Mariæ in Aquiro, Diacono Card. de Ferraria nancipato super concession. gubernij dictæ ciuitatis, seu alias quomodolibet, ac quibusuis aliis, etiam motu simili, & alias quomodolibet concessis, &c. quibus omnibus in litteris latissime exten. etiam si de illis, &c. tenores, &c. hac vice dumtaxat specialiter & expreſſe derogamus, & si opus sit constitutionibus nostris de non tollendo iure quæſito, ceterisque contrariis quibuscumque, cum clausulis opportunis & consuetis.

Fiat motu proprio. I.

ET cum absolusione à censuris ad effectū, &c. cū reuocatione, cassatione, irritatione, annullatione, restituzione, repositione, reintegrazione, statuto, ordinatione, derogatione, & decretis, ac aliis de & pro omnibus & singulis supradictis, quæ hic pro sufficienter repertis habeantur latissime exten. & q̄ præfensis motus proprij sola signatura sufficiat, & ubiq. fidē faciat in iudicio & extra, etiam si videbitur absq. illius registratura, quacumque regula seu constitutione Apostolica contraria non obſtan. Seu si videbitur litteræ desuper per breue noſtrum ſeu officium contradictriarum cum præmiforum omnium etiam veriores tenores singularium exemptionum bullarum, capitulorum, & aliarum confeſſionum prædictarum maior vera & amplior ſpecificatio & expreſſio fieri, ac tenor huiusmodi de uerbo ad uerbum inſeri, ſeu in toto vel parte exprimi, ſeu etiam pro expreſſis habere poſſint in litteris ſimul uel ſeparatim ſuper quolibet præmiforum in uno non facta mentione de aliis ſi uidebitur expediendis.

Fiat. I.

Datum Romæ apud sanctum Petrum, Quarto XI. Decemb. anno primo.

MOTVS

MOTVS PROPRIVS S. D. N. D. PII

Quarti Pont. Opt. Max. Inclito Populo Romanuſ concessus ſuper reintegratione iurisdictionum Curiæ Capitolij.

PIVS PAPA IIII.



OTV proprio, &c. Dilectos filios Senatorem, Conſeruatores, Populumq; Ro. ſpecialibus fauoribus & gratiis proſequi volentes, omnimodam, & integrā (prout illis per fe. re. Sixthum IIII. Iulium II. Leonem X. Paulum III. & alios Romanos Pont. prædecellores noſtrors aliās confeſſa fuīt) iurisdictionem, cauſarumq; inter ipſos, ac etiam & inter Romanos, & Incolas pro tempore motarum cognitionem, & decisionem totalem Curiæ Capitolij Ro. ita quod in prædictis & aliis cauſis, obligationibus, etiam in forma cameræ Apostolice, in quibus videlicet per alios iudices præuentum non ſit, aliisq; quibusuis differentiis, & actionibus inter ipſos Romanos, ac eorum aliquem, vel aliquos deinceps originis, & mouendis, nullus præter Senatorem, & ipſius Capitolij Iudices pro tempore exiſtentes, ſe priuilegiorum Apostolicorum, aut consuetudinum, ſeu quouis alio prætextu intromittere poſſit, etiam diectorum prædecessorum confeſſiones huiusmodi litterasque, & alias desuper confeſtas ſcripturas approbantes, conſirman. & innouantes, litterarumque & ſcripturarū earundem tenores præſentibus pro expreſſis habentes, auctoritate Apostolica, ex certa scientia, &c. perpetuo concedimus, & indulgemus. Ac Senatorem, Conſeruatores, & Populum Romanum, curiamq; & iudices Capitolineſ præfatos, quo ad iurisdictionem huiusmodi aduersus quascunque aliis Almæ Vrbis Tribunalibus, & Magistratibus, etiam Regenti Cameræ, Gubernatori, & noſtro Vicario quomodolibet, etiam consistorialiter confeſtas facultates, & alias contrarias diſpoſitiones in pristinum, & eum, in quo ante illarum confeſſiones quomodolibet erant, statutum reſtituimus, reponimus, & plenarie reintegramus, ac facultates, & alias diſpoſitiones contrarias huiusmodi ad hunc effectum per præfentes reuocamus, caſſamus, & annullamus. Et insuper ne delicta remaneant impunita, quod Chirurgi, Barbitonſores, & alij vulnerum, aliorumq; criminum notitiā habētes, illa ad curiā Capitolij huiusmodi iuxta ipſius Senatoris desuper proponēda edicta, & ſub pœniſ inibi apponēdis, aut ad curiā Gubernatoriſ iuxta ſolitū deferre teſteantur: quodq; pro celeriori cauſarū expeditione in eadē curia Capitolina nullatum nulla ratio habeatur, niſi e arū, quæ ex iurisdictionis, citationis, vel mandati defectu prouenient; Et ne feriarum accumulatio cauſarum expeditionem in longum protrahat, ſublatiſ de medio ceteris feriis voluntarie, per vſum, vel aliās, non tamen in honorē Dei introductis, obſeruatio tantū coerceatur ad ferias in antiquis statutis expreſſe deſcriptas. Ac etiā ſtatuta de Aſſettamētis loquenria: Declaratēs, quodq; Aſſettamentū petiō posſit, niſi in caſib; & articulis, quorū grauamen per diffinitiū reparari non valeat, qui ex ſtatuto ſub Rüb. de

de Appell, non recipiendis lib. 6. positi colliguntur, nec in causis summam decem ducat, non excedentibus: in aliis vero causis à decem supra in litis contestatione dumtaxat peti possit, & hoc arbitrio Iudicis: in diffinitiuis autem, vel interlocutoriis vim diffinitiuē habentibus sententiis iudex causas huiusmodi in Assentamentis proponere, aliis in contrarium loquentibus Statutis non attentis omnino teneatur. Et præterea quod si vnum ex iudicibus Curię huiusmodi abesse, vel ægrotare, aut suspectum iürari contigerit, Assentamentum per tres reliquos presentes Iudices fieri possit: quorum vnu in loco ægrotantis, vel absens iudicis ad tribunal pro interlocutoriis faciendis sedeat & super incidentiis, emergentibus & depen. vsque ad Sententiam diffinitiuam exclusive prouideat, etiam perpetuo statuimus, & ordinamus, Necnon Senatorem, Conseruatores, Populum, & Curram prefatos ad antiquam eorum iurisdictionem, vt præmittitur restitutos, & plenarie reintegratos esse, Ac præsen. & in eis contenta quæcumque valida, & efficacia fore, suoisque plenarios, & integrō effectus sortiri, & in uiolabilitate obseruari debere, nec de surreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vicio, vel intentionis nostræ defecetu quoquis quaſito colore, prætextu vel ingenio nullatenus notari, vel impugnari nec per nos, vel Sedem Apostolicā vlo vñquam tempore reuocari, aut aliás illis derogari posse: & si, ac quoties illa reuocari, aut aliás illis derogari contigerit, toties in pristinum statum restituī, & de nouo etiam, sub posteriori data per ipsos Senatorem, & Conseruatores eligenda concessa, & stabilita esse, Et sic per quoscumque Iudices & commissarios, etiam S.R.E. Cardinales &c. sublata eis quauis aliter interpretandi &c. facultate iudicari, & diffiniri debere, ac quicquid secus super his à quoquā quauis auctoritate scienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane decernimus. Non obſtan. præmissis, ac constitutionib. & ordinationib. apostolicis Statutis &c. etiam Palatij apostolici Curiarumque Vrbis Stylos, necnon Priuilegiis, indultri, & litteris Apostolicis quibusuis Romanæ Curiæ Tribunali. Curiis, Magistratibus Iudicibus, & aliis personis sub quibuscumque tenorib. & formis, ac cum quibusuis Clauſulis, & decretis, etiam Motu simili, etiam Consistorialiter concessis &c. quibus omnibus illorum tenores præsentibus præſufficienter expressis habentes hac vice latissime derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque, cum clau. opportunis.

Placet Motu proprio I.

ET cum absolitione à cen. ad effectum, &c. Etcum approbatione, confirmatione, innouatione, concessione, indulto, restitutione, repositione, reintegratione, reuocatione, caſtatione, annulatione, statuto, ordinatione, decreto, & derogatione præmissis, vt supra perpetuo. Et quod sola præſen. sufficiat signatura, & vbiique etiam in Iud. fidem faciat, regula contraria non obſtan. seu si videbitur litterę desuper per Breue nostrum, etiam cum litterarum prædecessorum, prædictorum & inde fecutorum tenorum aliorumque necessariorum majori, & veriori expressione expediri possint. Et quod ad obligationes in forma Cameræ seruetur forma ipsius obligationis vt sit in potestate actoris vel creditoris conuenire debitorem suum Romanum vel incolam laicum non solum coram Regente vel Auditore Cameræ ipsarum obligat. Iudice ordinario, sed etiam

etiam in curia Capitolij, Quoad reliquias uero causas ciuiles non tamen Fisca, les possit reus Romanus uel incola declinare quodcumque aliud forum, & pectere se remitti ad curiam Capitolij, nisi alterius iudicis iurisdictionem prorogauerit, aut in eum tacite vel expresse consenserit, & aliter factæ reassumptio-nes per dictam curiam Capitolij nullius sint roboris uel momenti.

Fiat. I.

LITTERÆ L E O N I S P A P A E D E C I M I , Gratiarum Populo Romano concessarum.



EO Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Dum singularem fidei constantiam, & eximia deuotionis affectum, quos dilecti filii Populus Romanus, erga nos, & Romanam ab eius exordio gessisse semper & gerere compabant Ecclesiam, vigili meditatione penfamus; dignum, quin potius debitum arbitramur, vt Ecclesia ipſa sic suę in eos gratię dona diffundat, vt à quibus præcipue in matrem & dominam, diuina fuit dispositione recepta, per mutuę benevolentię ministerium, vberioraq. in dies largitionis munera in peculiares, ac dilectissimos filios, magis atque magis adoptasse noscatur. Sane fœlicis memorię Eugenius Quartus, Nicolaus Quintus, Calixtus Tertius, Pius Secundus, Paulus etiam Secundus, Sixtus etiam Quartus, Innocentius Octavius, Alexander Sextus, & Iulius similiter Secundus, & nonnulli alij Romani Pontifices prædecessores nostri, diuersa eisdem Populo priuilegia, indulta, & gratias, concesserunt, quę sicut dilecti filii Nobiles viri Magister Ioannes Hieronymus de Benzonibus, decretorum Doctor, de maiori præsidentia Abbreviator, & Stephanus de Carbonibus, ac Marius Particappa, Conseruatores, & Franciscus Cincius Prior Capituli Regionum Vrbis, necnon Magistri Paulus de Planca, Baptista Paulinus, Iulius de Alberteschis, Aulæ nostræ Consistorialis Aduocati; & Marius Salamonius, vtriusq. iuris Doctores, & Franciscus de Lenis, & Marcus Antonius de Alteriis, & Bernardinus de Militibus, ac Iacobus de Frangipanibus, & Hieronymus Pichus ac Bartholomēus de Valle, Romani Ciues, eorundem Conseruatorū Conſiliarij, super id per ipsos Conseruatores electi, ac Petrus de Smeriliis Fisci nostri Romani procurator, nobis ipsius Populi nomine exposuerū, ob passim vnicuique petenti concessas illorum derogationes, & eorumdem Populi negligenter, vel alias partim nūquam in obseruantiam deducta, vſiue recepta, partim per dissuetudinē abrogata proptermodum sunt. Nos igitur Populū prefatos non minori charitatis affectu, quām prædecessores præfati prosecuti sunt, prosequi volentes, ac omnium & singulorum priuilegiorum, indultorum, & gratiarum prædictarum, & singulārū super illis confectarū littarū tenores, ac si de verbo ad uerbum insererentur præſentibus pro ſufficienter expressis habentes: Motu proprio, non ad ipsorum Conſeruatorum, Prioris, & Confiliarioſū, aut aliorum pro eis nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra meritorialitate, & ex certa scientia, priuilegia, gratias, indulta, & litteras prædictas-

I i etiam

etiam quæ in causis ad forum Capitulinum spectantibus, commissiones qualibet, præterquam quæ Romani Pontificis sint manu propria subscriptæ, protulsi excludunt, & Tribunalia, ac causarum tam ciuilium, quam criminalium, in eadem Vrbe, cognitiones distinguunt, necnon statuta & consuetudines dictæ Vrbis, & reformationes illorum, etiam iuramenti validitatem in certis ibi expressis causibus restringentia, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, approbamus, & in nouamus, & perpetua firmitatis robur obtinere: & etiam si haec tenus ex præmissis, vel quibusvis aliis causis obseruata non fuerint, extunc de cætero perpetuis futuris temporibus inviolabiliter obseruari debere, decernimus: potiorique præcautela ea omnia & singula, prout per dictos prædecessores cõcessa fuerūt, eisdem Populo gratiose cõcedimus. Et ut eisdem Populo in eoru priuata cõmoda de aliquis subuentionis auxilio cõsulatur, Protonotariatus Cur. Capitolij, quod hospita li nostro S. Spiritus in Saxia de vrbe, & Notariatus quod Secretariu nostrorū, & Marescallatus, Extimatoriatus Stateræ, Mädatarius, & Transyberorū Ripæ & Ripettæ officia, quæ Præsidentiū Annonæ earundē Ripæ & Ripettæ, dilectorū filiorum Collegiis, dicta olim fuere auctoritate perpetuo vnta, annexa, & incorporata, ab hospitali, & quibus pro iis certam tunc expressam recompensam per alias nostras litteras concessimus, quibus non intendimus præjudicare, nec solita emolumenta auferre, nisi pro ea summa pro qua recompensa data fuerit Collegiis prædictis, respectiue segregantes, & separantes ea, ac pecuniarum Camere, sine tamen ipsius exercitio, & emolumentis, ex ipso exercitio prouenientibus, quæ capita Solidorum appellant, & Gabellæ vini forensis de eadem Vrbe Depositariatum, cum consuetis, ac præfatæ Ripæ, Ripettæ, Pecudumique, & Mercium, ac Annonæ, grasciæ nuncupatæ, necnon Salis ad grosnum & ad minutum, Dohaneriatu cū cœtum viginti pro quolibet Dohaneriatu, & omniu eoru dem Dohaneriatu Notariatum cum Quadraginta octo florenorum auri pro quolibet Notariatu Salariis, per conductores ipsarum Dohanarum, ex earu prouentibus, singulis annis, in quatuor terminis, Dohaneris, & Notariis pro tempore existentibus integre persoluendis: ita tamen quod emitoribus & conductoribus dictarum Dohanarum, & Gabellarum, propterea nullum præindictum, circa administrationem officij inferatur, sed tolum deferre possint extortiones indebitas & insolitas, quæ fierent Cameræ Apostolicæ, & sine præiudicio in illis emptionis aut pignoris, vel simplicis ab aliquo ex prædecessoribus nostris concessionis, tituli ius habentium, quandiu tituli ipsi durauerint, dumtaxat: ita quod liceat ipsis Conseruatoribus & Populo restitutis pretiis pro quibus empta, aut pecuniis pro quibus pignori obligata sint, illa simul, vel successe redimere, Extraordinariatus maioris, Notariatus etiam maioris, & Scriptoriarum, & Marescallatus Cameræ, & Gabellarius maioris Vrbis prædictarum, & Salinarum, portarum, & pontium, sive Palati dicatorum Conseruatorum Marescallatus, & eiusdem Palati Notariatus, ac Camerariatus Ripæ & Ripettæ, ac alia quæcumque Vrbis officia, olim per Ciues Romanos exerceri solita, portasque, & pontes dictæ Vrbis, cum omnibus eorum solitis honoribus, oneribus, salariis & emolumentis dictis Populo donamus, & elargimur: statuentes & ordinantes, quod ex nunc de cætero in perpetuum, tam portæ & portes huiusmodi, quam Conseruatoratus, Capitum Regionum, Magistratum,

re. cal.

rescallatum de tracta nuncupatorum, Paceriatus, Magistratum Stratistarum, & Iustitiariorum, Syndicorum, Senatoris, & officialium Vrbis, Reformatorum studij, & Paceriorum, ac Syndicorum, Assessoriatum, & Notariatum eorum, ac quæcumque alia præfate Vrbis officia per Ciues huiusmodi, vt præfertur, exerceri solita, diuisis etiam in plures, ad Populum, portiones illorum, vel aliquorum ex eis, fructibus, redditibus, & prouentibus, iuxta prouidam dictorum Conseruatorum, & Prioris, ac eorum Consiliariorum ordinationem desuper faciendam, in pixidem congeri, & deinde statutis per Conseruatorum, & Priorum, & Consiliarios præfatos ad id temporibus fortem nostra, & pro tempore existentes Romani Pontificis præsentia trahenda, nostroque arbitrio restringenda, & amplianda, inter ciues tantummodo dispensentur, & quod Protonotariatus Curiæ Capitolij, Notariatus, & Marescallatus Ripæ, & Stateræ ac Cameræ, & Gabellæ studij huiusmodi depositariatu, & Gabellarius, & Extraordinariatus prædictorum. Et Iudicatus appellationum de eadem Vrbe officia, & comitatus Tyburis, & Malleani, ac Velletri, & Coræ Ciuitatum videlicet & oppidorum dicatorum Populi Romani, temporali Dominio immediate subiectorum potestaria à taxis, quas pro expeditione Breuium præfati Secretarij ab eis haec tenus exigebant, necnon eodem Ciuitates & oppida, ac terrę ad præsens præfatis Populo immediate subiecta, si & quandiu in subiectione huiusmodi fideliter māscrint, ab omni onere quo pro stationibus, militum Romanæ Ecclesiæ grauabantur libera sint atque immunia: id vero quod ex depositariatu huiusmodi Collegio, dilectorum filiorum scriptorum Archiuij Romanæ Curie annuatim debetur, is soluat qui dicta solidorum capita perceperit, & quod sancti Gregorij intra, & sancti Sebastiani extra dictæ Vrbis muros, sancti Benedicti, & Cisterciensis ordinum, & alia Monasteria, ac prioratus, Canonici, & præbendas, dignitates, personatus, administrationes, & officia, ceteraque beneficia Ecclesiastica, cum cura & sine cura, in dicta Vrbe & illius distrittu existentia, venerabilium fratrum nostrorum præfate Ecclesiæ Cardinalium, titulis & denominationibus, ac Basilicę beatorum Petri & Pauli, & Lateranensis, & Beatę Marię maioris, de eadem Vrbe Ecclesiarum, Archipresbyteratibus Sancti Laurentij, & sancti Anastasij, extra, & sancti Sabę intra eosdem muros, eorumdem ordinum dictis Cardinalibus commendari solitus, monasteriis dumtaxat exceptis, non nisi Romanis Ciubus conferri seu commendari, aut alijs de eis, in alios quoquomodo, præterquam si beneficia predicta ex resignatione alienigenę vacarent, que etiam alienigenis conferri valent, etiam per nos, & Sedem Apostolicam disponi nullo modo possit: collationesque, prouisiones, commendæ & alia quæquis dispositiones de illis, etiam per nos, & fedem eandem, etiam cum expressa præsentium derogatione, etiam motu proprio & ex certa scientia, pro tempore factæ, nullius sint roboris, vel momenti, nullumq. alicui etiam coloratum tribuant titulu possidendi: Præterea quod ex redditibus Gabellæ vini Forensis huiusmodi, postquam Lectorum studij salaria soluta sint, liceat præfatis Conseruatoribus in eorum, & Capitum Regionum magistratum ornatum, & decus dumtaxat, quo indigere noscuntur, & non eorumdem Conseruatorum, & Capitum Regionum proprios usus, iuxta ordinationem per Conseruatorum, & Capita Regionum, ac Consiliarios

Ii 2 prefatos

præfatos de super faciendam, tantum annuatim exponere, ad quantum medietas eorum Proutisionum seu Salariorum ordinatorium respectiue ascendiit, & non ultra; & quod Notarij in Matricula Notariorum Romanorum pro tempore descripti, ab obseruatione eorum quæ in litteris Apostolicis erectionis Collegij dictorum Scriptorum Archiuji Romanæ Curiæ continentur, quo ad Cives Romanos quoscumque inter se contrahentes sint exempti. Donamus quoque eisdem Conseruatoribus, & Populo in perpetuum Gabellam omnem Vini forensis huiusmodi, cum onere soluendi temporibus consuetis, ex prouentibus dictæ Gabellæ, salarya dictis Lectoribus pro tempore debita, ac facultate residuum prouentuum eorumdem, in dictum ornatum, & Murorum, Portarum, Aqueductuum, & Pontium, aliasque dictæ Vrbis necessitates, pro tempore ingruentes, de consensu Consilij Romani, & non in alios usus, conuertendi. Et insuper eosdem populum, omnesque & singulos dictæ Vrbis incolas, & habitatores, ac alios in eadem Urbe, ad quam Christi fidelium, de vniuersis mundi partibus, frequens est in dies concursus, pro tempore residentes, à vini Romani, & Farinæ, præterquam quæ à pistoribus, seu in eorum usum conficitur, omnitemen fraude cessante, & præfatos, ac pro tempore existentes dictæ Vrbis Conseruatorum, à vini, etiam Corsi, sive Græci, quo pro eorum & familiae sua viatuuntur, usque ad Vigintiquinque vegetes Anno quolibet Gabellæ solutione, eximimus & liberamus, & pretium Salis, qui ad minutum venditur, etiam pro pecudibus in eadem Urbe ad rationem octo bolonenorum monetæ nouæ cum dimidio vnius Boloneni similis pro mensura quam Scorzum appellant, reducimus & moderamur. Porro Ciuitatem Velletri, & oppidum Coræ prædicta cum eorum territoriis, hominibus, mero & mixto imperio, aliisque omnibus iuribus & iurisdictionibus, prout olim sub dictorum Romani Populi Dominio fuerere, eorumdem populi ditioni, & potestati de consensu quorum intersit, libere restituimus, & plenarie reintegramus: Mandantes dilectis filiis ciuitatis & opidi prædictorum vniuersitatibus, ut de cetero Conseruatoribus, & populo præfatis uti veris & legitimis eorum immediatis Dominis in temporalibus obediatur & pareant, ac intendant. Volumus demum quod præsentes litteræ & in eis contenta à Kalendis Martij proximi præteriti citra plenum sortite sint & esse censentur effectum: Decernentes ex nunc irritum & inane si secus super præmissis, vel eorum aliquo, per quoscumque, etiam nos & sedem præfatæ, ex quavis causa scienter vel ignoranter contigerit attentari, quo circa Venerabilem fratrem Raphaelem Episcopum Ostiensem, & Dilectos filios nostros, Franciscum sanctorum Ioannis & Pauli, & Antonium sancti Vitalis, & Petrum sancti Eusebij tit. Presbyteros, ac Aloysium sancte Mariæ in Cosmedin Diaconum, Cardinales, & eorum quemlibet, pro præmissorum omnium obseruantia, eisdem Conseruatoribus Priori, & Populo, in conseruatores, & defensores speciales, constituimus, & deputamus: iniungentes eisdem Cardinalibus, quatenus ipsi vel eorum aliquis per se vel alium seu alios, Conseruatoribus, Priori & Populo præfatis quotiens ab eis vel eorum aliquo fuerint requisiti, in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant ipsos Conseruatorum, Priorum, & Populum, auctoritate nostra, omnibus & singulis supradictis pacifice frui, & gaudere, eaque omnia & singula inuolabiliter obseruari, non permitentes

eos,

eos, seu eorum aliquem per quoscumque de super etiam dicta auctoritate fungentes, quomodolibet molestari: contradictores quos suis, per censuram Ecclesiasticam & alia iuris opportuna remedia, appellatione remota, compescendo: inuocato etiam ad id, si opus fuerit, auxilio Brachij secularis. Non obstantibus quibus suis in Collegiorum prædictorum erectione, & dotatione editis, & aliis constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, necnon quibuslibet de aliquo, seu aliquibus ex predictis officiis, quibus suis personis, etiam motu simili, & ex certa nostra scientia, ex quibus suis urgentissimis & necessariis causis, per nos, & sedem præfatam factis hactenus, & in posterum fiendis, quas quotiens factæ fuerint, totiens ex nunc prout ex tunc & econtra reuocamus, cassamus, annullamus, & omnibus illis quæ prædecessores præfati in singulis per eos eisdem populo concessis litteris, voluerunt non obstatre: ceterisque contrariis quibuscumque. Nostræ tamen intentionis existit, quod Dohaneriatum, & illorum Notariatum salarya, currere inciant à die quo contractus super ipsorum Dohanarum conductione, inter illorum conductores, & Cameram Apostolicam, tempore dicti Iulij prædecessoris initi, respectiue finierint, & non ante. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, innovationis, concessionis, intentionis, segregationis, separationis, donationis, constitutionis, restitutionis, reintegrationis, deputationis, reuocationis, cassationis, annulationis, decreti, mandati, voluntatis, & statuti, infringere, vel ei a suu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo duodecimo, quartodecimo Kal. Aprilis, Pontificatus Nostri Anno Primo.

LITTERÆ SIXTI PAPÆ QVARTI, de ædificiis, & nouis operibus construendis, ad decorem Ciuitatis.



IXTVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Et si de cunctarum ciuitatum temporali Dominio Romanæ Ecclesiæ subiectarum decore, & venustate cogitare nos deceat, ad nostram tamen almam urbem Apostolorum Petri, & Pauli glorioso Martyrij cruce domino nostro Iesu Christo consecratam, Ciuitatem sacerdotalem & regiam, cuiusque decorem & venustatem tanto accuratius aciem nostræ considerationis extendere nos conuenit, quanto illa caput est orbis, & altissimus in ea sacerdotij principatum & Christianæ religionis caput instituit, & sui Vicarij sedem, ad quam de vniuersis mundi partibus Christi fideles confluunt in numero copioso, voluit collocari. Cum itaque viæ & stræte publicæ eiusdem Vrbis, in plerisque locis causantibus porticibus, proscelliis, & aliis variis ædificiis domorum sitarum iuxta illas, adeo arcta existant, ut per eas comode deambulari, & necessaria ad viatum multitudinis Ciuium Roman. & curialium,

rialium, ac aliorum in ipsa Vrbe habitatium, & confluentium ad eamdem, præfertim temporibus indulgentiarum Anni Iubilei, & aliarum concessarum per nos, & prædecessores nostros Romanos. Pontifices visitantibus Apostolorum Basiliæ, & alias eiusdem Vrbis Ecclesiæ, deferri commode nequeant: & in quibusdam locis vix singulariter singuli equestres se obuiantes in eis transire possint per easdem, idque cedat ad non modicam eiusdem Vrbis deformitatem, ac ciuium Curialium, & confluentium prædictorum incommoditatem. Et propterea nos habita super his deliberatione matura, decreuimus vias ipsas, præser-tim quæ magis frequentantur, & principaliores existunt, ampliari, ac porticus & impedimenta prædicta, quibus sic arctantur, amoueri, & lateribus opportune pavimentari. Iamque opus ipsum cœptum sit in diuersis locis, & in illius prosecutione non cessetur, ac sicut accepimus propter demolitionem huiusmodi nonnullæ ex dominibus ipsis quorum porticus, & prosellia, ac alia ædificia dirui oportuit, exinde vt pote necessariis mansionibus solitis & officinis caren. ad inhabitandum minus commode, & fere inutiles factæ sint, & ea propter illarum domini earum parietes decenter, vt expediret, ad decorum viarum earundem reparare, & expensas opportunas propterea subire non curent, sublata spe habitandi in eis, aut aliâs vtilitate in recipiendi ex eisdem: Expediatque ad obuiandum huiusmodi incommoditatibus, ex duabus aut pluribus contiguis dominibus vnam commodam constituere, aut partem vnius ex eisdem dominibus alteri conuinçæ domui incorporare, sive indemitati dominorum earundem obuiare, & decori huiusmodi consulere, & vicinarum domorum domini, vt plurimum super his non conueniant, & recusent sibi inuicem complacere etiam pro iusto, & rationabili pretio: contingat quoque interdum nonnullos tam Romanos ciues quam Curiales & alios forenses in eadem vrbe domos de novo ædificare vel antiquas reformare, & ampliare velle, & pro illarum decenti constructione, indigere conuinçis dominibus interdum ruinosis, & depressis, vel dominorum dirutarum sediminibus, plateolis, & solo, seu alio loco vicinis, & huiusmodi domorum, & sediminum, seu plateolarum, & soli, aut loci dominos requisitos, vt de illis eisdem ædificare, & reformare volentibus, venditionis titulo complaceant de dominibus, sediminibus, solo, seu loco oblato etiam persæpe plus quam iusto pretio, id facere nullatenus velle, aut longe plus iusto pretio etiam nonnumquam duplum illius trascendendo, petere pro eisdem: quo fit vt prædicti nouas domos ædificare, aut antiquas ampliare volentes, præfertim Curiales & forenses qui adiuuari & alluci deberent maxime à Romanis Ciibus ab huiusmodi eorum laudabili ædificandi, aut ampliandi proposito, retrahuntur. Et si aliquando Dilecti filii Franciscus de Porcariis, & Baptista Staglia, moderni & qui pro tempore sunt magistri ædificiorum, & stratarum eiusdem Vrbis, pro construendis nouis plateis in locis conuenientibus, aut antiquis ampliandis & reformandis, volunt domos aliquas dirui facere in totum vel pro parte, illarum domini similiter oblato eis etiam iusto & rationabili pretio ne id fiat pertinaciter se opponere, & huiusmodi nouarum platearum ordinationem & antiquarum dilatationem, & ampliationem, omni conatu possibili impeditre non verentur: quæ omnia publico bono, & decori ac pulchritudini eiusdem Vrbis, nostræque circa id intentioni obuiare manifeste cernuntur. Nos igitur equum arbitrantes

arbitrantes publicam vtilitatem in his præferri priuatae commoditati quorumlibet, & illorum qui tam salubri publico bono indire esse modo præmisso se opponunt, duritiam superioris auctoritate, & æqua ordinatione comprimi, ac propterea volentes super his omnibus opportunum adhibere remediu: Motu proprio non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione, ac ex certa nostra scientia, & de plenitudine potestatis Apostolice, hac in perpetuum valitura cōstitutione, statuimus & ordinamus, quod venerabilis frater Guillerius Episcopus Ostien. Camerarius noster, & prefati Franciscus, & Baptista, ac ipsorum Episcopi Francisci, & Baptiste in Camera-ratus nostri & pro tempore existentis Romani Pontificis, ac Magistratus edificiorum Vrbis officiis respectiue successores, qui pro tempore erunt, perpetuis futuris temporibus ad requisitionem dominorum domorum, quarum porticus, prosellia, seu alia ædificia pro viis seu plateis, & aliis locis publicis eiusdem Vrbis, hactenus diruta fuerint, & dirui contingere in futurum quādocumque, de mandato magistrorum eorumdem, si domini prædicti in dominibus ipsis inhabitare soliti erant, ante demolitionem eamdem, & tempore demolitionis huiusmodi factæ, & quam fieri contingere in futurum, absque dolo & fraude inhabitant & in posterum inhabitabunt, & propter huiusmodi iam factam & que fieret, domus ipsæ effectorum sint vel efficerentur in posterum pro eorumdem dominorum ipsarum commoda receptione & habitatione incapaces, sintque iuxta eas aliquæ domus per eorum domininos minime inhabitari solitæ, sed pro eorum annua responsione vel aliâs locari consuetæ, ex quarum coniunctione cum domo huiusmodi sic incommoda effecta, domino domus sic incommoda effectorum aduersus incommoditates huiusmodi subueniri valeat, teneantur & debeant compellere illos ad quos domus ipsas sic vicinas legitime pertinere eis constabit, etiam si ad Ecclesiæ & monasteria tam virorum quam mulierum ordinum, quorumcumque etiam exemptorum, necnon beneficia Ecclesiastica, hospitalia, ac loca pia pertinerent, ad vendendum easdem domos vicinas, quas inhabitari soliti non sunt, dominis domorum contiguarum, quas sic incommodas effectas esse cognoverint pro pretio per duos probos & expertos viros per utramque partem eligendos, determinando & declarando. Si vero ij duo concordes in eodem assignando pretio non essent eo casu ipsi Camerarius & Magistri ædificiorum prefati Vrbis, habito ipsorum duorum iudicio, pretia eadem imponere & assignare habeant. Et si forsitan contingere ex demolitione huiusmodi duas domos sic per eorum dominos inhabitatas incommodas modo prædicto effici, & inter eas esse aliam domum per illius dominum locari solitam, quam quilibet dominorum vicinarum domorum prædictarum incommodati subiacentium, & ad receptionem ipsorum non sufficientium sibi vendi, & suæ domui incorporari postularet, debeant Camerarius, & magistri prefati illi ex eis sic potentibus venditionem huiusmodi fieri mandare, quem magis indigere domo vendenda cognoverint: & si forsitan uterque æqualiter indigeret, partem vni, & partem alteri, si commode vendi poterit, vendi faciant, aut alter desuper prouideant, prout eis videbitur expedire; & si in neutra domorum vicinarum, quæ sic inutiles iam effectæ forent ex demolitione prædicta vel efficerentur in futurum, caru domini inhabitarent, sed eas locari soli i essent, licet

etiam tunc Camerario, & magistris præfatis, si id petatur per alterum domini nōrum earundem domum quam maiora incommoda passam esse cognouerint, domino alterius domus minus læsa, si emere voluerit, vendi facere modo prædicto, & illo instante dominum domus magis læsa ad id compellere, & similiter dominum domus econtra minus læsa ad instantiam domini domus magis læsa ad emendum domum magis læsam, aut suam domino domus minus læsa vendendum compellere, seu alias prout eis videbitur prouidere, quod amb̄ domus ipse inutiles & inhabitabiles non remaneant, & similiter prout eis videbitur prouidere teneantur, quotiens domus ipse sic vicinę, & locari solite equaliter læsa & incommoda effecte forent. Et ne ob proteruiam & duritiem dominorum domorum sine quarum demolitione plateę in eadem Vrbe neceslarię & vtile ad illius decorem de nouo ordinari vel iam ordinata ampliari, & noua Palatia, nouęque domus construi, seu iam constructa ampliari commode nequeunt, platearum earundem ordinatio & ampliatio, ac palatiorum & domorum de nouo constructio seu reformatio retardetur; eisdem motu & scientia ac auctoritate & potestate statuimus, quod Camerarius & magistri præfati possint & debeat dominos domorum quarumlibet locari, non autem per ipsosmet dominos inhabitari solitarum, Ecclesiasticos & Seculares quacumque dignitate fungentes compellere eos ad uendendum Conseruatoribus seu Syndico eiusdem Vrbis domos quas Camerarius & magistri præfati necessarias, & vtiles esse cognouerint, pro huiusmodi plateis de nouo ordinandis, & antiquis reformatiis, & ampliandis, pro iusto & rationabili pretio ut premititur imponendo, & similiter ad vendendum domos huiusmodi per eos inhabitari minime solitas, sed locari quas vtiles, & necessarias esse putauerint: pro palatiis, domibus seu aliis edificiis tam profanis quam Ecclesiasticis in eadem Vrbe de nouo construendis, seu iam constructis ampliandis, personis habentibus iuxta illas domum, seu solum, aut locum alium, & volentibus inibi de nouo domos vel Palatia construere, seu iam constructa ampliare pro iusto & rationabili pretio ut prefertur taxando, & inter duos seu plures sic edificare seu ampliare volentes, & pro huiusmodi venditione eis fienda ad effectum præmissum, instantes, illaque eis fieri petentes, ille preferatur, cui domus, platea, seu locus, de cuius venditione ageretur, magis adiaceret, seu qui illo magis indigeret, & ex cuius edificio plus decori eiusdem Vrbis consuli speraretur, & si in omnibus paritas foret, liceat Camerario, & magistris præfatis venditionem huiusmodi pro parte vni, & pro parte alteri fieri mandare, aut eorum alteri, pro ut eis videbitur; & in singulis casibus prædictis, in quibus volumus quod Camerarius & Magistri præfati compellere possint aliquos ad vendendum, si illi ad quos pertinerent moniti & requisiti per Camerarium & magistros prædictos bis cum termino conuenienti eorum arbitrio moderando vendere recusauerint, aut malitiose distulerint, præfati Camerarius & magistri debeat vice & nomine illorum sic requisitorum, & recusantium vel differentium venditionem huiusmodi facere, cum prmissionibus, obligationibus, pœnis, renunciationibus, iuramento, patris & clausulis consuetis, & pretium inde proueniens recipere, & penes eadem sacram, aut fide & facultatibus idoneam personam deponere, dominis domus, seu alterius loci sic per eos pro tempore venditi, si venditionem ipsam ratam habere,

habere, & fideiussores de euictione præstare voluerint, & non aliis consignandum, habeantque venditiones ipsæ quas sic per Camerarium & magistros fieri contingeret, & traditiones locorum & domorum sic venditorum plenam roboris firmitatem, ac si per illos ad quos domus ipse tunc pertinebunt fierent, & eosdem penitus & omnino operentur effectus, quos operarentur si fierent ab eisdem. Prouideant autem Camerarius & magistri præfati in casibus prædictis in quibus statuimus aliquos compelli debere ad vendendum proponentibus noua ædificia construere, seu iam constructa ampliare velle: vt tales sic proponentes ante omnia se obligent ad inchoandum & perficiendum huiusmodi noua ædificia modis & formis, ac infra tempus & sub pœnis de quibus ipsi Camerario & Magistris personarum & ædificiorum qualitate inspecta, videbitur, & ab illis qui sic se obligauerint & præmissa non adimpleuerint, pœnas exigant memoratas, & nihilominus eos compellant ad obseruandum promissa per eos vel quas prius habitabant, & etiam propterea eis venditas domos aliis ædificare volentibus vendendum pro iusto & rationabili pretio, vt præfertur moderando. Et quia interdum contingit, quod habentes domos siue domorum sedimina, claustra seu loca in eadem Vrbe, & illa vendere volentes, variis plerumque modis & occasionibus illa vendere recusant habentibus domos, sedimina, claustra & loca vicina illisque vendere nolunt, & nonnumquam illa vendunt æmulis eorumdem vicinorum, seu personis eis parum gratis, quo sit vt ipsi domorum, claustrorum, & sediminum seu aliorum locorum vicinorum domini illa emere volentes & habere nequeunt retrahantur persepe ab ædificando de nouo in eorum sedimini bus, & locis vicinis, ac ampliando domos quas inibi habent, sive de cori eiusdem Vrbis aut saltem ipsorum vicinorum commoditatí non parum detrahitur: Volentes super hæc æqua ordinatione prouidere, Motu, scientia & auctoritate prædictis etiam statuimus & ordinamus, quod præfati sic vendere volentes teneantur & debeat domos, sedimina, claustra, plateolas & loca venalia huiusmodi vendere habentibus domos, sedimina, claustra & loca alia illis contigua pro iusto, & rationabili pretio per alios evidenter & non siue forsitan oblate, & si illa aliis quam vicinis præfatis venderent, venditiones ipsæ quo ad illos qui emerent & eorum commodum nullius sint roboris vel momenti, & habeantur pro infectis, & perinde ac si per illum ex vicinis cui venditio ipsa præsentis constitutio nis vigore fieri debebat facta foret, debeat Camerarius & magistri præfati ementem à possessione domus, sediminis, claustri, plateolæ seu alterius loci sic empti absque vlla tela iudicij vicino instante & pretium rationabile offerente, & dicto emptori si illud recipere & emptioni per eum facta renunciare, & ipsum vicinum, iuxta Camerarij & magistrorum prædictorum ordinationem, cautum facere noluerint, persoluendum de ponente amouere, & ipsum vicinum in illius possessionem inducere: et si forsitan duo essent vicini quibus domus, claustrum, sedimen, plateola seu alius locus de cuius venditione ageretur, vtilitatem, & commoditatem afferre posset, ille ex eis præferri debeat in præmissis quem Camerarius Kk & ma-

& magistri præfati consideratis circumstantiis vniuersis venali domo , sedimine , claustro , solo , plateola seu loco alio magis indigere declarauerint : & si æqualiter indigerent , & pro parte vni & pro parte alteri possit exinde commoditas prouenire , utrique proportionabiliter concedatur : si vero facta illius diuisione portiones vtriusque fere inutiles essent , non diuidatur , sed Camerarius & magistri alterum eorumdem vicinorum quem voluerint præferri faciant in præmissis . Et vt ea quæ supra statuta sunt votuum fortiantur effectum , in præmissis omnibus & singulis Camerario in Ecclesiasticas , & ei ac magistris præfatis in alias personas facultatem & potestate concedimus , ita quod idem Camerarius per censuram Ecclesiasticam , & ipse ac magistri præfati per pœnarum & mulctarum exactiōnem ac personalem distractionem , & alia iuri remedia contradictores quoslibet & rebelles compellere valeant ad præmissa . Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis , ac municipalibus statutis Vrbis , confirmatione Apostolica vel quavis firmitate alia vallatis , exemptionibusque ac indultis , priuilegiis , & litteris Apostolicis , necnon interdictis personis Ecclesiasticis bonorum immobilia alienationibus , & præstitis per eos desuper iuramentis , à quibus eas absoluimus , contrariis qui- buscumque , seu si aliquibus communiter vel diuīsim à sede præfata indultum existat quod interdici , suspendi vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem . Volumus autem quod pretia domorum & aliorum bonorum immobilia ad Ecclesiastas , Monasteria & pia loca huiusmodi pertinentium , quæ vendi continget in posterum vigore præsentium penes ædem sacram , aut fide , & facultatibus idoneam personam cum recognitionibus , obligationibus & cautelis etiam in talibus adhiberi solitis deponatur , & in emptionem aliorum bonorum immobilia pro eisdem Ecclesiastis , Monasteriis & piis locis omnino conuertantur , quodque dilecti filii Cameræ eiusdem Vrbis Conseruatores præsentes nostras litteras in registro priuilegiorum & aliarum scripturarum eiusdem Vrbis in eorumdem archiuio conseruari solito registra- ri , & illarum tenores in locis publicis & consuetis eiusdem Vrbis sono tubæ præmisso vulgari fermone publicari , ac præsentes in valuis Capitoli triduo iuri horis , & alibi prout Camerario & Magistris præfatis visum fuerit , affigi faciant , vt omnibus omni tempore facilius innotescant . Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum stutti , ordinationis , concessionis , ab solutionis & voluntatis infringere , vel ei ausu temerario contraire . Si quis autem hoc attentare præsumperit , indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri , & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum . Datum Romæ apud sanctum Petrum : Anno incarnationis Dominicæ , Millesimo quadrigen- tesimo Octuagesimo , Pridie Kal. Iulij , Pontificatus Nostri Anno Nono .

LITTERÆ

LITTERÆ LEONIS PAPÆ DECIMI
facultatis Testandi de rebus ædificatis , seu etiam
emptis in Vrbe , etiam in fauorem incapa-
cium , necnon & luris congrui .



EO Episcopus seruus seruorum Dei , Ad perpetuam rei me-
moriā . Inter curas multiplices , quæ pro Pastorali officio
laudabiliter exequendo nobis incumbunt , illam libenter am-
plēctimur , per quam Romanæ Vrbis , in qua Apostolorum
Princeps sibi & suis in Christi Vicariatu successoribus Se-
dem statuit , & ad quam de vniuersis orbis Provinciis frequēs
assiduusque hominum est accessus conditio , non minus in
Vrbanorum rusticorumque prædiorum amplitudine , & excellentia quā viro-
rum insignium numero , ac etiam ornatu nostræ prouisionis opere præclarior in
dies atque illustrior fiat , & qui in ea pro tempore degerint , aut Romani Ponti-
ficiis Curiam sequentur certiore in suorum dispositione bonorum libertate
fruantur , & quæ propterea à nonnullis ex prædecessoribus nostris prouida con-
sideratione emanarunt , vt ed firmius illibata permaneant quod fuerint crebrius
Apostolico circumfulta præsidio , nostræ approbationis munimine roboramus ,
extendimusque & ampliamus , prout temporum ratione habita nostra & eius-
dem Vrbis , ac Curiæ decori cognoscimus expedire . Dudum siquidem fœ-
licis recordationis Sixtus Papa Quartus prædecessor noster cupiens dictę Vrbis
decori , & venustati in structuris & edificiis ac virorum copia nobilium quibus
Vrbs ipsa ob varios sinistros euentus plurimum diminuta fuerat , opportune
consulere , habita super hoc cum tunc Sancte Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus
deliberatione matura , de illorum consilio & assensu , & de ipsius prædecessoris
certa scientia , per quasdam primo quod omnes & singuli tam sui Curiales di-
ctam Curiam sequentes , quā alij cuiuscumque dignitatis , status , gradus , or-
dinis , præminentie vel conditionis existerent , etiam si Cardinalatus honore
aut Patriarchali , Archiepiscopali , Episcopali , Abbatiali vel quavis alia Eccle-
siastica aut mundana dignitate fulgerent , & si regulares forent administratio-
nem aut dignitatem obtinerent , qui palatia , domos , casalia sive alia edificia Vr-
bana vel Rustica ædificauerant , aut edificarent , seu fundari & edificari fece-
rant vel facerent in futurum , aut edificata & construēta emerant seu emerent ,
vel illa , aut census annuos , iura , & quævis immobilia bona in Vrbe vel extra aut
prope eam ad milliaria decem alio quouis iusto titulo tam ex bonis & pecu-
niis propriis quā ex fructuum , reddituum & prouentuum Ecclesiasticorum be-
neficiorum ad eos spectantiū proueniētibus acquisuerat eatenus vel acquireret
in posterū de eisdē casalibus , domibus , palatiis , edificiis , cēsibus , iuribus , necnon
territoriis , feudiis iurisdictionibus & bonis aliis quibuslibet dūmodo ad Ecclæ-
sias , Monasteria & alia pia loca aliter q̄ ex fructibus eorū , vt præfertur , de qui-
bus licere voluit eis p̄ voto disponere , nō pertineret , in vita ipsorū & mortis ar-
ticulo p̄ put eis videret disponere , testari , codicillari , eaq ; legare seu inter viuos
Kk 2 &

& causa mortis aut pro remunerazione laborum vel obsequiorum eis impensorum donare & relinquere quibusvis personis cuiuscumque status vel conditionis forent, etiam si alias legatarij, donatarij, vniuersales aut particulares hæredes, successores & personæ alias ad quas ex dominorum voluntate illa peruenirent, filij, nepotes, consanguinei, affines, familiares vel alij etiam incapaces & inhabiles essent, & inhabilitate vel incapacitate quacumque notati, dummodo criminis læsa Maiestatis rei aut dictæ Romanæ Ecclesiæ hostes non essent, ac etiā in pios & alios quoscumque vsus conuertere libere, & licite possent: Et si ipsas Ecclesiasticas aut dignitatem seu administrationem habentes regulares personas de bonis predictis per eas aliter non disposito decedere contingeret, palatia, domos, casalia, & alia ipsorum bona in Vrbe vel infra millaria huiusmodi consistentia ad proximiores suos etiam si agnati, cognati, & minus capaces vel inhabiles forent, vt præfertur, salua tamen gradus prærogativa iuxta dispositionem iuris si aliter de ipsorum decedentium voluntate non constaret deuenirent, ipsique proximiores sive agnati vel cognati in eis succedere possent, & deberent in omnibus & per omnia, perinde ac si descendentes filij, nepotes, agnati & cognati, habiles capaces & hæredes scripti existarent, ac palatia, domos, casalia & reliqua bona ex ipsorum labore vel industria, non autem ex fructibus redditibus & prouentibus Ecclesiasticis acquisita forent, statuit & ordinauit, eisque facultatem, & potestate testandi, codicillandi, legandi, concedendi, donandi, erogandi: proximioribus vero, necnon agnatis, & cognatis predictis, etiam incapacibus, & defectum natalium patientibus, in eis vt præfertur succedendi liberam licentiam concessit; Inhibuitque Camera Apostolica Clericis & aliis suis ac Curię & Vtbis predicatorum officialibus, necnon Ecclesiarū, Monasteriorum, & aliorum Ecclesiasticorum locorum Prelatis, Capitulis, Conuentibus, Prioribus, Præpositis, Plebanis, Rectoribus, aliisque quocumque nomine nuncuparentur, ne de bonis per eosdem vt præmittitur relictis legatis dominatis seu quoismodo in dicta Vrbe vel extra infra spaciū huiusmodi demissis se intromittere, aut illa petere, vendicare, seu hæredes & successores decedentium personarum, earumdem illorum occasione inquietare aut molestare quoquomodo præsumerent: ac decreuit irritum & inane quicquid secus super iis per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attentari: & deinde per alias suas litteras, Motu proprio & ex certa sua scientia, ac de Apostolice potestatis plenitudine etiam perpetuo statuit, & ordinauit, quod tunc & pro tempore existentes dictæ Romanæ Ecclesiæ Camerarius & Magistri ædificiorum & stratarum dictæ Vrbis, ad requisitionem dominorum quoruncumque domorum quarum porticus professilia seu alia edificia pro viis seu plateis & alijs locis publicis eiusdem Vrbis eatenus diruta fuerāt, ac dirui contigeret quandcumque de mandato Magistrorum eorumdem, si domini predicti in dominibus ipsis inhabitare soliti erant ante demolitionem eamdem & tempore demolitionis huiusmodi factæ, & quam fieri contigeret in futurum absque dolo & fraude inhabitabant & in posterum inhabitarent, & propter huiusmodi demolitionem iam factam, & quæ fieret, domus ipse effectæ essent vel efficerentur in posterum pro eorumdem dominorum ipsorum commodare receptione & inhabitatione incapaces, essentque iuxta eas aliquæ dominus

per

per earum dominos minime inhabitari solite, sed pro earum annua responsione vel alias locari consuetæ, ex quarum coniunctione cum domo huiusmodi sic incommoda effecta domino domus sic incommodæ effectæ aduersus incommoditatem huiusmodi subuenire valeret, tenerentur compellere illos ad quos dominus ipsas sic vicinas legitime pertinere eis constaret, etiam, si ad Ecclesiæ & Monasteria tam virorum quam mulierum ordinum quoruncumque etiam exemptorum, necnon beneficia Ecclesiastica, Hospitalia, ac loca pia pertinereret, ad vendendum easdem domos vicinas eis quas sic incommodas effectas esse cognoscerent pro pretio per duos probos, & expertos viros per utramque partem eligendos determinando, & declarando: si vero ij duo concordes in eodem assignando pretio non essent, eo casu ipsi Camerarius & Magistri ædificiorum, habito ipsorum duorum iudicio, pretia eadem imponerent, & assignarent: & si forsan contigeret ex demolitione huiusmodi duas domos sic per earum dominos inhabitatas incommodas modo præmisso effici, & inter eas esse aliam domum per illius dominum locari solitam, quam quilibet dominorum vicinorum domorum prædictarum incommoditatibus subiacentium, & ad receptionem ipsorum non sufficientium sibi vendi & suæ domui incorporari postularet, deberent Camerarius & Magistri præfati illi ex eis sic petentibus venditionem huiusmodi fieri maudare, quem magis indigere domo vendenda existimarent: & si ea forsan uterque æqualiter indigeret, partem vni, & partem alteri, si commode diuidi posset, vendi facerent, aut aliter desuper prouiderent prout eis expedire videretur. Et si neutram domorum vicinarum, quæ sic inutiles iam effectæ forent ex demolitione prædicta vel efficerentur in futurum, earum domini habitarent, sed eas locare soliti essent; liceret etiam tunc Camerario & Magistris præfatis, si id peteretur per alterum dominorum domorum eamdem, dominum domus minus læsa ad instantiam domini domus magis læsa ad emendum domum magis læsam aut suam domino domus magis læsa vendendum compellere, seu alias prout eis videretur prouidere, quod ambae dominus ipsæ inutiles & inhabitabiles non remanerent: & similiter prout eis videatur prouiderent quotiens dominus ipsæ sic vicinæ & locari solite æqualiter læsa & incommodæ effectæ, forent: Et ne ob proteriam & duritiam dominorum domorum, sine quarum demolitione plateæ in eadem Vrbe necessariæ & utiles ad illius decorum de novo ordinari, vel iam ordinatae ampliari, & noua Palatia noueque domus construi seu iam constructæ ampliari commode nequirent, platerum earumdem ordinatio & ampliatio, ac palatiorum & domorum de novo constructio seu reformatio retardentur, possent atque deberent iidem Camerarius & Magistri dominos domorum quarumlibet locari, non autem per ipsos met dominos inhabitari solitarum Ecclesiasticos & Sæculares quacumque dignitate fungentes cogere ad vendendum pro iusto & rationabili pretio, vt præmittitur statuendo, Conseruatoribus, seu Syndicis eiusdem Vrbis, domos quas pro huiusmodi plateis de novo ordinandis, vel antiquis reformandis, & ampliandis necessarias & utiles esse cognoscerent, idemque facerent circa alias domos per earum dominos inhabitari minime solitas, sed locari, quas utiles & necessarias esse putarent pro palatiis, dominibus, seu alijs edificiis tam profanis quam Ecclesiasticis, in eadem Vrbe de novo construendis seu iam construendis.

Etis ampliandis, ad instantiam personarum habentium iuxta illas domum, seu solum, aut locum alium, & volentium inibi de nouo domos vel Palatia construere, seu iam constructa ampliare: & si duo seu plures in huiusmodi instantia concurrerent, ille ceteris præferretur, cui domus, platea, seu locus de cuius venditione ageretur magis adiaceret, seu qui illo magis indigeret, & ex cuius ædificio, plus decori eiusdem Vrbis consuli speraretur: & si in omnibus paritas foret, liceret Camerario & Magistris præfatis venditionem huiusmodi pro parte alteri, aut vni ex eis in totum fieri mandare prout eis videretur: Et voluit dictus prædecessor quod in singulis casibus prædictis, si illi ad quos domus, & alia loca vendenda huiusmodi pertinarent, & moniti & requisiti per Camerarium, & Magistros prædictos bis cum termino conuenienti eorum arbitrio moderando uendere recusarent, aut malitiose different, Camerarius, & Magistri præfati deberent vice, & nomine illorum sic requisitorum, & vendere recusantium vel differentium venditionem huiusmodi facere, cum promissione, obligatione, pœnis, renunciationibus, iuramento, pactis, & cautelis consuetis, & pretium inde proueniens recipere, & penes ædificiū sacram, aut fide, & facultibus idoneam personam deponere, dominis domus aut alterius loci sic per eos pro tempore venditi, si venditionē ipsam ratā habere, & fideiussores de euictione præstare vellē, & non aliās consignandū, haberentq. vēditiones ipse, quas sic per Camerariū, & Magistros fieri contingeret, & traditiones locorū, & domorū sic vēditorum plenam roboris firmitatē & eosdē omnino operarētur effectus, ac si per illos ad quos illa tunc pertinebant facta fuissent. Prouiderent quoq. iidē Camerarius, & Magistri, in casibus in quibus aliquos compelli contingeret ad vendendum proponentibus noua ædificia construere, seu iam cōstructa ampliare velle, vt ipsi talia proponentes, ante omnia se obligarent ad inchoandum, & perficiendum huiusmodi noua ædificia modis, & formis, ac infra tempus, & sub pœnis, de quibus Camerario, & Magistris, personarum, & ædificiorum qualitate inspecta, videretur, & ab illis qui sic se obligassent, & præmissa non adimplerent, pœnas exigerent memoratas: & nihilominus eos compelleret ad obseruandum promissa per eos, vel quas prius habitarent, & etiam propterea eis venditas domos aliis ædificare volentibus vendendum pro iusto, & rationabili pretio vt præfertur moderando. Et quia interdum contingebat quod habentes domos, siue domorum sedimina, claustra seu loca in eadem Vrbe, & illa vendere volentes, variis plerūq. modis & occaſionibus illa vendere recusabant habentibus domos, sedimina, claustra, & loca illis vicina, & nonnunquam illa vendebant æmulis eorumdē, vicinorum, seu personis ei parum gratis, quo siebat ut ipsi domorum, claustrorum, & sedimini, seu aliorum locorum vicinorū domini illa emere volentes, & habere nequeunters retraherentur persæpe ab edificatione de nouo in eorum sediminibus, & locis vicinis, ac ab ampliandis domibus, quas inibi habebant, sive decori eiusdē Vrbis, aut saltem ipsorum vicinorum commoditatē non parum detrahebatur; Etiam statuit, & ordinavit idem prædecessor quod præfati sic vendere volentes, tenerentur domos, sedimina, claustra, plateas, & loca venalia huiusmodi vendere habētibus domos, sedimina, claustra, & loca alia illis contigua pro iusto, & rationabili pretio per alios evidententer, & non sicut forsitan oblato, & si illa aliis quam vicinis prefatis venderent, venditiones

illæ

illæ quo ad alios qui ea emerent, & eorum commodum, nullius essent roboris, vel momenti, & haberentur pro infētis, & deberent Camerarius, & Magistri præfati ementem à possessione domus, sedimini, claustrum, plateolæ seu alterius loci sic empti, absq. vlla tela iudicij, vicino instanti, & pretium rationabile offrenti, & dicto emptori si illud recipere, & exemptioni per eum facta renunciare, & ipsum vicinum iuxta Camerarij & Magistrorum prædictorum ordinationē cātum facere vellet persoluendum deponente, amouere, & ipsum vicinum in illius possessionem inducere, perinde ac si emptio ab ipso facta fuisset, & si forsan duo essent vicini, quibus domus, claustrum, sedime, plateola, seu alius locus de cuius venditione, ageretur, vtilitatē & cōmoditatē ferre posset, ille ex eis præferri deberet in prēmissis quē Camerarius, & Magistri præfati cōsideratis circūstantiis uniuersis venali domo, sedimine, claustro, solo, plateola seu loco alio magis indigere declararent: & si æqualiter indigerent, & pro parte vni, & pro parte alteri posset exinde commoditas prouenire, vtique proportionabiliter concedetur: si vero facta illius diuisione portiones vtriusq. fere inutiles essent, non dīvidetur, sed Camerarius, & Magistri alterum eorumdem vicinorum quē ve- lent, illam vel illud assignarent, Camerario in Ecclesiasticas, & eo ac Magistris præfatis in a'ias personas cum facultate, & potestate videlicet Camerario per censuram Ecclesiasticā, & ipso ac Magistris præfatis per pœnarum, & mulctarum exactionem ac personalem districcionem, & alia iuris remedia, contradictores quoilibet, & rebelles compescendi, Executoribus desuper deputatis prout singulis litteris prædictis plenius continetur. Et successiue piæ memoriae Iulius Papa II. etiam prædecessor noster motu, & scientia similibus, dictas prioris litteras cum inhibitionibus ac singulis aliis in eis contentis clausulis approbavit & confirmavit, ac perpetuo firmitatis robur obtinere, & obseruari debeare decrevit, voluit, & mandauit. Nos igitur considerantes quantum decoris, & dignitatis Vrbi, & Curiæ supradictis, & in ædificiorum, & prædiorum ampliatione, & salubrioris aeris amoenitate, & hominum in omni virtutum, & dignitati genere illustrium copia, & cultu, à tempore quo dictæ litteræ emanarunt, acceſſit, & quod pro conseruatione, & in melius progressu Curię, & Vrbis prædictarū status necessaria est perpetua, & inuiolabilis dictarū vſus, & obseruantia litterarum, earumq. in aliquibus quæ ipsarum etiam in suburbis, & aliis locis dictæ Vrbi vt præmittitur circumuincinis effectum paſſim impedire noscuntur extensio, & ampliatio, cupientesq. in præmissis pro virili nostra opportunitū adhibere remediū, motu simili non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiā, sed de nostra mera & matura deliberatione ac certa sciētia auctoritate Apost. tenore præsentū omnes, & singulas litteras prædictas cū omnibus in eis contentis clausulis approbamus, & innouamus, & præsentis scripti patrocinio cōmunicimus. Decernentes eas in singulis ipsarū partibus etiā in quibus forte haec tenus in vsum receptæ non sint, debere ab omnibus perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obseruari: Et nihilominus dictorum prædecessorum inhærendo vestigiis cupientes ipsorum ciuium, & Curialium, & aliorū ædificare volentium cōmoditatibus prouidere, vt quantocitius vrbis ipsa ac prædia nostris præsertim temporibus, ædificiis ac prædiis instauretur, considerātes quod in eadem, & eius districtu sunt multæ domus, & loca sub proprietate diuersarum

rum Basilicarum, & Ecclesiarum quām Hospitalium, & aliorum quorumcumque piorum locorum, in casum in quem domini quibus in censum aut emphyteusim seu aliās quomodolibet loca aut domus concessa sunt in illis ædificare vellent, vel cum aliis ad hunc effectum tantum prout melius poterunt concordare; iuxta seriem, & tenorem litterarum recolendæ memorie Alexandri Papæ VI. etiam prædecessoris nostri super Via Alexandrina emanatarum, quas cum omnibus illarum inhibitionibus decretis clausulis, & mandatis approbamus, & innouamus, ac ad quæcumque Vrbis, & prædiorum loca ad hunc effectum extendimus, & ampliamus, Earundem tamen Basilicarum Ecclesiarum, & aliorum quorumcumque etiam piorum locorum non solum indemnati, sed vtilitati prouidere volentes prout per presentes prouidemus. Et vt dicti domini vel alij ad ædificandum facilius, & libentius inducantur, volumus & decernimus quod si census vel responsio, & pensio annua erit in emphyteusim perpetuam, aut censum perpetuum alicuius familiae, quod tali casu liceat illis de familia tantumdem censum siue similem responsionem in aliam domum siue domos vel possessionem aut quæcumque alia bona stabilia ad dictum censum vel responsionem conuenientia transferre, & permutare, aucta tamen decima parte; Quod etiam volumus, & decernimus de domibus, & locis tam intra quām extra ipsam Vrbem infra milliaria prædicta huiusmodi consistentibus, & cæteris bonis dictarum Basilicarum Ecclesiarum, & aliorum etiam piorum locorum diuersis Inquilihis pro annua responsione vel aliter etiam ad plures annos quibusvis locatarii locari seu ad plures vitas, aut cum facultate denominandi vnā vel plures personas concedere solitis seu concessis aut in futurum concedendis, quo possint in illis ædificare seu illa quoquomodo ampliare volentes dare, & confignare dictis dominis, & proprietariis alias domos seu possessiones vel quæcumque alia bona stabilia tantumdem diuersis Inquilihis pro annua pensione cum augmentatione tamen decimæ seu maioris partis arbitrio Camerarij, & Magistrorum stratarum quod huiusmodi honestum visum fuerit, ac aliās, seu illarum, & illorum pretia cum dicto augmentatione iuxta formam, & tenorem dictarum litterarum Alexandri, & pecunias inde prouenientes in alias possessiones, & bona vel necessitates ipsarum Ecclesiarum, prout in dictis litteris latius continetur, conuertere: quod si quis id efficere recusabit, possint Camerarius, & Magistri præfati iuxta facultates in dictis litteris Sixti, & Alexandri concessas cogere quæcumque Capitula, Conuentus, Hospitalia, & alia quævis etiam pia loca ad faciendum dictam permutationem cum augmentatione dictæ decimæ partis. Et si inter duos aut plures ædificare volentes lis aut controuersia oriri contingat, volumus, & decernimus quod præuentio habeat locum, quod qui prius negotium incepit, & dictos dominos proprietarios primus interpellauerit, ille sit potior, nec ab aliquo postea molestari: vel quoquomodo impediri possit, & valeat: quinimmo ex nunc sit illi ius quæsumum. Et tamen ad tollendum scandala seu controuersias, quæ exinde oriri contingeret, ne quis postea dolose, & fraudulenter ob proteruiam aliquorum, & iniuidiam seu ipsorum comodum plerunque fieri posset, etiam si plus offerrent, & aliis ut præmititur effet impedimentum, volumus, & decernimus quod permutatio huiusmodi cum augmentatione decimæ partis & ultra, prout arbitratum fuerit ut præfertur censeatur,

tur, & sit in euidentem vtilitatem: & ne ob huiusmodi interpellationē, dominis, & proprietarij prædicti aliqua dama seu incommoda patiantur, quod liceat ipsiis easdem suas domos, loca, & bona retinere, donec sit illis cum effectu assignata dicta recompensa cum augmentatione huiusmodi: Et quoniam, sicut accepimus, nonnulli ad habitandum domos quibus illarum vicinos pro ornatu, & ampliatione prædictis indigere conspiciunt, de nouo se conferunt, vel illas instaurari aut refici faciunt, vt quod eis directe non licet, hac saltem via obliqua dictæ Vrbis decori, & vtilitati obuient, uel illa augere desiderantes ad domos ipsas longe plus iusto pretio emendum necessitate compellant, auctoritate & tenore premis declaramus omnes, & singulos qui postquam pro parte dictorum Magistrorum super domibus eorum per eos tunc non habitatis pro commoditate in illis, & apud illas ædificare volentium, ut præfertur vendendis, requisiti fuerint; domos vendendas huiusmodi de nouo habitare, aut instaurari vel refici, nō tamen à fundamentis facete incoepirent, ad illas vendendum, iuxta dictatum Sixti prædecessoris posteriorum litterarum tenorem, perinde ac si ad eas sic de nouo habitandum se non contulissent, illasve instaurari aut refici facere nō incœpissent, per Camerarium, & Magistros præfatos cogi, & compelli posse atq. debere tam in præteritis quām in futuris: ac volumus ea omnia quæ per Sixtum prædecessorem præfatum super vditionibus, & diuisionibus domorum, arearum siue planitarum intra Vrbem consistentium in fauorem personarum de nouo ædificare, aut constructa ædificia & predia ampliare volentium, ab inuitis dominis seu etiam eorum nomine faci endis prouide sunt disposita, etiam extra Vrbem in locis ultra prædicta milliaria non distatibus, in quibus ab aliquot citra annis multa & speciosa viridaria, vineæ, & alia non minus pulchra, quām usui humano vtilia, & necessaria, secessus, & ædificia surgere incoepirunt, vicem fibi vendicare, & effectum fortiri debere, vbi, & quotiens eisdem Camerario, & Magistris videbitur vtilitati vel ornatui publico expedire. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac quibusvis facultatum, & licentiarum testandi, & aliās disponendi inter viuos, vel in ultima voluntate de bonis, & rebus per ecclesiasticas & alia Ecclesiasticas, & pia loca, illorumve fructus redditus, & prouentus pro tempore acquisitis personis Ecclesiasticis secularibus per sedem Apostolicā quomodolibet concessarum reuocationibus, reductionibus, modificationibus, suspētionibus, & aliis contrariis dispositionibus, etiam per viam perpetuæ Constitutionis ex quibusvis etiam in fidei aut terræ sanctæ contra infideles, & fabricæ dictæ Basilicæ subsidium, aut aliis quantumlibet maximis, & vrgétissimis ac necessariis causis, etiam motu & scientia, ac potestatis plenitudine similibus, & de dictorum Cardinalium cōfilio etiam Consistorialiter habito, & cum aliis quibuscumq. etiā derogatoriarum derogatoriis, & talibus clausulis irritantibus declarationibus, restitutionibus, reintegrationibus & decretis, quod illis nō possit modo aliquo derogari, per præfatos, & quoscunq. alios Rom. Pontifices similiter prædecessores nostros, ac nos, & sedem prædictam factis, & faciendis, quibus omnibus, illorum tenores ac si de uerbo ad verbum infererentur præsentibus pro sufficenter expressis habentes, harum serie motu, scietia, & potestatis plenitudine supradictis specialiter, & expresse derogamus, & ad præsentium, & dictarum Sixti, Alexandri, Iulij, & aliorum prædecessorum litterarum, & con-

tentorum omnium in eis obseruationem nos, successoresq. nostros æque, & absque villa differētia teneri, ac si ea solemini dilectorum filiorum Pauli Colæ Ioannis, & Francisci de Veteranis, ac Iuliani de Lotis Conservatorum Cameræ, & Antonij de Zocchulis Prioris Capitum Regionum dictæ Vrbis, ac Marci Antonij de Alteriis, & Iacobi de Fraijapanibus Magistrorum ædificiorum, & viarum dictæ Vrbis, pro dilectis filiis Populo Romano, & ipsius nomine stipulatione desuper præcedente, nos, & successores nostri præfati eidem Populo concessimus, & cum eis super his omnibus & singulis extrafissimus decernimus, & declaramus, cæterisq. contrariis quibuscumque. Et quia difficulte forsan foret præsentium litterarum notitiam ad quascunq. personas deuenire, eadem Apostolica auctoritate volumus & decernimus, quod transumptis præsentium litterarum, etiam per impressionem factis, subscriptione, & sigillo dilectorū filiorum Conservatorum Cameræ Almæ Vrbis nostræ munitis eadem fides vbi cumque adhibetur, quæ ipsis originalibus litteris quibuscumq. in locis adhiberetur si forent exhibitæ vel ostense. Nulli ergo omnino hominum liceat hæc paginam nostræ approbationis, innovationis, communionis, decreti, extensionis, ampliationis, prouisionis, voluntatis, declarationis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotens Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se non merint incursum. Datum Romæ Apud sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo decimo sexto. Quarto Non. Nouembri, Pontificatus Nostri Anno Quarto.

R. Ep̄s Ostien. Cardinalis S. Georgij Camerarius.
P. Cardinalis S. Eusebij.
Vifa A. Cardinalis S. Praxedis.

LITTERÆ S. D. N. D. P II PAPÆ
Quarti, Confirmationis iurisdictionis, & facultatum
DD. Magistrorum Viarum, cum pluribus alia-
rum Litterarum declarationibus, ac
ampliationibus, ad utilitatem,
& decorem Almæ Vrbis.

DIVIS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriā. Inter multiplices curas, quæ mentem nostram undeque sollicitant, illi summa ope iampridem incumbendum nobis esse statuimus, ut Almam Vrbem nostram perpetuam Vicarij Christi, spiritualisq. Imperij Sedem longe fœlicioribus quam priscum illud temporale partum fuerat, auspiciis stabilitam, communemque totius Christiani Populi Patriam, sicut bonis moribus, omniq. virtutum genere perornatā, ita templorum, & aliarum tam Sacrarum,

&

& publicarum, q̄ priuatatum ædium, platearum, & viarū pulchritudine, Necnon murorum, propugnaculorumq. firmitate decoratam, ac etiam pomeriis suis longe lateque prolatis insigniter ampliatam, cum Dominus huic nostræ peregrinationi modum duxerit imponendum, relinquamus: & vt hæc votis nostris respondent, eorum curam, solicitudinemque egregiorum Ciuium prudentiæ libenter committimus, qui sciant, velint, & valeant id muneres, & diligenter amplexari, & fideliter exercere. Dudum siquidem fœlicis recordationis Sixtus Papa IIII. prædecessor noster, cupiens ipsius Vrbis decori, & venustati in suis structuris, & ædificiis, ac ampliationi, & dilatationi consulere, Motu proprio, & ex certa scientia sua, ac de Apostolicæ potestatis plenitude perpetuo statuit, & ordinavit: quod pro tempore existentes S.R.E. Camerarius, & Magistri ædificiorum, & Stratarum Vrbis, ad requisitionem dominorum quorumcumque domorum, quarum porticus, procellia, seu alia ædificia pro viis, seu plateis, & aliis locis publicis eiusdem Vrbis eatenus diruta fuerant, ac dirui contigeret: Et quandcumque de mandato Magistrorum eorumdem, si domini predicti domos ipsas inhabitare soliti erant ante demolitionem, & tempore demolitionis huiusmodi factæ, & quam fieri contigeret in futurum, absque dolo & fraude inhabitabant, & in posterum inhabarent: & propter demolitionem huiusmodi iam factam, & quæ fieret domus effectæ essent, vel in posterum efficerent pro eorumdem dominorum commoda receptione, & inhabitatione incapaces, essentque iuxta eas aliquæ domus per earum dominos minime inhabitari, sed pro earum annua responsione, vel alijs locari solitæ, ex quarum coniunctione cum incapacit effecta domo huiusmodi domino illius aduersus incommoditatem huiusmodi subveniri posset, tencrentur compellere dictarum domorum vicinarum dominos, etiam si ad Ecclesiæ, & monasteria tam virorum, quam mulierum, ordinum quorumcumque, etiam exemptorum, Necnon Beneficia Ecclesiastica, Hospitalia, & alia pia loca pertinerent, ad eas vendendum dominis truncatarum domorum, pro pretio per duos probos, & expertos viros per vtramque partem eligendos determinando, & declarando. Si vero hi duo concordes in eodem pretio assignando non essent, eo casu ipsi Camerarius, & Magistri, habito ipsorum dominorum iudicio, pretium imponerent, & assignarent. Et si forsan contigeret ex demolitione huiusmodi duas domos, sic per earum dominos inhabitatas, incommodas modo premisso effici & inter eas aliam adesse domum locari solitam, quam vterque dominus dictarum duorum domorum demolitionem passarum, & incapaciū effectuarum sibi vendi, & suę domui incorporari postularet: deberent Camerarius, & Magistri præfati illi ex eis venditionem huiusmodi fieri mandare, quem magis indigere domo vendenda existimarent. Et si ea forsan vterque æqualiter indigeret, partem vni, & partem alteri, si commode diuidi posset, vendi facerent, aut alijs desuper prouiderent, prout eis expedire videretur. Et si domos imminutas huiusmodi domini sui non habitarent, sed eas locare soliti essent, liceret etiam tunc Camerario, & Magistris præfatis, si id peteretur per alterum dominorum domorum eorumdem, dominum domus minus læsæ, ad instantiam domini domus magis læsæ, ad emēdum domum magis læsam, aut suam domino

domus magis lœsæ, vendendum compellere, seu aliâs, prout eis videretur, prout uidere quod ambe domus ipsæ inutiles, & inhabitabiles non remanerent: & similiter, prout eis videretur, prouiderent quoties domus ipsæ sic vicinæ, & locari solitæ æqualiter lœsæ, & incommodæ effectæ forent. Et ne ob proteruiam, & duritiam dominorum domorum, sine quarum demolitione plateæ in eadem Vrbe necessaria, & vtiles, ad illius decorem de nouo ordinari, vel iam ordinatae ampliari, & noua Palatia, nouæque domus construi, seu iam constructæ ampliari commode nequicrent, Platearum earumdem ordinatio, & ampliatio, ac Pala-
tiorum, & domorum de nouo constructio, seu reformatio retardaretur: possent, atque deberent iidem Camerarius, & Magistri dominos domorum quarumlibet locari, non autem per ipsosmet dominos inhabitari solitarum, Ecclesiasticos, & seculares quacumque dignitate fungentes cogere ad vendendum pro iusto, & rationabili pretio, vt præmittitur statuendo, Conservatoribus, seu Syndicis eiusdem Vrbis domos, quas pro huiusmodi Plateis de nouo ordinandis, vel antiquis reformandis, & ampliandis necessarias, & vtiles esse cognoscerent: idemque facerent circa alias domos per earum dominos inhabitari minime, sed locari solitas, quas vtiles, & necessarias esse putarent pro Palatiis, domibus seu aliis ædificiis tam profanis, quam Ecclesiasticis, in eadem Vrbe de nouo construendis, seu iam constructis, ampliandis, ad instantiam personarum habentium iuxta illas domum, seu solum, aut alium locum, & volétiū ibi de nouo domos, vel Palatia construere, seu iam constructa ampliare. Et si duo, seu plures in huiusmodi instantia concurrerent, ille ceteris præferretur, cui domus, platea, seu locus, de cuius venditione ageretur, magis adiaceret, seu qui illo magis indigeret, & ex cuius ædificio plus decori eiusdem Vrbis consuli speraretur: & si in omnibus paritas foret, liceret Camerario, & Magistris prefatis, venditionem huiusmodi pro parte vni, & pro parte alteri, aut vni ex eis in totum fieri mandare, prout eis videretur. Volens quod in singulis casibus predictis, si illi, ad quos dominus, & alia loca vendenda huiusmodi pertinerent, bisque moniti, & requisiti per Camerariu, & Magistros prefatos cum termino conuenienti eorum arbitrio moderando vendere recusarent, aut malitiose different, Camerarius, & Magistri prefati, vice, & nomine illorum sic recusantium, vel differentium venditionem huiusmodi facere cum promissione, obligatione, pœnis, renunciationibus, iuramento, pactis, & cautelis consuetis, & pretium inde proueniens recipere, & penes ædem sacram, aut fide, & facultatibus idoneam personam deponere deberent, dominis domus, aut alterius loci sic per eos pro tempore venditi, si venditionem ipsam ratam habere, & fideiussores de cunctione præstare vellent, & non aliâs consignant. haberentque venditiones ipsæ, quas sic per Camerarium, & Magistros fieri contingere, & traditiones locorum, & domorum sic venditarum, plenam roboris firmitatem, & eosdem omnino operarentur effectus, ac si per illos, ad quos illa tunc pertinebant, facte fuissent. Prouiderent quoque iidem Camerarius, & Magistri, in casibus, in quibus aliquos compelli contingere ad vendendum proponentibus noua ædifica construere, seu iam constructa ampliare se velle, vt ipsi talia proponentes ante omnia se obligarent ad inchoandum, & perficiendum huiusmodi noua ædifica, modis & formis, ac infra tempus, & sub pœnis, de quibus ipsis Camerario, & Magistris personarum,

& edi-

& ædificiorum qualitate inspecta videretur: & ab illis, qui sic se obligassent, & præmissa non adimplerent, pœnas exigerent memoratas. Et nihilominus eos compellerent ad obseruandum promissa per eos, vel quas prius habitarent, & etiam propterea eis venditas domos aliis ædificare volentibus vendendum, pro iusto, & rationabili pretio, vt præfertur, moderando. Et quia interdum continebat, quod habentes domos, siue domorum sedimina, claustra, seu loca in eadē Vrbe, & illa vendere volentes variis plerumque modis, & occasionibus illa vendere recusabant habentibus domos, sedimina, claustra, & loca illis vicina, & nonnumquam illa vendebant æmulis eorumdem vicinorum, seu personis eis parum gratis, quod siebat, vt ipsi domorum, claustrorum, & sediminum, seu aliorum locorum vicinorum domini illa emere volentes, & habere nequeentes retrahentur persæpe ab ædificatione de nouo in eorum sediminibus, & locis vicinis, ac ab ampliandis domibus, quas inibi habebant: sicque decori eiusdem Vrbis, aut saltem ipsorum vicinorum commoditatí non parum detrahebatur. Statuit etiam, & ordinavit idem Sextus prædecessor, quod præfati sic vendere volentes, tenerentur domos, sedimina, claustra, plateolas, & loca alia illis contiguæ, pro iusto, & rationabili pretio, per alios evidenter, & non ficte forsan oblati: & si illa aliisquam vicinis præfatis venderent, venditiones illæ quoad alios, qui ea emerent, & eorum cominodum, nullius essent roboris, vel momenti, & habentur pro infectis: deberentque Camerarius, & Magistri præfati ementem à possessione domus, sediminis, claustri, plateolæ, seu alterius loci sic empti, absque villa tela iudicij, vicino instante, & pretium rationabile offerente, & dicto emptori, si illud recipere, & emptioni per eum factæ renunciare, & ipsum vicinum iuxta Camerarij, & Magistrorum præfatorum ordinationem cautum facere vellet, persoendum deponente, amouere, & ipsum vicinum in illius possessionem inducere, perinde ac si emptio ab ipso facta fuisset. Et si forsan essent duo vicini, quibus domus, claustrum sedimen, plateola, seu alius locus de cuius venditione ageretur, vtilitatem, vel commoditatem afferre posset, ille ex eis præferri deberet in præmissis, quem Camerarius, & Magistri prefati consideratis circumstantiis vniuersis, venali domo, sedimine, claustro, solo, plateola, seu alio loco magis indigere declararent: Et si æqualiter indigerent, & pro parte vni, & pro parte alteri posset exinde commoditas prouenire, utriusque proportionabiliter concederetur. Si vero facta illius diuisione, portiones utriusque fere inutiles essent, non diuideretur, sed Camerarius, & Magistri, alteri coruindem vicinorum, quem vellent, illam, seu illud assignarent, Camerario in Ecclesiasticas, & eo, ac Magistris prefatis in alias personas, cum facultate, & potestate videlicet, Camerario per censuram ecclesiasticam, & ipso, ac Magistris prefatis per pœnaruim, & mulierarum impositionem, ac personalem districcionem, & alia iuris remedia, contradictores quoslibet, & rebelles compescendi, Executoribus desuper deputatis. Et successive piæ me. Leo Papa X. etiam prædecessor noster considerans quantum decoris, & dignitatis Vrbi, & Curia Romanæ supradictis in ædificiorum, & prædiorum ampliatione, & salubrioris aeris amoenitate, & hominum in omni virtutum, & dignitatum genere illustrium copia, & cultu à tempore, quo litteræ ipsius Sixti predecessoris super præmissis

ema.

emauerant, accesserat; Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, litteras Sixti Quarti, huiusmodi cum omnibus in eis contentis clausulis per suas litteras approbavit, & innouauit: Decernens eas in singulis partibus suis, etiam in quibus forte haec tenus vsu receptae non fuerant, ab omnibus perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obseruari. Et nihilominus præfati Sixti prædecessoris vestigiis inhærens, ipsorumque Ciuum, & Curialium, ac aliorum edificare volentium commoditatibus prouidere cupiens; inter alia (quoniam sicut acceperat, nonnulli ad habitandum domos, quibus illarum vicinos pro ornatu, & ampliatione supradictis indigere conspiciebant, de nouo se conferebant, vel illas instaurari, aut refici faciebant, vt quod eis directo non licebat, hac saltem via aliqua dictæ Vrbis decori, & utilitati obuiarent, vel illa augere desiderantes ad domos ipsas longe plus iusto pretio emendum, necessitate compellebant) auctoritate Apostolica præfata declarauit, omnes, & singulos, qui postquam pro parte dictorum Magistrorum super suis domibus per eos tunc non habitatis pro commoditate in illis, & apud illas ædificare volentium, vt præfertur vendendis requisiti forent, etiam si domos vendendas huiusmodi de nouo habita-re, aut instaurari, vel refici, non tamen à fundamentis, facere incœpissent, ad illas vendendum iuxta dictarum Sixti prædecessoris litterarum tenorem, perinde ac si ad eas de nouo habitandum se contulissent, illasue restaurari, aut refici non fecissent, per Camerarium, & Magistros præfatos cogi, & compelli posse, atque debere, tam in præteritis, quam futuris. Et generaliter volens ea omnia, quæ per Sextum prædecessorem præfatum super venditionibus, & diuisionibus domorum, arearum, siue platearum intra Vrbem consistentium, in fauorem personarum de nouo ædificare, aut constructa ædicia, & prædia ampliare volentium, ab inuitis dominis, seu etiam eorum nomine faciebant prouide disposita fuerant, etiam extra Vrbem in locis ab illa ultra decem millaria non distantibus, vicem sibi vendicare, & effectum sortiri debere, vbi, & quoties eisdem Camerario, & Magistris videtur utilitati, vel ornatui publico expedire: aliasque & alia tam Sextus, quam Leo prædecessores præfati voluerunt, ordinarunt, statuerunt, concesserunt, indulserunt, mandarunt, decreuerunt, & disposuerunt. prout in singulis illorum litteris præfatis, quarum tenores, & data, ac si de verbo ad verbum infererentur præsentibus, pro expressis, & insertis haberi volumus, plenius continetur. Nos autem eiusdem Almæ Vrbis ornatui, ampliationi, decori, & pulchritudini, aerisque salubritati non minus, quam ipsi prædecessores consuluerunt, quantum in nobis est consulere. Et quemadmodum illam Ciuitatem nostram Piam ampliauimus, mœnibusque, ac propugnaculis munimus, eam quoque vt munitam, ita etiam ornatam, ac speciosam reddere eu-pientes: eorumdem prædecessorum vestigiis inhærendo similiter Motu proprio, & ex certa scientia nostra, ac de pari potestatis plenitudine, singulas Sixti, & Leonis prædecessorum corundem litteras prædictas cum supradictis, ac etiam aliis omnibus, & singulis in eis contentis clausulis, ac inde sequuta quæcumque, auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuo confirmamus, approba-nus, & innouamus. Decernentes easdem litteras in omnibus, & singulis illarum partibus, etiam hic non expressis, etiam in quibus forsan haec tenus vsu receptae non sunt, seu non esse dici possent, perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter,

& ad

& ad vnguem ab omnibus obseruari debere, ac omnes & singulos ad illarum obseruationem omnino teneri, efficaciter obligatos existere, & censi, ac ad id opportunis iuris, & facti remedii, etiam per censuras, & pœnas in eisdem litteris appositas, & inficias, cogi posse, & etiam debere. Præterea cum non sine animi nostri displicentia intellexerimus ea, quæ per præfatos prædecessores in prænarratis litteris pro publico Almæ Vrbis commodo, & honore ordi-nata fuere, contrarium sortiri effectum. Quandoquidem licet iuxta earum te-norem in præmissis, & forsan certis aliis ibi expressis casibus, Camerarius, & Magistri viarum, qui pro tempore fuerunt, quam plures ad domos suas, viciniis le ibi ædificare velle dicentibus, seque id facturos etiam cum obligatione promittentibus, vendendum coegerint, multi tamen emptores huiusmodi obligationibus per eos ad noua ædicia inchoandum, & perficiendum, seu iam constructa ampliandum, pactis, modis, & formis, ac sub pœnis in Sententiis Camerarij, & Magistrorum viarum, iuxta formam dictarum litterarum promulga-tis consensis non obstantibus, postquam dictas domos antiquis dominis eieictis habuerunt, noua ædicia per se promissa facere, seu iam constructa ampliare non curarunt, memoratas prædecessorum præfatorum constitutiones, & anti-quos domorum dominos simul eludendo, & pœnas præfatas damnabiliter in-currendo: indignitatibus huiusmodi, vt par est, prouidere volentes, eisdem au-toritate, & tenore statuimus, volumus, & ordinamus; vt qui infra sex menses à die publicationis præsentium promissiones per eos à viginti annis citra factas, & in futurum faciendas, non adimpluerint, ac propterea pœnas iuxta formam dictarū litterarū incurrint: manu Regia ad solutionem pœnarum huiusmodi per Camerarium, & viarum Magistros prafatos cogantur: quarum pœnarum vna fabricæ, seu munitioni murorum Ciuitatis nostræ Piæ, & altera medierates Camerario, & viarum Magistris præfatis applicentur: Et nihilominus ipsi elu-fores ad dictas domos pro eodem pretio, quo illas emerunt, primis domi-nis retrouendendum à Camerario, & Magistris præfatis cogi possint. Et quum plures haec tenus sit in litteris Sixti prædecessoris huiusmodi dubitatum, an domini vendere volentes deberent requirere vicinos super venditionibus domo-rum plateolarum, sediminum, situum, vel Casalenorum ipsis vicinis conti-gorum per eosdem dominos faciendis: ad obuiandum litibus, quæ ex hac causa deinceps oriri possent, hac nostra perpetuo valitura sanctione statuimus, & ordinamus: vt in futurum siue vicinus requiserit prius venditorem, seu ven-dere volentem super venditione domus, plateolæ, sediminis, situs, vel Casaleni, siue non requiserit: semper ad hoc vt venditio aliis quam vicinis facta, vel fa-cienda valida sit, suumque sortiatur effectum; venditor siue emptor domus hu-iusmodi vicinum ipso personaliter reperito, si haberit poterit, per unum, si au-tem facta diligentia personaliter reperiri commode non poterit per duos ex mandatariis, vel nostris Cursoribus, domi dimissa copia, in absente vero per edi-ctum publicum requirere, vel requiri facere debeat, & teneatur, an ipse vicinus velit domum venditam, seu venalem huiusmodi pro pretio per dictum emptorem, seu emere volétem non vicinum vere, & non fite oblato, soluto, aut pro-misso, & cum eisdemmet pactis, & conuentionibus. Qua quidem requisitione, seu intimatione per venditorem, seu emptorem sic facta; si vicinus, aut vicini, si plures

si plures fuerint, intra quindecim dies non acceptauerint, & summa in cum emptore, seu emere volente non vicino conuentum non promiserint, & de fabricando ad certam summam arbitrio Magistrorum viarum sub certa pena eisdem Magistris bene uisa se non obligauerint, & deinde intra alios quindecim dies dictam summam realiter, & cum effectu, si vere, & realiter in primo instrumento, vel contractu, fuerit soluta, non soluerint, & si nondum fuerit soluta, omnia in eodem primo instrumento, vel contractu, aut obligatione, vel conuentione contenta non adimpleuerint; tunc venditio aliis quam vicinis facta, vel facienda huiusmodi firma, & valida remaneat. Sin vero prefata intimatio modo quo supra facta non fuerit, tunc venditio iuxta prefatarum Sixti predecessoris litterarum formam, facta pro vicino intelligatur. Et si predicta intimatio facta non fuerit, volumus quod ad rescissionem primi instrumenti huiusmodi venditionis viuisquisque vicinorum predicatorum semper, & quanquamcumque admittatur, nec illi via sit preclusa, nisi post annum à die scientie venditionis, quam scientiam declaramus sufficere tantum in generali, nempe scire rem fuisse venditam, etiam quod premium, & alię qualitates fuerint ignoratae. Et concurrentibus in cuiusvis, seu quorumvis domorum, plateolarum, sedimini, situum, & caselenorum emptione inquilino, & vicino, ipse vicinus eidem inquilino, ac alias seruara presentarum litterarum forma omnino semper preferatur, & preferri debeat. Et ad obuiandum simulationibus, & fictionibus, que plerumque in similibus instrumentis venditionum, etiam forsan ad eludendum huiusmodi nostras, & nostrorum predecessorum ordinationes, inter venditores, & emptores precipue exprimendo maius premium in instrumento, quam vere, & realiter sit solutum, vel conuentum intercedere consueuerunt; volumus, quod venditiones, in quibus huiusmodi simulationes, praesertim circa pretij quantitatatem interuenerint, omnino nullae sint; & nihilominus tam premium per emptorem solutum, vel promissum, quam res sic vendita ad nos, & sedem apostolicam eo ipso deuoluatur, pro vna fabricę Ciuitatis nostrae Pie, seu illius murorum, & pro altera medietatibus Camerario, & Magistris prefatis irremissibiliter applicanda, prout ex nunc applicamus. Et insuper pro maiori officij dilectorum filiorum Horatij Nari, & Hieronymi Pichi, modernorum, & successorum suorum pro tempore existentium Magistrorum viarum dictę Vrbis dignitate, simul & auctoritate: Ac ad obuiandum cauillationibus, que in dies super eorum officio, & priuilegiis, ac facultatibus suis subinde emergere possent: omnia, & singula, ac quæcumque priuilegia, facultates, gratias, prerrogatiwas, & indulta magistris viarum Vrbis, eorumque officio huiusmodi per prefatos, & quosvis alios Romanos Pontifices predecessorum nostros, ac etiam per nos, & dictam sedem habentes quomodolibet, & specialiter per vnam Motus proprij schedulam à piae mane Paulo Papa III. similiter predecessorre nostro editam, incipientem, Inter alias innumerabiles, & graues concessas in primis, & ante omnia eisdem auctoritate, & tenore approbantes: similiter perpetuo statuimus, ordinamus, decernimus, & declaramus, quod quilibet pars, & clausula, siue constructio tam super prefectorum per Sixtum, & Leonem, ac Paulum, ac quorumvis aliorum per quoscumque alios Romanos Pontifices predecessorum, & etiam respectiue successores nostros: ac nos, & sedem eamdem editorum, & quandcumque edendorum

dorum litterarum, & etiam pari motu signatorum rescriptorum, officium, & facultates Magistrorum viarum Vrbis huiusmodi quomodolibet concernentium, respicientium, sicuti sensus erit, vel videbitur esse dubius, semper in dictę Vrbis fauorem, & ornatum intelligatur, accipiatur, & interpretetur, ac intelligi, accipi, & interpretari, & ita à Camerario, & Magistris prefatis in causis coram eis vertentibus iudicari, & dissiniri debeat; iusque ipsum in litteris, & rescriptis prefatis, si opus sit, fauorable, non autem odiosum sit, & esse censeatur, & etiam ad effectum prefatum casus dicatur comprehensus, potius quam extensus, quamcumque interpretatione, sensu, intelligentia, opinione, aut alia re in contrarium quomodolibet faciente non obstante. Et præterea ne fabricare, suaque ædificatione ad Vrbis ornatum ampliare volentes, propter loci defectum (cum interdum domos vicinas, locari solitas, quas eis vigore litterarum predicatorum emere licet, non habeant, sed domus ipsæ vicinæ à propriis illarum dominis sint habitatae) à suo proposito abstrahantur, & non possint propter situs carentiam fabricas, & palatia, siue domos, ut aiunt requadrare; ideo statutum dicti Sixti predecessoris super domorum locari solitarum dominis, ad illarum venditionem vicino seu vicinis fabricę, domumque, seu domos suas ampliare volentibus faciendo compellendis, ut preferatur editam, ad quascumque domos, hortos, terrae, etiam per proprios eorum dominos inhabitari solita; casu quo videlicet vicinus palatium, aut aliquam magni momenti fabricam, domum hortum, seu terrenum vicini à duobus lateribus ad minus circundantem, & domus, horti, vel terreni conuicini premium, seu valorem quadruplo excedentem inchoauerit, seu inchoatum perficere voluerit, etiam si tales domus, horti, & terrena quorumvis Monasteriorum, Ecclesiarum, vel Hospitalium, vel aliorum pitorum locorum, extra tamen septa Monasteriorum, Ecclesiarum, aut pitorum locorum huiusmodi, dictisque monasteriis, & aliis locis piis minime contingua existant; ita quod statutum Sixti huiusmodi non solum in locari, sed etiam casu predicto in per proprietos eorum dominos habitari solitis, domibus, hortis, & terrenis locum omnino habeat, & ad vnguem obseruari debeat: Ac domini domorum, hortorum, & terrenorum ipsorum etiam per eos habitatorum, ad illorum venditionem vicino, seu vicinis huiusmodi fabricam construere, seu perficere volenti, seu volentibus, & etiam in domo fabricanda, seu amplianda non habitantibus, nec habitare solitis, per Camerarium, & Magistros Viarum prefatos pro pretio aestimando, & plus decima illius parte, & alias iuxta litterarum Sixti, & Leonis huiusmodi formam, & tenorem faciendam arbitrio dictorum Camerarij, & Magistrorum, per eos etiam manu Regia cogi, & compelli possint. Et insuper idem Sixti predecessoris Statutum ad Casalena per plures pro indiuiso possessa, & in maximum Vrbis detrimentum plerumque diruta, vel discooperta, ita quod ipsi omnes consortes eorumdem Casalenorum possessores ad dicta Casalena restarandum, & cooperendum, ac inibi, Magistrorum prefatorum arbitrio fabricandum, vel si, & prout eisdem Magistris melius videbitur, uno, vel pluribus ipsorum consortum fabricare volente, seu volentibus, reliqui consortes fabricare volentes, vel differentes, ad suas portiones consorti, vel consortibus fabricare volenti, seu volentibus, pro pretio per peritos aestimando vendendum, & consors, seu consortes fabricare volens, seu volentes ad portiones predictas.

emendum: aut si nullus ipsorum fabricare uoluerit, ipsi omnes ad dicta Casalena uicino, seu uicinis domorum contiguarum pro pretio, ut præfertur æstimando uendendum, ac idem uicinus, seu uicini ad illa emendum per Camerarium, & Magistros præfatos eorum arbitrio, etiam manu Regia sub poenam sibi beneuisis respectiue compelli possint: & nihilominus contrauenientes caducitatis, & alias in presentibus appositis poenas incurant, perpetuo extendimus, & ampliamus. Et cum multe viæ in eadem Urbe iampridem de nouo inchoatæ imperfectæ remaneant, ac in pluribus earumdem viarum locis non solum illæ domus, sed ne parites quidem, seu muri constructi reperiantur, & uariis in locis domus ad inuicem diuisæ distantes separate, & truncatæ remaneant, in eiusdem Urbis non modicam deformitatem, & locorum eorumdem deturpationem, & (quod peius est) in dictis locis sic desertis, sordes, & immunditiae passim proiecentur: Nos huiusmodi incommodis obuiare cupientes, volumus, & ordinamus, ut in omnibus, & singulis huiusmodi locis unusquisque dominus, siue datus, siue utilis in domo à se possessa, vel Casaleno sic truncata, vel truncato, aut in situ, vel solo, aut alio loco suo proprio, saltem muro, seu pariete claudere, illamque, illud, vel illum infra sex menses à die publicationis præsentium pro tempore facienda, in domibus vero de nouo incidentis pro viis seu plateis construendis, infra sex menses à die integræ satisfactionis à Magistris, vel aliis ipsis dominis domorum factæ computando, muris, seu parietibus, saltem usque ad primum solare, includere debeat, & teneatur sub pena ad arbitrium eorumdem Magistrorum viarum imponenda, per quemlibet contrauenientem eo ipso toties quoties contrauenerit incurrenda. Et si loca ipsa sint censualia, siue emphyteutica, & Ecclesiis, Monasteriis, seu aliis locis, vel personis quibusuis respondentia, ipsa dictis sex mensibus elapsis, ad suos directos dominos cum eodem onere fabricandi, seu muro claudendi, duimmodo si personæ Ecclesiasticæ sint, eorum liberationem, siue affrancationem iuxta formam prædictarum litterarum facie: idam non impedierint deuoluta sint, & esse censeantur: etiam si dominus, situs, & Casalena prædicta sint Ecclesiarum, Monasteriorum, seu priorum locorum quotuncumque: Et ita per quoquinque iudices iudicari debere mandamus. Posint tamen dicti viarum Magistri eundem terminum sex mensium pro qualitate locorum, & personarum, vbi eis videbitur prorogare. Et nihilominus ex nunc quibusuis locorum præfatorum inquilinis, seu affluentiis, ne facta prius ipsis simplici dictorum Magistrorum inhibitione, locorum eorumdem pensiones, vel census dominis suis sub pena iterande solutionis persoluant, sed eas, & eos etiam inuitis dominis, in expensis pro præmissis necessariis conuertant; & muros ad dictam altitudinem, si saterit, perficiant, donec, & quoisque in eisdem locis, ut præfertur, fabricatum fuerit, inhibemus pariter, & interdicimus: quodque deinceps domini conductoribus ipsis illas bonas facere teneantur: & in euentum contrauentionis, ac soluta per ipsos inquilinos, seu conductores pensione, & dicto pariete ad minus usque ad primum solare non perfecto, eosdem inquilinos, seu conductores de suo proprio ad dictam constructionem teneri, & obligatos esse volumus, & etiam declaramus. Et cum in domibus ita incisis, siue de nouo incidentis earum domini per nos ita sint gravata ad fabricandum, vel muro claudendum, vt præfertur ad minus usque ad pri-

mum

mum solare, & multoties ipsi domini inhabitantes ex hac causa maximam recipiant incommoditatem, cum ex ipsa incisione domus ipsorum remaneant inco-modæ; idcirco in casu, & in casibus præfatis, vbi domus per dominos inhabitatae pro viis, seu plateis construendis incisa fuerint, & sic incommodæ effæctæ, & recarcitæ, ibidemque intra sex menses, vel postea fabricatum fuerit; domos contiguas etiam per dominos inhabitatas, qui non fabricauerint præfatis dominis, qui fabricauerint sic domos incisas dominos præfatos vicinos, etiam habitantes, ad vendendum pro pretio per duos peritos, & in euentum discordiæ, per Magistros præfatos extimando, & plus decima illius parte, vt præfertur per Camerarium, & Magistros præfatos eoru arbitrio, etiæ à tribus lateribus domos vicinoru non circundantes, nec duplum, nec triplum in valore excedentes manu Regia compelli posse volumus, & etiæ mandamus. Cumque tā inde Populo, & de Portugallo, ac Sanctissimæ Trinitatis, & Pie nūcupatis, quām aliis dictæ Urbis viis, quāplurimi situs, seu prædia reperiantur muris, domibusque omnino vacui; quod fit, vt viæ ipsæ lateribus sterni, seu paumentari, & ad ornatum reduci nequeant; pariter sub poenis præfatis volumus, statuimus, & ordinamus, quod situum prædictorum domini infra e osdem sex mēses in dictis sitibus, vel muros, vt præfertur, vel ædificia construere, seu construi facere debeant, & teneantur. Ita quod lapsus sex mensium termino præfati Magistri viarum situs præfatos, in quibus, vt præfertur fabricatum non fuerit, quibuscumque personis, ac pro pretio reperibili locare, & concedere: seu, si Camerario, & Magistris ipsis melius videbitur, situs p̄s quibuscumque personis pro pretio huiusmodi in manibus eorum depositariorum ad effectum illud postmodum dominis dictorum situm consignandi (facta tamen per dominos præfatos ratificatione venditionis præfata per Magistros factæ, & datis idoneis cautionibus in forma, iuxta formam Statutorum Urbis) deponendo vendere, & alienare libere, & licite, ac valide etiam possint ad effectum prædictum. Et quoniam in Alma Urbe quām plurimi adsunt viculi latitudinis duorum vel trium palmorum, aut circa, in quibus variæ sordes & immunditiae continuo iniiciuntur, & muri circumcirca existentes putrefactione corrupti, foetoreni cum pestiferi, & mali aeris generatione inducunt, adeo vt tempore procedente, dicti muri corrunt, & collabuntur, & collapsi eiiciantur, vt deinceps unicus murus pro vtroque latere domorum contiguarum inferuiat: sub eisdem poenis, quod de cætero nemo cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis existens, in, vel super muris huiusmodi trabes, aut tigna, seu quid aliud apponere, caminos, vel quidpiam aliud construere, vel murū dicti viculi eleuare, seu aliquod ibi ædificium fulcire, aut aliâ illis vti, vel inuti queat nec debeat. Muratoribus vero quibuscumque, ne de cætero sub exilio à toto Statu Ecclesiastico, & bonorum suorum confiscationis pena, in dictis muris pro illarum reparacione, aut de nouo extinctione manum, & operam apponere, vel quicquam operis ibidem facere, seu fabricare audeant vel præsumant: Et ulterioris ad tollendos dictos muros, & viculos, volumus, quod ille ex uicinis, qui primus voluerit fabricare, possit (habita tamen à præfatis Magistris licentia, etiam absque alicuius pretij solutione cuiquam facienda) eosdem viculos sibi assumere, appropiare, & vendicare, super muro sui vicini tigna, lapides, cémenta, & trabes, aliaque ad fabricam suam necessaria apponere, suamque fabricam

bricam desuper adaptare, & vt dicitur appodiare, & alias eodem muro cōmūniter cum vicino per eundem fabricare volente medietate dicti muri ad extimationem duorum peritorum per partes ipsas eligendorum, & in euentum discordia per Magistros viarum taxandi: Et quia quām plurimē domus eiusdem Vrbis quafdam paruas habent Cloacas, Clauiche etas vulgariter nuncupatas, in viis publicis respondentes, & ab ipsis dominibus aquām, & immunditias in vias, & loca publica euomentes, quibusquinque personis, vt infra eosdem sex menses sub diētē caducitatis, & aliis pœnis præfatis tam Cloacas, quām etiam vicos prædictos, necnon quascumque latrinas, seu cantaras, & siccatoria, vulgo sciatuoria nuncupata, & piscinas in vias publicas, & vicos, seu vicos, aut plateas exeentes, & respondentes obstruere, Et si velint Cantaras in eorum Cortibus seu cortilibus, & cancis, non autem in, vel super viis publicis, seu plateis fabricare debeant; ita quōd inquilini domorum, & locorum huiusmodi præmissa ex pecuniis eorum pensionis etiam inuitis dominis, & contra eorum voluntatem facere possint; & non facientes ad pœnam arbitrio præfatorum Magistrorum Viarum imponendam teneantur: Et nihilominus omnes pensiones decursas, & præfatis dominis interim contra inhibitionem eis faciendam solutas consignare teneantur Depositario dictorum Magistrorum Viarum, ad effectum Cloacas, aliaque præmissa claudendi, & cantaras, ut præfertur faciendi; inhibemus, præcipimus, atque mandamus. Et cum in viarum, quæ pro tempore fiunt, constructione, ordinatione, & ampliatione, ac in domorū, casalenorum, & situm, siue partium eorum applicatione, seu uenitione, in omnibus casibus supradictis, & aliis quomodolibet ex causis præfatis occurrentibus, interdum sit necesse domorum, seu locorum ad usum viarum huiusmodi incisorum, seu diuisorum partes remanentes adiudicare, & multoties propter fideicommissa apposita dubitetur, ne lites, & controvēsiæ oriantur: ad tollendum igitur litium materiam, huiusmodi fideicommissa ad effectum præmissorum, ita tamen, quōd ea quæ fideicommisso subiecta erant, sic adiudicentur, quōd pretia illorum in tot bonis stabilibus reinuestiantur, quæ bona remaneant eidem fideicommisso subiecta eodem modo, prout dicta bona sic adiudicata antea subiecta erant, penitus & omnino tollimus, cassamus, & amouemus, illisque ad hunc effectum sufficenter, & expresse harum serie derogamus. Et cum Vrbis ipsa edificiis, & uiridariis ornata, & splendida esse debeat, intus uero, & extra, ac prope illam adhinc quamplurima Canneta de formitate Vrbis generantia, aerisque serenitatem, & salubritatem, ac clarum fluminis conspectum impeditientia, & etiam male agendi opportunitatem, locumque subministrantia; quōd quicunque tam extra per centum & quinquaginta cannarum distantiam prope, quām intra mœnia eiusdem Vrbis, necnon etiam in Angelica, & uerius flumen in Pontis Miluij viis nuncupatis, ac per uiginti cannarum distantiam iuxta quascumque alias vias publicas Canneta habent, illa, ac omnia Canneta in Vrbem existentia, preter ea, quæ sunt extra vias publicas in locis absconditis seu remotis, infra præfatos sex menses sub pœnis prædictis funditus extirpare, euellere, atque tollere, ac ad terrenum, & culturam vinearum, seu uiridiorum reducere debeat: Necnon cum Angelicam, ac Castelli nuncupatas vias per uineas, & prata ad maximum Ciuitatis nostræ Pię per nos nouiter con-

stru-

fructę ornatum fecerimus, intellexerimusque quōd nonnulli prata prædicta ad Canneta, uineas, ac hortos facienda impudenter claudere cogitant, ideo quōd nullus in posterum, etiam si proprietarius existat, dicta prata ad alium usum, præterquam ad pasca, foenumque colligēdum destinare possit. Quōdque omnes, & quicunque, qui ab eo tempore, quo diuina fauente clementia ad summi Apostolatus apicem assumpiti fuimus, huiusmodi prata restrinxerunt, ac ibi vineas, Canneta, siue hortos fecerunt, ad illa in pristinum statum, nempe ad pratum reducendum, per Camerarium, & Viarum Magistrorum præfatos cogi, & compelli possint, & debent præcipimus, & ordinamus. Et similiter, quia horti prope Vrbem consistentes propter aquarum irrigationem malum, & pestiferum solent generare aerem, & maxime in Burgo nostro sancti Petri, ac dicta Ciuitate nostra Pia, ad cuius ornamentum, decorem & aeris salubritatem sumopere intendimus: desiderantes igitur, vt quemadmodum dictam Ciuitatem Piam muris, & propugnaculis cinximus, & ab hostilibus offensionibus securam reddidimus, ita quoque aeris salubritate non careat: statuimus, quōd omnes horti existentes in pratis extra Portam Angelicam (exceptis dumtaxat cardorum vulgo carcifolorum hortis, in quibus aquarum irrigatio nullo modo fit) penitus tollantur, & aboleantur, ac ad vinearum, & pratorum usum reducantur: sub caducitatis, quoad dominos, & quoad inquilinos, seu afficiarios, sub exiliis, & bonorum confiscationis, aliisque dictorum Magistrorum viarum arbitrio infligendis pœnis. Et quoniam in variis Almę Vrbis locis vię publicę diuersis modis sunt impeditae, & inter alia à certis scalis à Bastoni, vt vulgariter dicitur factis, quæ multis in locis vias publicas fere per vnam cannā, & ultra occupant, in maximū, earūdeim viarū prejudiciū, & obstaculum, adeo vt duo currus concurrentes cōmode pertransire nequeāt: idcirco sub præmissis, & aliis arbitrio Camerarij, & Magistrorum præfatorum imponendis pœnis districte præcipiendo mandamus, vt in posterum nemo quominus via pro duabus r̄hēdis, Cochiis vulgariter nuncupatis, concurrentibus, lata, spaciousaque remaneat, dictas scalas audeat ita componere, sed tantummodo duos, vel tres palmos ultra ianuam exceedere: factas vero scalas præmissas ad dictos duos, vel tres palmos infra eosdem sex menses sub similibus pœnis reducere, & restringere vnuſ quisque debeat. Muratores autem ibi aliter operantes, exiliis & bonorum confiscationis pœnas incurrire, & exoluere volumus. Præterea cupientes non solum ipsam Vrbem interiorem, sed etiam illius suburbia, & circuitum, ac uineas decrorari, cum nobis innotuerit nonnullos pulchras, & delicias uineas, ac possessiones facere, & ampliare volentes à uicinis illis terrenum, aut uineas, locari tamē, seu ad medietatem fructuum, vel alias dari, & concedi solitas, ad id vendere nonlibus impediri: præfatis Camerario, & viarum Magistris, ut quicunque, siue saculares, siue Ecclesiasticos etiam si Monasteria quorumuis, etiam mendicantium ordinum, necnon Ecclesia, hospitalia, aut alia pia loca fuerint, terrena, uineas, aut canneta, locari tamē, aut ad medietatem fructuum, vel alias, ut supra dari solita, ab una; non solita uero locari à tribus, seu duabus partibus circundata, extra tamē septa monasteriorum eorumdem habentes, vel habentia; ad illorum in toto, vel parte, etiam pro uialium directura, & accommodatione facienda, arbitrio dictorū dicti Camerarij, & Magistrorū venditionē uicinis illa-

fic

sic círcundantibus, & ampliare uolentibus pro iusto & rationabili pretio per duos peritos per partes eligendos, & in euentum discordiæ per præfatos Magistros, habita dictorū electorū relatione, estimando faciendam etiam manu Regia cogere possint, & debeant, etiam si loca ipsa non sint vel fuerint locari solita, & absque vlla difficultate; id etiam procedere volumus in vinea, canneto, vel terreno sic conuicino, vbi domus commoda pro domini habitatione non fuerit, concedimus, & ordinamus. Necnon huiusmodi nostram ordinationem non solū ad vineas, sed etiā ad casalia intra duodecim millaria ab Urbe consistentia, ad dictæ Urbis ornatum, & commoditatē dominorum casalium extendimus, ac extendi debere præcipimus, & mandamus. Cumque intelleximus multa casalia magnæ quantitatis Rubrorum habere incorporata nonnullas terrarum portiones, aut petia modice quātitatis Pedichę vulgariter nominata: volumus etiā, & ordinamus, ut quicumque casale habuerit centum Rubrorum, aut minus, & hoc maxime vbi aliquod nobile, siue commodū ædificium pro habitatione existat, & aliquam pedicham vicinam, & contiguam habeat; si ab uno latere tautū rubra centum, decem; & si à duobus, viginti; si à tribus, triginta: & si casale excedat summam centum, ad dictam ratam, vt supra. Et si aliquod etiam multorum rubrorum casale in alio incorporatum existat, videlicet cum aliqua lingua, quatenus dicta lingua sit incorporata, illam sibi arbitrio dictorum Camerarij, & Magistrorum pro pretio per peritos æstimando, & aucta decima parte pluris, vendicare possit. Et insuper eisdem viarum Magistris, vt quoscumque ad scalas quaslibet extra domos, & in viis, seu plateis publicis existentes, quarum præser-tim in Regionibus Transtyberinis, & Triuīj maxima adest copia, & quę vias publicas non parum impediunt, & occupant; necnon ad mœniana, aliàs Curritoria linea, mignani vulgo nuncupata, extra muros domorum multum, vel modicum se porridentia, & eminentia in vias publicas prospectum habentia, infra annum à die publicationis præsentium destruendum, & tollendum arbitrio Camerarij, & Magistrorum eorumdem cogere, & compellere: Necnon domorum inquilinis, vt pensiones per eos pro tempore debitas etiam inuitis dominis retinere, & in expēsas pro destructione scalarum, & Curritoriū huiusmodi necessarias, absque eo quod ad iteratam dominis suis solutionem teneantur, cōverte-re valeant, & debeant: quinimo inquilini ipsi dictas pensiones, donec scalaræ, & Curritoria huiusmodi ablata fuerint, post simplicem inhibitionem eis facienda suis dominis sub pœna solutionis dictis Magistris viarum iterato facienda nul-latenus persoluere possint, quod tamen vnicuique ferrea, seu lapidea mœniana, quę vulgo Arengherias, aut Balauost vocant, habere liceat impune permitten-tes: Quodque quilibet infra annū prædictū suas porticus, seu porticalia penitus, & omnino destruere, & demoliri, aut muris claudere habeant; Dummodo porticus ipse non sint moderne, & insignes iudicadę & dignoscendę iudicio eorumdem Magistrorum viarum. Illę vero porticus, quę pro viarum dilatatione incidente erunt, ita manere tolerentur, quoisque per præfatos viarum Magistros excise-fuerint. Et præterea, quod inter casamenta, seu in locis eiusdem Urbis habitatis non liceat cuique habere hortos seu viridaria sepibus conclusa, sed illorum do-mini sub pœnis prædictis illa muris círcundare teneantur. Omnesque pontes lignei per vias publicas transuersi cum situm publicum occupent, & dictę Urbis ornatum

ornatum offendant, infra eiusdem anni terminum, exceptis tantum illis, qui nō in principalibus, sed transuersalibus viis, aut in viculis consistentes visum, & lu-cem non impediunt, iudicio eorumdem Magistrorum dignoscendis: Et ulterius omnes pontelli in quibusuis domibus ruinosis in viis, siue plateis existentes, infra sex menses à die publicationis præsentium per illorum respectiue dominos, seu inquilinos sub pœnis præmissis omnino tollantur, & auferantur, auferiq. debeant. Et quoniam ad dictę Urbis decorę, & ornatum non parum cederet, si unaquęq. Ars ab aliis artibus separata, & in vnum collecta, ac vnta suis loco, & ordine collocaretur; & præcipue illa, quę ad viciū sic sparsa non est necessa-ria, cum artifices ipsius Urbis quasi absque ulla distinctione inuicem confu-si, absque maxima ordinis perturbatione, ornatusque, & decoris publici præ-judicio habitare noscantur; qui, quorumq. tabernæ, & officinæ, si in suis quique locis, & vicis segregatis ordinarentur, tam Urbis ornatui, quam etiam illorum cōmoditatibus non parū consuleretur; vt omnis inter eos cōfusio amoueat, & ipsi ab inuicē iuxta species suas separati, in quantum poterit, decorē Urbis adfe-rat, simul & cōmoditatē: Ideo quod quoties, & postquā per Camerariū, & Ma-gistros viarū huiusmodi Artiū diuīsio, & situatio statuta, & ordinata fuerit, qui-cumq. artifex cuiuscumq. artis & exercitiū in aliquo vico, via, aut platea dictae Urbis, vbi suę artis exercitium magis vigeat, & cōstitutum fu erit, vt præfertur, habitare voluerit: possit quemcumq. aliū cuiuscunq. alterius à suo diuersi exer-citiū artificē inibi commorantē, seu commorari volentem expellere, & eiicere, ac expelli, & eiici, facere, & in illius locationes (dūmodo ad longū tempus, seu ad vi-tam, vel generationē non sint factas) subintrare pro eodem pretio; data ta-men cautione de exercendo dictā suam artē in dicto loco ad minus per annum & ultra arbitrio Camerarij & Magistrorum viarum præfatorū: exceptis tamen semper dominis in propriis domibus habitantibus. Et ad euitandas controyer-sias, possint ipsi Camerarius, & viarum Magistri semper & quandocunq. arbi-trio suo decernere, & declarare, quę ars in uno loco magis vigeat, quam altera ac etiam artifici inquilino sic pro tempore expellendo vnius mensis, aut longiori-rem ipsiis Magistris beneiūsum terminum ad evacuandum præfigere. Et in-super fines, limites, & viros infra quos vnaquęq. ars, & illius artifices suo ordine stare, & consistere debeant, constituere, & declarare: prout & quando eis videbitur, & placuerit, perpetuo statuimus, mandamus, & ordinamus. Et quia aeris putrefactio non solum ex malis humoribus, & immundiciis, sed etiam ex malis odoribus, & fætoribus generatur: sicque ars Candelariorū diffusa per Urbem tetur, putorem reddens, multum noceat Ciuitati: idcirco quemadmo-dum artes vacciniorum, seu coriariorum, necnon artificum chordas musicales, ex animalium fibris facientium malum reddētes odorem, ad fluminis ripamse-paratæ reperiuntur; ita & dictam Candelariorū artē, ut is putor exhalationem habeat, prope flumen ad Sixti, siue Quatuor capitum, aut Sanctę Marię nuncu-patos Pontes, vbi Camerario, & viarum Magistris præfatis magis videbitur ex-pedire, infra mensē à die publicationis præsentiū sub confiſcationis omnium: bonorum ipsorum Candelariorū, & aliis etiam in eorum personam arbitrio Camerarij, & Magistrorum præfatorum infligendis pœnis reduci; ac in loca-tiones aliis personis ibi factas, prout eisdem Magistris videbitur, subintrare debe-

deberet, volumus, & mandamus. Et quoniam vrbis ipsa nimium est humiditati subiecta, sicque in certis partibus silicibus strata humidior efficiatur: propterea omnibus & singulis muratoribus sub exilio, aliisque pecuniariis, & etiam corporalibus dictorum Magistrorum arbitrio infligendis poenis, dominis vero subducentorum ducatorum, ut præfertur applicandorum poena, ne deinceps viam silicibus sternere, seu aliquas silicatas ante domos suas facere audeant, seu presumant, inhibemus. Volumus autem, quod omnes viæ ipsius Vrbis coctilibus sterrentur lateribus, vna cum suis interlineis, quas guidas vocant, piperino, tiburtinis, aut siliceo lapide, arbitrio dictorum Magistrorum, nec sint aliquo pacto interuisatae, sed in unaquaque via sint omnes guidæ ex piperino, tiburto, aut silico lapide. Et insuper præfatis Magistris viarum in perpetuum, & pro decoro eiusdem Vrbis, ac structura viarum principalium, præsertim intus & extra Vrbem in via Flaminia de Populo nuncupata, infra vnum milliare, dominos vinearum, & aliarum possessionum viis ipsis contiguarum, ad muros, & alia pro dictarum viarum principalium structura, & decoro, arbitrio Camerarij, & Magistrorum eorumdem necessaria conficiendum, fabricandum, & refaciendum, vel ratam expensarum ipsis dominos, & quemlibet ipsorum pro prædictis, & eorum singulis respectiue quomodolibet tangentem, soluendum, & seu depositandum, prout ipsis Magistris videbitur. Et si aliquis, vel aliqui dictorum dominorum muros construere, aut alia ut præfertur facere, vel dictam ratam soluere recusauerint, præfati viarum Magistri pro celeriori expeditione ipsis dominos sic renitentes, & morosos ad suas vineas, sive possessiones in toto, vel parte alteri, seu aliis, pro iusto, & rationabili pretio, ut supradictum est, extimando, vendendum, etiam manu Regia cogere & compellere: Ac ad tollendas disputationes iidem Camerarius, & Magistri viarum omnes, & singulas, ac quascumque difficultates, & dubia, quæ super præmissis, aliisque omnibus, & singulis in præsentibus contentis, & descriptis, ac illorum sensu, intelligentia, vel significatione oriri quandocumque contigerit: interpretari, & dissoluere arbitrio suo libere, & licite possint, & valeant, licentiam, facultatem, potestatem, & auctoritatem omnimodam impartimur. Præterea statuimus, & de novo etiam ordinamus, quod in causa sternendarum viarum huiusmodi præfati Magistri sint meri Iudices, & executores, & ab eorum decretis, & mandatis in hac parte, sicuti in causa mercedis, non possit quoquomodo, nisi factio actualiter deposito penes Notarium ipsorum Magistrorum in pecunia numerata consignando, postea actori, uel restituendo reo, prout deinde per Camerarium, seu viarum Præsidem, ad quem recursum fuerit, esset, vel erit iudicatum appellari, uel recursus ad quempiam, etiam pro tempore existentes Camerarium, Clericos, vel Præsidentes Cameræ Apostolicæ, aut quoslibet alios Iudices haberi: sed mandata præfata executioni demandari debeant, non obstantibus quibuscumq. significationibus per prædictos, uel quoscumque alios forsitan faciendis. Et ut eorumdem Magistrorum viarum Officium in sua auctoritate, & dignitate, prout decet, habeatur, illorumque mandata diligentius executioni demandentur, & causæ super arte muratoria pro tempore nascentes sagacius & maturius veluti per expertos, & pro minori partium dispendio decidantur, omnes, & quascumque causas, lites, quæstiones, controverias,

uerias, & differentias tam inter quoscunque muratores, & fornaciarios, quam eos; & quosquis alios Artifices, aut alias tam Ecclesiasticas, quam sacerdotes personas super dicta arte muratoria, & rebus ad illam quomodolibet pertinéibus, ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus, tam adiue quam passiuem mouendas, cum omnibus, & singulis suis incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, & cōnexis, ac toto negotio principali per præfatos Horatium Narum, & Hieronymum Pichum, modernos, & pro tempore existentes Magistros viarum dictæ almæ Vrbis, qui coniunctim procedere debeant, simpliciter & de pleno ac sola facti ueritate inspecta, etiam si, & quando eis videbitur sine strepitu, & figura iudicij, nullaque tela iudiciaria seruata, etiam manu Regia procedendo, audiendas, cognoscendas, decidendas, fineque debito terminandas esse, & fote decernimus, volumus, statuimus, declaramus, & ordinamus. Non præiudicando tamen, nec derogando prædictarū artium Consulatibus: ita tamen quod à Sententiis ipsorum Consulium non possit ad aliquod aliud Tribunal appellari, nec recursus haberi, præterquam ad Magistros viarum præfatos, & dictæ Vrbis Conseruatores seu Camerarium nostrum. Cum potestate citandi & inhibendi quoq. quibus, vbi, quando, & quoties opus fuerit, etiam per edictum publicum, constito summarie, & extra judicialiter de non tuto accessu, uel absencia, aut latitatione, sub pecuniariis, aliisq. ipsorum Magistrorum viarum, & Conseruatorum respectiue arbitrio imponendis, & moderandis poenis. Et in euentum noti partitionis, inobedientes poenas ipsas incurrisse vnicat tantum citatione prævia, declarandi, & ab eis exigendi; dictasque causas in quocumque stature assumendi, omniaq. alia, & singula desuper necessaria, seu quomodolibet opportuna faciendi, dicendi, gerendi, exercendi, & exequendi: ita tamen quod neque Gubernator, neque Vicarius dictæ Vrbis, neque curiæ causarum Cameræ Apostolicæ generalis Auditor, neque eiusdem Vrbis Senator, nec Præsidens Ripæ, seu Ripettæ, neque (præter tamen Camerariū nostrum dumtaxat) quicunque alius, vel alij eiusdem Vrbis, vel extra eam uilibet constituti iudices ordinarij, vel extraordinarij, delegati, uel subdelegati, aut quævis alij personæ cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, uel conditionis existant, etiam si Cardinalatus honore præfulgeant, & etiam habeant priuilegia, vel indulta, quod ipsi sint Iudices, vel Proteciores aliquarum societatum, vel locorum etiam piorum, aut causarum illorum Auditores, quatenus ipsi viarum Magistri in causarum huiusmodi cognitione præuenient, causas Artis muratoria huiusmodi nullatenus in toto, vel parte audire, cognoscere, decidere, seu se in illis quomodolibet, & quoq. prætextu intromittere possint, neque debeant: & quicquid secus factum fuerit, irritum sit, & inane, ac pro infecto habeatur: & per prædictos viarum Magistros, si præuenient, vt præfertur, omnino reuocari quandocumque possit: Saluo tamen, quod Clerici, & Præsidentes Cameræ Apostolicæ se in huiusmodi causis iuxta Pauli III. Litteras prædictas dumtaxat, & non alias, intromittere possint, perpetuo committimus, & mandamus: ac eosdem Magistros viarum, causarum, & litium huiusmodi Iudices, & executores speciales, & generales, ita quod in eis, ut præfertur alte, & basse procedere, & decidere valeant, constituimus, & deputamus: Saluo tamen recursu, si partes voluerint, ad ipsum Camerarium. Mandantes propterea dilectis filiis Vi-

N n tellotio

tellotio Sanctæ Mariæ iu via lata, Diacono Cardinali Vitellio nuncupato, moderno, & pro tempore existenti Camerario, & Præsidentibus, & Clericis præfatis, quatenus statim visis præsentibus nullo alio defuper à nobis, vel successoribus nostris, aut dicta Sede, seu aliundecumque expectato mandato, omnimora, dilatione, & contradictione cessantibus, ea sdē præsentes in dicta Camera recipiāt, & admittant, ac in illius libris registrati mandent, illasq; inviolabiliter, & ad vnguem in omnibus, & per omnia perpetuo obseruent, ac ab omnibus, & singulis obseruari faciant realiter, & cum effectu: ac præsentes litteras perpetuo durare, & valere, perpetuique roboris firmitate subsistere, neque de surreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis, aut quod præmissa, & quodlibet præmissorum non fuerint ysu recepta, aut alio quocumque vitio, seu etiam intentionis nostræ, vel éiusdem Sedis, aut quis alio defetur notari, vel impugnari, neq; etiam per nos, vel successores nostros, aut dicta Sedē reuocari, alterari, suspendi, modifi- cari, aut illis in aliquo derogari vñquam posse. Sicq; in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Iudices, & Commissarios, etiam causarū Palatij Apostolici Auditores, & ipsius Ecclesiæ Romanæ Cardinales, etiā Legatos de latere, sublata eis quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, iudicari & diffiniri debere: Ac quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter attentari cōtigerit, ritu, & inane decernimus, & declaramus. Quocirca venerabilibus fratribus nostris Ostieñ. & Portueñ. ac Tufculanen. Episcopis per Apostolica scripta Motu simili mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vñus eorū per se, vel aliū, seu alios præsentes litteras, & in eis cōtentā quecūque, vbi, & qñ opus fuerit, ac quoties pro parte eorūdem Magistrorum viarū fuerint requisiti, solēniter publicātes, eisq; in præmissis omnibus, & singulis efficacis de- fensionis præsidio assistētes, faciat auctoritate nostra eosdē viarū Magistros approbatione cōfirmatione, innouatione, singulis Statutis, voluntatibus, ordinationibus, extēsionibus, ampliationibus, mādatis, præceptis, inhibitionibus, interdictis, concessionibus, indultis, commissionibus, deputationibus, decretis, declarationibus, reuocatione, aliisque præmissis, iuxta præsentū tenorē pacifice frui, & gaudere. Non permittentes eos, vel ab eis causam habentes per Camerarium, Præsidentes, & Clericos præfatos, aut quosvis alios quacumque auctoritate fun- gentes, contra præmissa, vel eorū aliquod quomodolibet indebitē molestari, inquietari, vel perturbari. Contradictores quoslibet, inobedientes, & rebelles per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, ac alia Iuris opportuna remedia, appellatione postposita, cōpescendo: Inuocato etiā ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Non obstantibus præmissis, ac certa per nos dudū Motu simili edita super pœnarū per elusores, qui fabricas præmissas non fecerunt, neque faciunt incur- sarum applicatione impressioni libroru de ordine nostro à Ciuitate Venetiarū ad Vrbem traductę facta, siue concessa, quam tenore præsentium, quoad præmis- sa, omnino reuocamus: Ac etiam nostra de non tollendo iure quēfīto, Necnon recolendę memorię Pauli II. & Pauli IIII. de rebus Ecclesiasticis non alienādis, ac alienatis recuperandis: Necnon Bonifacij VIII. etiam Roman. Pontificum prædecessorū nostrorū, de vna, & duabus dietis, dummodo vltra tres dietas ali- quis auctoritate præsentū ad iudiciū non trahatur, necnon aliis quibusvis Apo- stolicis, ac in generalibus, prouincialibus, & Synodalibus Conciliis editis, & edē-

dis,

dis, constitutionibus & ordinationibus, ac Vrbis, & Curiæ Romanae, ac Cameraræ Apostolicæ, eiusdemque Curiæ Tribunalium, ac quorumuis Ecclesiarum, Monasteriorum, Hospitalium, & aliorum piorum locorum, necnon ordinum, Consulatum, & societatum, ac vniuersitatum, etiam iuramento, confirmatio- ne Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudini- bus, stilis, vñibus, naturis, decretis, capitulis, & etiam nouis reformationibus, legibus Pontificiis, & Imperialibus, sacris Canonibus, Priuilegiis quoque, in- dultis, & litteris Apostolicis, illis, illorumq; respective Populo, Ciuiis, In- colis, & Superioribus, ac tam supranominatis, quām quibusvis aliis personis, & etiā Iudicibus Ecclesiasticis, & sacerdularibus, sub quibuscūq; tenoribus, & for- mis, ac cū quibusvis etiā derogatoriū derogatoriis, aliisq; efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusq;, & aliis decretis, etiā motu, & scientia similibus, vel ad quorūvis instantiā in genere, & specie, ac etiā cōsistorialiter & aliās quomo- dolibet cōcessis, ac etiā iteratis vicibus approbatis, & innouatis: Quibus omni- bus, & singulis, etiā si pro illorū sufficiēti derogatione de illis, eorūq; totis teno- ribus specialis specifica, expressa, indiuidua, nō autē per clausulas generales idē importantes, mentio, seu quavis alia expressio habēda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc se ruanda foret: illorū tenores, formas, & decreta in eis apposita, ac sive uerbo ad uerbum nihil penitus omissa, & forma in eis tradita obseruata, inserti forent præsentibus, pro sufficienter expressis habentes, illis aliās in suo ro- bore permanens, hac vice dumtaxat, motu & scientia similibus specialiter, & expresse derogamus, ac sufficienter derogatum fore, & censeris volumus, & de- cernimus: necnon omnibus illis, quæ Sixtus, Leo, & Paulus III. prædecessores præfati in eisdem suis litteris non obstare voluerunt, contrariis quibuscumque: Aut si aliquibys communiiter, vel diuissim ab ea eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari nō possint per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad uerbum de indulto huiusmodi mentionem. Et quia difficile foret, præsentes ad singula quæque loca deferri: vñ- lumus, & etiam declaramus, quod illarum transumptis, seu copiis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & alicuius Prælati sigillo mu- nitis, eadem prorsus fides, etiam in iudicio, adhibetur, quæ præsentibus, si vbi- cumque forent exhibitæ, vel ostensæ, adhiberetur. Et ne quispiam vlo vñquam tempore præsentium ignorantiam prætendere possit, volumus, & eadē aucto- ritate decernimus, quod ipsæ præsentes litteræ in Cameræ Apostolicæ, & Curiæ Capitolij valuis, ac in acie Campi Floræ de Vrbe, per aliquem ex Cursoribus no- stris affixa, copia illarum ibi dimissa, vniuersos & singulos, quorum interest, in- tra mensem à die affixionis huiusmodi computandū, perinde affiant, ac si illis personaliter intimatæ fuissent. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginam nostraræ cōfirmationis, approbationis, innouationis, decreti, statuti, ordinationis applicationis, declarationis, extēsionis, ampliationis, mādati, interdicti, ablatis, cassationis, amotionis, reuocationis, præcepti, intentionis, permissionis, con- cessionis, inhibitionis, impartitionis, commissionis, cōstitutionis, deputationis, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temeratio contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius fe nouerit incursum. Datum Romæ

apud Sanctum Marcum, Anno incarnationis Dominicæ, Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Quinto, Decimo Kl. Septembbris, Pontificatus Nostri Anno Sexto.

Cæ. Glorierius

H. Cumyn.

P. Episcopus Narnien. Sumista:

Anno à Natiuitate Domini Millesimo quingentesimo sexagesimo Quinto, Indictione octaua, Die vero Quinta mensis Decembris, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri Domini Pij diuina prouidentia Papæ IIII. Anno Sexto, Præsentes litteræ Apostolicæ in quinterno foliorum in totum (computato præsenti) triginta duorum publice affixæ, & publicatæ fuerunt ad valueas Cameræ Apostolicæ, Curiaæ Capitolij, & in Acie Campi Floræ, dimisæ ibidem in singulis locis præfatis respectiue, præsentium litterarum copiis (vt moris est) affixis, per nos Bernardinum Andreutum, & Iulium Parinum, prælatis Sanctiss. D.N. Papæ, & Apostolicæ Sedis Cursores.

Philibertus Chapuis Magister Cursorum.

LITTERÆ S. D. N. D. PII QVINTI

Pont. Max. Per quas reducuntur ad viam iuris communis ea quæ à Sixto IIII. Leone X. Pio IIII.

& aliis Rom. Pont. edita fuerunt
super iure congrui.

OTV proprio, &c. Ad hoc nos Deus militanti Ecclesiæ præficere dignatus est, ut singulorum prædecessorum nostrorum gesta (eo inspirante, qui dat spiritum bonum petentibus se) reuelentes, ea quæ certis tunc suadentibus rationabilibus causis emanantur, ex aliis non minus attendendis rationibus ad rationis tramitem reducamus, prout rerum & temporum qualitate digesta saibriter in Domino conspicimus expedire. Sane licet aliæ fel. re. Sixtus Papa IIII. Motu proprio, & ex eius certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine statuerit, & ordinauerit, quod tunc, & pro tempore existentes Romanæ Ecclesiæ Camerarius, & Magistri ædificiorum, & stratarum dictæ Vrbis ad requisitionem dominorum quorumcumque domorum, & aliorum bonorum, tenerentur in certis expressis casibus compellere vicinos ad domos, & alia bona expressa vendendum, pro pretio per peritos extimando, quodque vicini vendere volentes, non nisi vicinis emere volentibus vendere possent, & aliæ ac latius prout in dicti prædecessoris litteris continetur sub dat. Romæ apud

apud sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae, millesimo quadragesimo septuagesimo pridie Kalend. Iulij, Pontificatus sui anno nono, Et successiue Leo decimus sub dat. Romæ apud sanctum Petrum anno Incarnationis prædictæ, millesimo quingentesimo decimo sexto, quarto Nonas Nouembbris, Pontificatus sui anno quarto, Ac Pius Quartus, subdat. Romæ apud sanctum Marcum anno Incarnationis prædictæ, millesimo quingentesimo sexagesimo quinto, decimo Kalend. Septembbris, Pontificatus sui anno sexto, & alij Romani Pontifices prædecessores nostri litteras prædictas Sixti confirmauerint, innouauerint, declarauerint, ampliauerint, & extendiderint, & aliæ prout latius in dictis litteris continentur. Cum tamen, sicut accepimus, occasione litterarum prædictarum diuersæ lites, quæstiones, & controversiæ ortæ, ac diuersa grauamina, lassiones, perturbationes, & incommoda diuersis personis generata & illata, ac litteræ huiusmodi quæ correctoriæ iuris communis existunt, & secundum propriam significationem stricte interpretari deberent, rigorosæ executioni etiam in casibus illis forsitan non expressis demandatae fuerint, & in dies demandentur, in earumdem personarum animorum molestiam non modicam, ac propterea plurimorum ad nos querelæ delatae fuerint, & in dies deferantur, conquerentium potissimum de rigore, vel potius iniustitia litterarum prædictarum, Nos attendentes quod ea quæ iuri communi, & sacris Canonibus contrariantur, & ex certis necessitatibus imminentibus, & ita forsitan requirentibus statuta & admissa sunt, perpetua esse non debent, & quod si legi ciuili multa rigorosa admittenti grauis uisa est iniuria, quæ inani honestatis colore velatur, vt homines de rebus suis facere aliquid cogantur iniuti, neque suo arbitratu vendenda distrahere possint; & propterea constitutiones cassauerit, quæ liberum arbitrium distrahendi res proprias impedirent, multo grauior nobis esse videtur, qui sanctorum patrum decretis inhærentes nitimur, vt non nisi ea quæ ad pietatem & æquitatem, ac liberam disponendi de rebus suis facultem, & ad quietem & tranquillitatem subditorum nostrorum, & querelarum, ac litium præfatarum amputationem tendunt, admittamus litterarum omnium præfatarum veriores, necnon processuum desuper formatorum tenores, ac si de verbo ad verbum inscrerentur, necnon quacumque litium desuper forsitan motarum, & in quacumque instantia etiam super iustitiae, vel iniustitiae reuisione penden. status, merita ac nomina, & cognomina iudicum, & colligantium præsentibus pro expressis haben. illasque ad nos harum serie aduocantes, & extinguientes, perpetuumque super præmissis silentium imponentes, Motu proprio, & ex certa nostra scientia, non ad alicuius super hoc nobis oblatæ petitionis instantiam, sed ex mera animi nostri deliberatione, & de apostolicæ potestatis plenitudine litteras, & constitutiones Sixti, Leonis, Pij, & aliorum prædecessorum nostrorum huiusmodi, quo ad pendentes in quacumque instantia, refectis tamen expensis illis qui sub prætextu dictarum buliarum iustum hucusque habuerunt causam litigandi, & futuras causas, ac si numquam emanasset, ad ius commune, & terminos, & viam iuris communis

et omnibus omnino reducimus, reuocamusque, cassamus, & annullamus, ac viribus vacuamus. Ita quod in causis huiusmodi secundum iuris communis dispositionem, posthabitum litteris prefatis, procedi, sententiari, & diffiniri debeat. Excipimus tamen a praesenti nostra reductione, & cassatione, quod si pro una, vel pluribus aedibus sacris, aedificiis, viis, & plateis publicis construendis ampliandis, vel dirigendis, aliquae domus, vel alia aedificia, & bona essent in totum vel in partem incorporanda, demolienda, vel restringenda, quod in casibus prefatis, & non in aliis possint vicini, & habentes domos, sedimina, plateolas, & alia quacumque bona, etiam si aliter vendituri non essent, compelli ad ea vendendum. Ita tamen quod compulsi praefati ultra aestimationem domus, sedimina, plateolæ, & aliorum bonorum praedictorum faciendam per duos peritos communiter eligendos, & in casu discordiae per Magistros viarum loco tertij, quartam partem pretij ultra valorem ut supra aestimandum consequantur. Districtius inhibentes quibusvis &c. ne aliter quam ut præmittitur iudicare, vel contra premissa sententiare, aut lites praedictas prosequi quoquis quæsito colore audeant, vel præsumant. Decernentes quoque omnes & singulas aliter quam ut præfertur ferendas sententias nullas, irritas, inanes, nulliusque roboris vel momenti, & tamquam tales nemini suffragari, nec a quoquam exequi quoquis prætextu deberi. Praesentes vero vii perpetuæ constitutionis, & legis habere, & inter extrauagantes constitutiones nostras registrari, ac publicari debere. Nec ullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis vitio notari, impugnari, inuaidari, ad terminos iuris reduci, in ius vel controuersiam vocari quacumque occasione, vel causa minime posse, minusque sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum reuocationibus, suspensionibus, & limitationibus comprehendendi nullatenus posse, sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, & eum in quo ante premissa quomodolibet erant statum, restitutas, repositas, & plenarie reintegratas esse. Sicque ab omnibus censeri, & ita per quoscumque iudices quacumque auctoritate fungen. etiam causarum sacri palatij apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanae Ecclesiæ Cardinales, sublata eis aliter iudicandi potestate, iudicari, & diffiniri debere: Irritum quoque, & inane si secus a quoquam quavis auctoritate contigerit attentari. Mandamusque propterea dilectis filiis Aloysio tituli Sancti Marci presbytero Cardinali Cornelio nuncupato¹, moderno ac pro tempore existenti Camerario, & Magistris viarum in virtute sanctæ obedientiæ, ac excommunicationis penitentia, ut praesentes nostras inuiolabiliter, & ad vnguem in omnibus, & per omnia perpetuo obseruent, & ab omnibus, & singulis realiter, & cum effectu obseruari faciant. Non obstantibus litteris Sixti, Leonis, & Pij prefatis, & aliis apostolicis, necnon in provincialibus, & synodalibus Conciliis editis specialibus, vel generalibus constitutionibus, ac quibusvis etiam iuramento &c. statutis, ac legibus etiam municipalibus, ac quibusvis clausulis etiam præseruatiuis in dictis litteris appositis, necnon regula nostra, & aliorum Romanorum Pontificum de non tollendo

tollendo iure quæsito: quibus omnibus etiam si de illis &c. illorum tenores &c. hac vice latissime derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque, cum clausulis opportunis, & consuetis. Et quod litterarum praefatarum tenores, ac litium status, & mērita habeantur pro expressis &c. seu &c. & de auocatione illarum, & extensiōne, necnon reductione, reuocatione, cassatione, annullatione, & viribus euacuatione, exceptione, inhibitione, decreto, & aliis prefatis, que hic pro repetitis habeantur, & ad partem perpetuam in forma gratiosa, & cum alia si videbitur deputatione iudicū &c. qui assistant, & premissa obseruari faciant &c. & sub censuris &c. cum potestate citandi &c. inhibendi &c. inuocatio &c. secularis, & cum derogatione quorumcumque contrariorum, quorum omnium tenores &c. latissime exprimi possint. Et cum decreto quod litteræ, ut ad omnium notitiam deducantur, imprimi debeant per impressorem nostrum Cameralem, que sic impressæ in valuis basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & Cancellariæ Apostolicæ, ac acie Campi Floræ affigantur, ipsæque sic affixæ perinde afficiant, ac si essent omnibus personaliter intimatæ. Et nihilominus earundem transumptis manu alicuius notarii publici subscriptis, & sigillo alicuius in dignitate ecclesiastica constituti munitis, eadem prorsus fides adhibetur, que ipsis originalibus litteris adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostense. Et quod præsentis Motus proprij sola signatura sufficiat, & ubique fidem faciat tam in iudicio quam extra, attento quod in Vrbe, seu, si videbitur, litteræ defuper cum maiori premissorum expreſſione, etiam per breue expediti possint.


Placet motu proprio. M.

Datum Romæ apud sanctum Petrum, Quarto idus Aprilis, Anno Sexto.

Anno à Nativitate Domini Millesimo quingentesimo septuagesimo primo, Indictione decimaquarta, Die vero vigesima prima Aprilis, Pontificatus Sanctiss. in Christo patris & D. N. D. Pij Papæ Quinti, Anno Sexto, supradictæ litteræ affixæ & publicatæ fuerunt ad valvas basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, dimissis in locis supradictis copiis affixis, per me Alexandrum Astancollum Curs.

Antonius Clerici magister Curs.

LITTERÆ S. D. N. D. GREGORII
Papæ XIII. Constitutionis de Ædificiis & Iure congrui.



REGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei , Ad perpetuam rei memoriam . Quę publice vtilia & decora esse huic almę Vrbi ratio ipsa atque vius docuit ; ea priuatis cupiditatibus , ac commodis preferenda censemus . Cum itaque fœl. memor . Pius Papa Quintus predecessor noster nonnullas per fœl. record . Sextum Quartum , Leonem Decimum , & Pium etiam Quartum , similiter predecessores nostros ad ornatum Vrbis editas constitutiones , vñā cum decreto Camere Apostolicę de Inquiliinis in emptionibus domorum preferendis , tamquam iuris communis correctorias , & quę nimis late à Iudicibus interpretatę causam iniurię quamplurimis pauperibus inferendę præberent , duobus editis scriptis , quorum solam signaturam sufficere voluit , motu proprio abrogasset , & ad viam iuris communis reduxisset : Dilecti filij Senatus Populusque Romanus abrogationem & reductionem huiusmodi egrefarentes , initio Pontificatus nostri , & aliàs persēpe publico decreto à nobis enixe postularunt supplices , vt litteras præfatas Pij Qinti , vti decori publico , ac multorum ciuium commoditati infensas tollere pro nostro erga hanc almam Vrbem paterno amore dignaremur . Quam rem dum nos diutius differimus , plurimorum eamdem ob causam querimonias expostulantum sustinuimus : quin etiam intelleximus publicum ipsius Vrbis ornatum deseriri , & magnifica ædificia iam pridem inchoata , propter nimiam quorundam cupiditatem interrupta pendere , plurimosque ea de causa ædificandi consilium abieciisse . Quibus malis , quod minimo Ciuium nostrorum ; ac Curialium detimento fieri possit , mederi cupientes , cum etiam in litteris Sixti , ac Leonis , ac Pij Quarti huiusmodi multa addenda , & minuenda , ac aliàs animaduersio ne digna apparerent , opportunum arbitrati sumus , omnibus prædictis Sixti , Leonis . & Piorum litteris antiquatis ; & abrogatis , quę ab illis ad publicum Vrbis illiusque districtus ornatum , aeris salubritatem , ac pri uatorum etiam commoditatem prouide tunc ordinata fuerant , ea magis accommoda his temporibus ratione moderata , simulque ea quę nos de nouo statuenda duximus , vñica constitutione complecti omnia , ne publicum bonum , ac decus iacere diutius pateremur .

I Itaque dictas ac quascunque alias predecessorum litteras , quatenus ad aliquid eorum , quę his nostris litteris continebuntur , pertinent , deque aliquo eorum statuunt , aut disponunt , antiquantes & abrogantes , atque penitus reuocantes & tollentes , De potestatis nobis tributę plenitudine statuimus , quòd qui pro tempore fuerint Sanctę Romanę Ecclesię Camerarius , atque ædificiorum , & viarum Vrbis Magistri , quacumque

Vrbis

Vrbis parte necessarium atque vtile fore cognouerint , possint pro viis areis , plateis , aliisque locis publicis , siue veteribus dirigendis , & ampliandis , siue nouis ducendis , & constituendis , cogere dominos domorum , & locorum quorumlibet , tam ecclesiasticos quam seculares quacumque dignitate præditos , vt vendant Conseruatoribus , aut Syndico eiusdem Vrbis domos & loca , quę Camerarius & Magistri prædicti ad id necessaria duxerint , siue illa dominii ipsi inhabitent , siue aliis locare soliti sint , pretio à Magistris prædictis statuendo .

2 Vbi vero aliquas ruinas esse percepient , locae aperta viis publicis hærentia , ne laceræ atque inhabitatæ domus , interruptaque spatiis interiacentibus viarum septa , Vrbi deformitatem atque incommoditatem afferant , curent ipsi Camerarius & Magistri eas celeriter farciri .

3 Itaque quoscumque dominos , siue directos , siue vtiles domorum dirutarum , vel arearum aliorumque locorum vacuorum , secus vias publicas iacentium , graibus pœnis propositis , breuique ipsorum arbitrio præfinito tempore , cogant domos dirutas , vel areas , aliaque loca huiusmodi ab eis possessa , muro saltem claudere , murumque ipsum ad eam altitudinem , quę proxima edificia proximosque muros æquet , vel ad aliam , quam ipsi præscriperiat , attollere . Eamque ob causam iidem Camerarius , & Magistri , si ipsis visum fuerit , interdicant interim inde dominis exactionem , ac conductoribus , si qui forte fuerint , solutionem pensionum , seu canonum , aut censuum , easque faciant in huiusmodi opus ipsos met conductoris impendere , quas cum conductores ita impenderint , domini acceptas ferre debeant : cum vero impendere iussi neglexerint , opus quòd in tempore iuxta huiusmodi præscriptum factum non fuerit , sua ipsi impensa perficiant . Quod si vel nulli sint conductoris , vel pensiones interea temporis debitæ fatis operi non sint , neque tamen domini possidentes domos dirutas aut locae aperta huiusmodi sic clauerint , ex tunc præfinito tempore elapo , si vtiles tantum domini sint , ab utili eorum dominio , omniisque iure , quod inde eis competebat , cecidisse intelligentur , locaque ipsa ad directos dominos libere , cum onere tamen illa ita claudendi , deuoluta sint eo ipso . Si vero etiam directum dominium , siue per proxime dictam deuolutionem siue aliàs habeant , liceat prædictis Camerario , & Magistris , postquam sic præfinitum ipsis dominis tempus effluxerit , tum exigendis propositis pœnis , tum aliis crescente contumacia etiam grauioribus , & sepius incutiendis , eos plectere , tum vero etiam captis ex aliis illorum bonis pignoribus , eisque per subhastationem de more distractis , pecuniam cogere , vnde murus , & præscriptum opus omnino perficiatur . Vel si hac quoque ratione non profecerint , loca eadem , modo domini ipsi illa non incolant , propositis ad hoc semel , vel pluries editis , quibuscumque personis illa nouis ædificiis instaurare , vel saltem sic claudere volentibus , locare , aut in emphyteusim etiam ad longum tempus , vel ad vnius , aut plurium personarum siue successarum , siue nominandarum vitas , atque etiam perpetuo concedere , vel etiam vendere , aut aliàs alienare pro pensione , aut canone , aut pretio quod reperi

O o ri poter

ri poterit, ita quidem ut ex pluribus, hoc casu, oblatoribus, si quis rei particeps, aut consors fuerit, is pre omnibus obtineat, nisi forsan & ipse in claudendo negligens fuerit: prater hunc autem, vicini ceteris, & inter vicinos qui magis indiget, vel qui vicinus est a pluribus partibus, inter ceteros vero qui plus, quique ad maiorem Urbis ornatum edificare voluerit, preferatur, iudicio eorumdem Camerarij, & Magistrorum.

4 Pro priatis autem edificiis similiter aut nouis construendis, aut veteribus ampliandis, liceat cuicunque quovis muro sibi propinquo libere vti, ei que tigna, lapides, aliamque materiam edificij sui, totumque ipsum edificium iniungere, & annecctere etiam si murus is ad vicinum suum totum pertineat, persoluto tamen eiusdem muri dimidio pretio, ad eam estimationem, quam duo periti, quorum singulos singulæ partes elegerint, vel illis discordibus ipsi viarum Magistri declarauerint.

5 Et si inter duas domos viculus forte siue intercedo trium circiter, ut solet, palmarum intersit, liceat ei qui primus in altera earundem domorum edificare cœperit, habita tamen ab ipsis Magistris licentia, totum sibi viculum nullo persoluto pretio occupare, ac domui suæ adiungere, domumque ad vicini murum producere, muroque, ut supra dictum est, communiter vti.

6 At si quis domum, fundum, solumue habens, ibi edificare voluerit, illi Camerarius & Magistri prefati cogant vendi domos aliaque loca eidem domui, fundo, solo vicina, quæ corum domini non incolunt, sed locare solent, quæque iidem Camerarius & Magistri huiusmodi edificio utilia, & necessaria putauerint, pretio tamen aucto duodecima eius parte, ultra estimationem modo praedicto faciendam. Et nihilominus si edificium ipsum insigne futurum sit, eique perficiendo aliqua domus etiam a domino habitata, vel hortus alius. ue locus muris clausus opportunus cohæreat, eo casu (dummodo edificium iam cœptum sit, idque a duobus saltem lateribus cohæreat domui, horto, vel loco huiusmodi, illiusque estimationem quadruplo sit excessum) cogant dominum etiam sic habitantem, ut domum, hortum, vel locum vendat, aucto tamen dicto pretio ad quintam eius partem; dataque ipsi domino sex mensium dilatatione post factam venditionem, quo interim ibidem permanens aliam sibi habitationem parare possit.

7 Præterea cum obducendam siue dirigendam viam, vel ob aliud opus publicum aliqua pars alicuius domus, quam dominus sine villa fraude tunc habitaret, mandato dictorum Magistrorum diruta fuerit, vnde domus habitationi domini incommoda efficiatur ut familiam non capiat, si iuxta illam fuerit alia domus annua pensione, vel alias locari solita, cuius coniunctione huiusmodi incommoditati subueniri posset, ut id fiat, cogant eam domino domus dirutę, si ibi deinceps habitaturus sit, vendi pretio, quod supradicto modo estimatum fuerit. Quod si diuersorum dominorum domus huiusmodi iacturam passę, locari solebant, non autem habitari, alio ipsorum dominorum petente, cogatur alius domum suam sic dirutam vel excisam vendere, constituto pretio ad estimationem predictam, hac tamen distinctione habita, ut detur optio illi, qui minorem iacturam in sua passus fuerit,

an ipse velit aliam emere. Quin etiam, si quis post huiusmodi ruinas propter publicum aliquod opus factas propriam domum ea de causa aliqua parte dirutam vel excisam, quam ipse habitare solebat, farcerit, eique alia domus similem passa iacturam contigua sit, quam dominus similiter habitans intra tempus a Magistris præfinitum neque farcerit, neque muro clauerit, sed deformem reliquerit, velitque is, qui suam farcit, truncam illam sibi contiguam suæ coniungere, & edificare, ac propterea pretio, ut supradictum est, estimando, & amplius addita eiusdem pretij quinta parte emere, cogatur eius dominus, licet habitans, ita vendere.

8 Sed & cum aliqua domus, siue fundus, aut solum volente sua sponte domino vendendum erit, teneatur vendor perquirere a vicinis, quotquot erunt, qui rem aliquam immobilem illi contiguam habuerint (etiam si se empturos nullo modo antea professi sint) an aliquis eorum velit rem vendendam emere, eisque pretium atque omnia pacta & conditiones quibus cum alio vere, omnique procul fictione contraxit, intimare: perquisitio autem & intimatio fiant per vinum ex Cursoribus, seu Mandatariis personaliter quidem si reperti fuerint; sin autem duorum Cursorum seu Mandatariorum diligentia reperi commode non poterint, fiant domi dimissa copia: absentibus autem ab Urbe, docto extra iudicialiter, & summarie coram eisdem Camerario, & Magistris eos abesse, fiant per publicum edictum locis, quibus in Urbe consuetum est, affigendum. Quibus ita factis, iurent tam vendor quām emptor, apud acta Notarij dictorum Magistrorum, venditionem de huiusmodi re iam factam & intimatam esse veram, & in ea eiusque pretio non intercessisse dolum, fraudem, simulationemque aliquam. Post hanc si vicini prædicti se eisdem pretio ac pactis, & conditionibus empturos non declarauerint, & ibi edificaturos non promiserint, præsentes scilicet intra quindecim dies, absentes vero intra triginta, a die præstitorum huiusmodi iuramentorum: Rursus si tam præsentes quām absentes intra alios quindecim dies ab huiusmodi declaratione, & promissione (si fiat) omnia iuxta ea quæ in venditione intimata continebuntur, non præstiterint, pretiumque si quod in illa solutum fuerat, non persoluerint, & de edificando ibi ad certam summam, certumque tempus, ac sub certa pena, prout ab eisdem magistris præscriptum fuerit, se non obligauerint, illis posthabitibus, venditio cuicunque alij facta maneat & rata sit. Qui vero intra utrumque dictorum terminorum predicta impleuerit, ei ceteris exclusis venditio sic fieri debeat. At si perquisitio, & intimatio ita factæ, iuramentaque ita præstata non fuerint, quæcumque venditio de ea domo, siue solo cuicunque alij facta nullum ius emptori tribuat, & quo ad illum profecta sit, quamdiu vicini intra annum a die quo illam rescinerint, se proposuerint. Siquidem aliquo ipsorum intra dictum annum petente, sequitur, ut prædictum est, obligante ad edificandum, & pretium emptori (si is illud accipere, & emptioni suę renunciare, ac ratione illius, prout Camerarius & Magistri mandauerint, cauere voluerit) restituente, alioqui pretium ipsum deponente, venditio ei facta censeatur, & perinde ex illa in rei possessionem inducatur expulso inde dicto primo emptore, ac si cum eo, & ad eius commodum

commodum celebrata esset. Resciuisse autem, quod ad hoc attinet, intelligatur quocumque modo percepient, vel hoc solum rem scilicet fuisse venditam, licet neque pretium neque alias conditiones aut qualitates percepient. Post dictum vero annum maneat prima venditio, neque hac de causa à quam amplius impetratur. Cæterum eo casu quo perquisitio, & intimatio prædictæ fient; si in illa venditione aliqua simulatio præsertim circa pretium augendum admissa fuerit, tum venditio nulla sit, tum simulatores ipsi alter re, alter pretio priuati sint, ipsumque pretium ipsaque res Cameraræ Apostolicæ applicentur eo ipso. Et præterea iidem simulatores pœnis falsi, & si iurauerint, etiam periurij puniantur.

9 Eadem omnia & cum inquilino locum habeant, cum domus volente domino venalis erit, videlicet ut etiam ipsius domus inquilino (si quis erit) perquisitio & intimatio fiant modo prædicto: ipseque, si emere voluerit, tum intra eosdem terminos, tum deinceps eadem faciat, quæ vicini facere debent, excepta dumtaxat oblatione, & obligatione de ædificando. Etenim inter inquilinum & vicinos ea sit distinctio, ut volentibus ædificare vicinis, inquilini nulla ratio habeatur: sed tantum vicinorum. At illis non promittentibus ædificare, inquilino, etiam si ædificaturus non sit, idem ius inemptione competit, quod vicinis, si ædificare vellent, secundum prædicta competeteret.

10 Verumtamen quando in singulis casibus predictis siue coactæ siue spontaneæ venditionis duo vicini fuerint, quorum ædificiis vendenda res opportuna existat, & propterea illam sibi quisque ex hac constitutione vendi postulet, is obtineat, qui magis illa indigerit. Aut si utrumque eque indigeat, inter utrumque diuidatur, quatenus utriusque commoda portio tribuatur. At si huiusmodi portiones utriusque forent inutiles, tota illi detur, cuius ædificio à pluribus partibus vel aliâs magis adhæserit. Si vero alteri tantum diuilio inutilis futura sit, nihil illi, sed tota alteri detur. Quod si nulla fuerit ædificantium indigentia, is preferatur, qui magis fuerit vicinus, vel in vicinitate pari, is qui plus, quique ad maiorem Vrbis ornatum iudicio eorumdem Camerarij, & Magistrorum ædificare voluerit.

11 Præter supradictos autem vicinitatis casus, si quis domum, aliquiue fundum, aut solum in emphyteusim, aliumque titulum, perpetuo, vel ad unius aut plurium personarum vitam pro anno canone aliae responsive concessum habeat, ibique ædificare velit, liceat eisdem Camerario & Magistris eo petente, domum, fundum, aut solum huiusmodi ab eius directi domini, licet nolentis, proprietate, dominio, ac iure, necnon à canonis seu responsionis præstatione eximere, & liberare; alia re stabili prius constituta, pretij, commoditatis, redditus, ac bonitatis saltem paris, quæ loco illius liberatæ sit quoad omnia, & ad eundem directum dominum ratione proprietatis, dominij, deuolutionis, & aliâs cuiusque juris, & oneris eisdem modo, & forma pertineat, quibus illa pertinebat: translato quoque ad istam huiusmodi canone siue responsione, cum augmentatione quintæ illius partis: & insuper præstata idonea cautione, & etiam facta per illum qui ædificaturus est obligatione omnium suorum bonorum, tum quod res, in quam facta est hu-

est huiusmodi translatio, libera est; tum etiam de euictione in ea forma, qua in Vrbe prestari solet.

12 In rusticis quoque prædiis, ut & illorum nitori ad honestam in illis hominum commoditatem, salutaremque siue animi siue corporis refectionem aliqua ratione consulatur, illud obseruetur: Ut qui vineas, aut canneta intra tria ab Vrbe milliaria, siue partiariis colonis aliqua parte fructuina, siue aliis pecunia solent locare, cogi possint eadem vendere pretio æstimando, ut supra dictum est, & amplius duodecima ipsius pretij parte iis, qui prope illa vineas possident, quas colunt sua impensa; dummodo emptorum vineæ sint non solum maioris pretij, & mensuræ, sed magis etiam & cultæ, & edificiorum structuræ conspicue: hisque omnibus illa tantopere superent, ut magna inter utraque adsit inæqualitas, iudicio eorumdem Camerarij, & Magistrorum. Non possint autem cogi, ut partem tantummodo earum vendant.

12 Ii vero qui usque ad duodecim ab Vrbe milliaria habent prædia a mensuræ decem dumtaxat, vel pauciorum rubrorum (quas linguas seu pedichas dicunt) contigua maioribus aliorum prædiis, quæ casalia appellantur: Item iij quoque ex quorum Casalibus similes linguæ seu pedichæ eiusdem mensuræ, in aliorum intra idem spatium duodecim milliarium constituta casalia excurrunt, eaque intersecant, ut à duobus, ut minus, lateribus linguis ipsæ à vicinis casalibus circundentur, cogi possint (siue ipsi colant, siue aliis locent), illas vendere, constituto pretio ad æstimationem de qua supradictum est, adiecta que eiusdem pretij quinta parte.

14 Quæcumque autem supra statuta sunt, tum de urbanis tum de rusticis prædiis aut sponte aut coacte vendendis, vel etiam à directis dominis liberandis, ea locum habeant omnino, siue prædia ipsa sint ecclesiastica, & ad quascumque ecclesiæ, & basilicas, etiam dictæ Vrbis, etiam Patriarchales, aut cuiusvis ordinis monasteria, & etiam mendicantium domos, aliaque loca religiosa, necnon hospitalia etiam nationum, aut regularium, militiarum, sodalitatisque, aut confraternitatis, cæteraque pia loca pertinentia, dummodo neque contigua ecclesiæ, monasteriis, hospitalibus, religiosisque, ac piis locis huiusmodi, neque intra illorum septa consistant: siue sint priuatarum personarum capelle, & oratoria, vel domus, aut loca seruandæ hospitalitati destinata, modo hospitalitas iniibi iam neque exerceatur actu, neque amplius exerceri debeat: siue sint laicalia, & cuicunque fideicommissio, substitutioni, successioni vel dispositioni obnoxia: & tam hæc laicalia, quam illa ecclesiastica, eorum qui illa reliquerunt seu dedecunt ultima vel alia voluntate alienari prohibita, ac quocumque onere grayata.

15 Sed quories casus euenerit, quod res aliqua hac constitutione vendi debeat, si is ad quem pertinet eam vendere bis monitus à Camerario & Magistris, cum assignatione conuenientis termini ad vendendum, id recusauerit, vel malitiose distulerit, tunc Camerarius & Magistri vice ac nomine recusantis, vel differentiis rem ipsam vendant, cum promissionibus, obligationibus, renunciacionibus, pactis etiam penalibus, & clausulis consuetis, pretiumque quod inde cum eius augmento proueniet, apud eadem sacram, vel personam fide, & facultatis idoneam deponant. Deinde si res ecclesiastica erat, vel etiam si laicalis, sed (quod sciatur) fideicommissio, siue dispositioni subiecta, alienariue prohibita, aut

ta, aut onere grauaua ; antequam emptor eius possessionem assequatur , pretium ipsum totum in aliquorum bonorum immobilium emptionem, utiliter conuertatur, cauente de euictione etiam ipso emptore, & ad id omnia bona obligante. Denturque bona inde empta domino rei venditæ. Quo factō venditio rei illius nequāquam rescindi, aut etiam impugnari possit, prætextu quarumuis obstantium dispositionum, siue etiam inutilitatis ecclesiæ, aut loci, vel personæ cuiusquam. Et insuper res illa vendita libera sit & exempta ab omnibus huiusmodi dispositionibus, prohibitionibus, & oneribus, eaque ad bona, in quæ illius premium conuersum est, sint translata. Et exinde bona ipsa dictæ venditæ rei loco maneat, eisdemque prorsus dispositionibus, prohibitionibus, & oneribus subiaceant, quibus illa subiacebat : sintque nihilominus de euictione illius emptori obligata eo ipso. Sin autem res vendita neque ecclesiastica erat, neque eiusmodi vinculis obnoxia habebatur, & qui eius dominus fuerat, venditioni ita factæ consentire velit, ac fideiussores de euictione præstare, premium illi soluatur. Quod si huiusmodi fideiussores præstare noluerit, vel etiam non potuerint, emantur ex ipso pretio arbitrio eorumdem Camerarij, & Magistrorum, vel loca montium non vacabilium, vel alia bona immobilia de quorum euictione idoneis fideiussoribus sit cautum, eaque dicto domino tradita, sint loco similis cautionis pro re vendita, donec aliter emptori idonee caueatur, & interim vendi, aut alijs alienari nullo modo possint. Verum usquequo premium, vel ex pretio alia res empta, ut præfertur, domino tradatur, pensio, quæ ex ipsis rei venditæ locatione percipi solebat, vel percipi verisimiliter potuisset, eidem ab emptore persoluatur.

16 Curent autem Camerarius, & Magistri, ut quisquis per causam ædificandi huius constitutionis fauore uti voluerit, ei ante omnia, consideratis tum ipsis, tum loci qualitatibus, summam, quam ædificando, ut minimum, impendere, ac tempus quo inchoasse quoque perfecisse debeat, propositis quas voluerint poenis prescribant. Isque ad predictum huiusmodi promittat, & se bonaque sua omnia arctissime obliget, subiturus omnino poenas ipsis nisi promissa præstiterit, omni purgatione moræ ex quocumque iure, & etiam canonica equitate competenti penitus sublata. Et nihilominus compellendus ab eisdem Camerario & Magistris vel promissa perficere, vel quæ propterea emit, & etiam illis vicina, quorum occasione emit, & in quibus se ædificatum proposuerat, loca, & domos alii ædificare volentibus, iusto pretio, sicut supradictum est, estimando, absque ullo augmento vendere.

17 Sed ne aliquorum impunitas, qui (ut accepimus) beneficio litterarum Sixti, & Leonis ac Pij Quarti dum illæ vigerent abusi, domos, & loca ex illarum dispositione acquisita infabricata adhuc retinent, aliis admittendi similia audaciam præbeat, iidem Camerarius & Magistri illos omnes qui à viginti annis citra loca aliqua ex dictarum litterarum dispositione emerunt, seque in illis ædificaturos promiserunt, nec præstiterunt, cogant ea omnia quæ tunc facere debebāt, intra spatiū sex mensū, à die præcepti eis hac de re faciendi implere : alioqui poenas præmissas ab iis exigant omnino. Et præter illas, loca eadem dominis quibus ablata fuerunt, si ipsi velint, eodem pretio quod tunc solutum fuit restitui, vel illis nolentibus, aliis qui ibi ædificaturi sint, pretio,

tio, ut supradictum est, estimando vendi compellant.

18 Cæterum poenæ omnes quas incurrent qui aduersus constitutionem hanc, seu Camerarij & Magistrorum pro ipsius constitutionis executione mandata, vel decreta admiserint, locis piis dictæ Vrbis ita applicata sint, ut illi ex locis ipsis irreuocabiliter debeat, pro quo primū pœna ipsæ post illarum incursum peritæ fuerint; ad quam petitionem, lapidis ab huiusmodi incursu triginta diebus, (nisi dicti Camerarius, & Magistri illas iam pro eorum debito exegerint) quilibet in dicta Vrbe, vel in Romana Curia Iudex ad illarum exactiōnem indesinenter procedat, donec eidem loco vere & integre persolutæ fuerint. Nullo autem dictorum locorum petente, noster in Vrbe Vicarius eas de manu dictorum Camerarij, & Magistrorum acceptas, vel eis ab ipso interpellatis negligentibus, ab corum debitoribus exactas, inter dicta loca, iuxta eorum indigentiam, arbitrio suo distribuat.

19 Nos enim ad supradicta omnia, & singula faciendum, & exequendum, inque illis, & pro illis summarie, simpliciter & de plano, solaque veritate inspecta, ac manu regia, etiam ex officio, procedendum, plenam, expeditam, liberamque auctoritatem, & potestatē, Camerario scilicet in ecclesiasticas, eisdemque & Magistris viarum predictis in laicas, ac quoad pœnas predictas Vicario, ac singulis Vrbis, vel Curię Iudicibus huiusmodi, in quacumque personas, de eadem potestatis plenitudine presentis constitutionis auctoritate tribuimus, & demandamus.

20 Decernentes eadem omnia, & singula quæ supra statuta sunt, si quando in aliquo casu de eorum sensu controversia contingat, in eam partem interpretanda esse, quæ ad Vrbis ornatum magis facere videbitur. Ac semper & ubique siue in iudicio siue extra iudicium fauorabilia censeri. Et ita ab omnibus iudicibus etiam Palatij Apostolici Auditoribus & Cardinalibus, sublata quavis aliter interpretandi, & iudicandi potestate, interpretari & iudicari debere. Et si secus fiat, fore irritum & inane.

21 Non obstantibus premisis, ac fœlicis record. Simmachi, & Pauli II. de rebus ecclesiæ non alienandis, aliisque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, legibus etiam Imperialibus, dictæque Vrbis, atque ecclesiarum, monasteriorum, & locorum religiosorum, siue piorum, ordinumque, quorum bona huiusmodi fuerint, statutis & consuetudinibus, necnon testantium voluntatibus, aliisque dispositionibus etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, priuilegiis quoque & litteris Apostolicis eisdem ecclesiis, monasteriis, & locis, eorumque superioribus, capitulis & conuentibus, seu Populo Romano, aliisque quibuscumque concessis, & quibusvis aliis Sedis Apostolicae indulgentiis, per quæ presentium executio, & per eas tributæ iurisdictionis explicatio posset quomodolibet impediri, vel tardari: quibus omnibus, eorum tenores pro plene, & integre expressis habentes, de potestatis plenitudine predicta derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

22 Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ antiquationis, abrogationis, reuocationis, sublationis, statuti, tributionis, demandatio-

dationis, decreti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotens Deus, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Romæ apud Sanctum Marcum, Anno incarnationis Dominicæ Millefimo quincentesimo Septuagesimo Quarto, Kalendis Octobris, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Cæ. Glorierius

M. Datarius.

A. de Alexiis.

Anno à Nativitate D.N. Iesu Christi Millefimo quingentesimo septuagesimo quarto, Indictione secunda, Die vero Decimaquinta mensis octobris, Pont. Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri. Domini Gregorij diuina prouidentia Papæ XIII. Anno eius tertio, retroscriptæ litteræ affixa, & publicatae fuerunt ad valas Basilicarum Ecclesiarum Lateranen. & Principis Apostolorum de Vrbe, Cancellariæ Apostolicæ; & acie Campi floræ, ut moris est, per nos Petrum Aloysium Gaytan, & Io. Guerardi Curs.

Alexander Astancollus Magister Curs.

LITTERÆ PAVLI PAPÆ III. IN fauorem seruorum libertatem in Palatio Con- seruatorum acclamantium.



AVLV S Papa III. Motu proprio &c. Nouimus, quod in hac Alma Vrbe nostra, quæ caput Ecclesiæ existit, sicut hactenus ante Christianam Religionem totius orbis sibi, & merito, caput obtinebat, ob reuerentiam Christianæ religionis a spernitutis iugū pénitus extinctū fuerit: quinimo ex causa prædicta mancipia quæq. ad sacri Senatus Cameræ Vrbis officiū, & eiusdem nostræ Vrbis Conservatores configientia, & libertatē acclamātia, libertatē consequi, veteri instituto consueverunt, ac forsitan etiā Magistratus prefati ex speciali Priuilegio Pontificali, seu Imperiali potestate mancipia huiusmodi ab aspero seruitutis nexu liberandi habeant priuilegia, quæ huiusmodi tam temporis diuturnitate, quam etiam in Vrbis direptione desperita esse potuerunt: Nos volentes dignitatem Conservatoriam predictam in premissis speciali fauore prosequi, & ambiguitates tollere, harum serie, motu, & scientia similibus de Apostolicæ potestatis plenitudine iurisdictionem, potestatem, & facultatem, per quam mancipia quæcumque sub iugo seruitutis quoquo modo obligata ad sacri Senatus Cameræ Vrbis officium, & pro tempore existentes Vrbis Conservatores, configientia, & libertatem acclamantia, per eosdem Conservatores libertate donari, & Romani ciues, liberique homines effici possint, & debeat,

rein-

reintegramus, & quatenus opus sit, de novo damus, concedimus, & gratiose impartimur, ita quod mancipia quæcumque quæ ab eisdem Conservatoriis liberata hactenus fuerunt, & in posterum liberabuntur, pro liberis hominibus, & Romanis ciibus in omnibus, & per omnia ubique habentur, teneantur, & reputentur, & tractentur, & facultatem habeant in iudiciis standi, contrahendi, & alia faciendi, sicut cæteri Ciues Romani liberi homines facere consueverunt, & faciunt, & ita ex nunc prout ex tunc, & econtra, libera esse volumus, & mandamus, ac liberamus, omni iuris cuiuslibet statuti, consuetudinum vel aliorum contrariorum rigore penitus reiecio, irritum, & inane decerneam. quicquid scienter, & ignoranter contra præsentium tenorem factum, & attentatum fuerit, & ab omnibus iudicibus tam ordinariis, quam delegatis, etiam quacumque iurisdictione fungentibus aliter iudicandi, sententiandi, & diffiniendi potestate, & facultate sublata. Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, stylo palatij, priuilegiis, indultis, statutisque etiam iuramento firmatis in specie, vel in genere editis, cum quibusvis clausulis, & derogatoriarum derogatoriis, & per quoscumque Romanos Pontifices predecessores nostros etiam per litteras sub plumbo, & cum derogationibus quibuscumque emanatis, aliisque contrariis non obstantibus quibuscumque. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores &c. pro expressis habentes, & alias latissime extenden. derogamus.

Fiat, ut petitur. A.

Et cum absolutione à censuris ad effectum præsentium & quod litteræ etiam in forma Breuis expediri possint, & obstantiæ habeantur pro expressis.

Et cum derogationibus solitis, & potestate, & facultate latius extendendis.

Fiat A.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, quinto Kalendas Iulij, Anno primo.

LITTERÆ S. D. N. D. PII PAPÆ Quinti Constitutionis super forma creandi Census.



IVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Cum onus apostolicae seruitutis obeuntes cognoverimus innumeros celebratos fuisse, & in dies celebrari censum contractus, qui nedum non continentur intra limites à nostris antecessoribus eisdem contractibus statutos, verum etiam, quod deterius est, contrariis omnino pactiōibus propter ardente avaritiæ stimulum, legum etiam diuinarum manifestum contemptum præse ferunt, non potuimus animarum,

Pp prout

prout tenemur, saluti consulentes, ac pia rum mentium petitionibus etiam satisfacientes, tam graui morbo, letiferoque veneno salutari antidoto non mederi. Hac igitur nostra constitutione statuimus, censum seu annum redditum creari, constituiue nullo modo posse, nisi in re immobili, aut quæ pro immobili habeatur, de sui natura fructifera, & quæ nominati certis finibus designata sit. Rursum nisi vere in pecunia numerata, præsentibus testibus, ac notario, & in actu celebrationis instrumenti, non autem prius recepto integro, iustoque pretio. Solutiones quas vulgo anticipatas appellant, fieri, aut in pactum deduci prohibemus. Conuentiones directe, aut indirecte obligantes ad casus fortuitos eum, qui alias ex natura contractus non teneatur, nullo modo valere volumus. Quemadmodum nec pactum auferens, aut restringens facultatem alienandi rem censui suppositam, quia volumus rem ipsam semper, & libere, ac sine solutione laudemij, seu quinquagesimæ, aut alterius quantitatis, uel rei, statim inter viuos, quam in ultima voluntate alienari. Vbi autem vendenda sit, volumus dominum census aliis omnibus preferri, eique denuntiari conditions quibus vendenda sit, & per mensem expectari. Pacta continentia morosum census debitorem teneri ad interest lucri cestantis, vel ad cambium, seu certas expensas, aut certa salario, aut ad salario, seu expensas medio juramento creditoris liquidandas, aut rem censui subiectam, siue aliquam eius partem amittere, aut aliud ius ex eodem contractu, siue aliunde acquisitum perdere, aut in aliquam poenam cadere, ex toto irrita sint, & nulla. Immo & censum augeri, & nouum creari super eadem, vel alia re in fauorem eiusdem, aut personæ per eum suppositæ pro censibus temporis vel prateriti, vel futuri omnino prohibemus. Sicuti etiam nullamus pacta continentia solutiones onerum ad eum spectare, ad quem alias de iure, & ex natura contractus non spectarent. Postremo census omnes in futurum creandos non solum re in totum vel pro parte perempta, aut infructuosa in totum, vel pro parte effecta, volumus ad ratam perire, sed etiam posse pro eodem pretio extingui: non obstante longissimi etiam temporis, ac immemorabili, immo centum, & plurium annorum præscriptione, non obstantibus aliquibus pactis directe, aut indirecte talem facultatem auferentibus, quibuscumque verbis, aut clausulis concepta sint. Cum vero traditione predicti redditus extinguendus erit, volumus per bimestre ante id denuntiari ei, cui pretium dandum erit, & post denuntiam, intra annum tamen, etiam ab inuito pretium repeti posse, & ubi pretium nec volens intra bimestre soluat, nec ab inuito intra annum exigatur; volumus nihilominus quandcumque redditum extingui posse, prævia tamen semper denuntia, de qua supra: & non obstantibus his de quibus supra, idque obseruari mandamus etiam quod pluries ac pluries denunciatum fuisset, nec vñquam effodus secutus fuisset. Pacta etiam continentia pretium census extra casum predictum, ab inuito aut ob poenam, aut ob aliam causam repeti posse, omnino prohibemus: Contractusque sub alia forma posthac celebrandos feneratiosiudicamus. Et ita illis propterea non obstantibus, quicquid vel expresse, vel

vel tacite contra hæc nostra mandata dari, remitti, aut dimitti continet, à Fisco volumus posse vendicari. Hanc autem salutiferam sanctiōnem nedum in censu nouiter creando, verumetiam in creato quocumque tempore alienando, modo post publicationem constitutionis creatus fit, perpetuo, & in omnibus seruari volumus. Declarantes pretium semel censui constitutum numquā posse ob temporum, aut contrahentium qualitatem, seu aliud accidens, nec quo ad ultimo contrahentes minui vel augeri. Et licet legem ipsam ad contractus iam celebratos non extendamus, illos tamen omnes in quos sub alia forma peruererunt census, hortamur in Dominō, ut singulos contractus censuræ bonorum religiosorum subiiciant, & animarum saluti consulant. Non obstantibus quibusvis constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, statutis, & consuetudinibus, necnon priuilegiis, & litteris etiam per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac etiam nos sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis clausulis etiam derogatoriū derogatoriis, necnon irritantibus decretis, ex quauis causa etiam per modum legis vniuersalis, aut alias quomodolibet editis, siue in fauorem vniuersitatum, communitatum, collegiorum, congregacionum, ciuitatum, & locorum concessis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro expressis habentes, quatenus directe vel indirecte præsenti nostræ constitutioni in toto, vel in parte contrariantur, specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem quod præsentes in Cancellaria, & acie Campi Flora publicentur, & inter constitutiones extrauagantes perpetuo valituras conscribantur. Et quia difficile foret præsentes ad singula quæque loca deferri, volumus, & etiam declaramus, quod earum transumptis etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, ac sigillo alicuius Prelati munitis, eadem prorsus fides vbiique adhibeat, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibita, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ prohibitionis, annulationis, statuti, mandati, iudicij, hortationis, derivationis, declarationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei. ac beatorum Petri, & Pauli. Apostolorum eius fe nouerit incursum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno incarnationis dominice, millesimo quingentesimo sexagesimo octavo, quartodecimo Kalendas Februarij, Pontificatus Nostri Anno quarto.

Cæ. Glorierius
H. Cumin.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

Anno à nativitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo nono, Indictione duodecima, die vero vigesima nona mensis Ianuarij, Pontificatus sanctissimi in Christo patris, & Domini nostri Domini Pij diuina prouidentia Papæ Quinti Anno eius quarto, retroscriptæ litteræ apostolicæ affixæ & publicata fuerunt Roma in locis retroscriptis, videlicet ad valvas basilicæ principis Apostolorum de Urbe, Cancellariæ apostolicæ, & in acie Campi Flora, per nos

Pp 2 Camillum

Camillum Cherubinum, & Christianum de Mont, prælibati sanctissimi domini nostri Papæ Cursores.

Ioannes Guerardus Magister Cursorum.

Lectiones, & publicatæ fuerunt retroscriptæ litteræ Romæ in Cancellaria apostolica, Anno incarnationis Dominice millesimo quingentesimo sexagesimo octauo, die vero Sabbati vigesima nona mensis Ianuarij, Pontificatus D. N. D. Pij Papæ Quinti Anno Quarto,

A. Lomelinus Custos.

LITTERÆ S. D. N. D. G R E G O R II

Papæ XIII. Constitutionis super Doctoribus Romanis ad lecturam in studio, seu gymnasio almæ vrbis in quacumque facultate eligendis.




REGORIVS Papa XIII. Ad perpetuam rei memoriam. Cupientes vniuersos Almæ Vrbis nostræ origine ciuium filios ad bonarum litterarum cognitio- nem, & doctrinam pro communi, & publica utilitate, dictæque Vrbis ornamento & honore paterna charitate, & Sedis Apostolice munificentia, atque liberalitate allicere, vt ipsis & etiam cæteris ad virtutem calcar honorificum, & fructuosum addatur; Motu proprio non ad aliquius super hoc nobis oblatæ petitio- nis instantiam, sed ex certa nostra scientia, ac de mera nostra liberalitate, dilectis filiis Senatu, & Populo Romano, quod ex nunc deinceps, & perpetuis futuri temporibus omnes, & singuli adolescentes, & iuuenes doctores ex patre, & auro Romæ natis Romani excedentes vigesimum secundum suæ ætatis annum, qui in studio, seu gymnasio publico dictæ Vrbis in quacumque facultate pro tempore legere voluerint, ad lecturam huiusmodi, facta tamen prius per eos coram dilectis filiis nostris S. R. E. Cardinalibus super eodem studio, seu gymnasio deputatis, ac illius Rectore, & Reformatoribus pro tempore existenti- bus vna lectione, admitti debeant, cum salario vigintiquinque scutorum quo- libet anno pro unoquoque, qui, vt præfertur, legere voluerit, apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuo concedimus, & clargimur. Necnon eisdem doctoribus, vt præfertur, qui in eodem Gymnasio munus legendi subibunt, dictum salarium annum viginti quinque scutorum ipsis, & eorum cuiilibet debitis, & consuetis in eodem studio, seu gymnasio temporibus, ac de, & ex eiusdem studij, seu gymnasij redditibus, prouentibus, vectigalibus, & aliis emolumen- tis vniuersis per eos, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, persoluendum, motu, & auctoritate similibus constituimus, & assignamus, ipsosque ad le- turam huiusmodi recipi, & admitti, ac salarium eis, & eorum singulis persolui debere, vt præfertur, decernimus. Mandantes propterea dilectis fi- liis

liis Conseruatoribus Cameræ dictæ Vrbis, ac Rectori, & Reformatoribus dicti studij, seu gymnasij, præsentibus, & futuris, aliisque omnibus, & singu- lis, ad quos id quomodolibet spectat, & pro tempore spectabit, quatenus præsentes nostras litteras recipient, & admittant, ac inuolabiliter obseruent, & ab omnibus, quos ea quomodolibet concernunt, & concernent, obser- uari mandent, & faciant: necnon doctoribus legentibus huiusmodi de dicto salario debitibus, vt præfertur, temporibus annuatim respondeant, & etiam faciant ab aliis responderi: realiter, & cum effectu: & si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritu, & inane decernimus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationi- bus apostolicis, ac studij, seu gymnasij, necnon vrbis huiusmodi iuramen- to, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegiis quoque indultis, & litteris apostolicis quibusvis superioribus, & personis in genere, vel in specie sub quibuscumque tenori- bus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis etiam motu simili ac con- fistorialiter, & aliâs in contrarium quomodolibet concessis, approbatâs, & in- nouatis, quibus omnibus etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, indiuidua, non autem per clausulas generales idem impor- tantes mentio, seu quauis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita for- ma ad hoc seruanda foret, illorum tenores præsentibus pro expressis habentes, illis aliâs in suo robore permanuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expre- se derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud San- ctum Marcum sub annulo Piscatoris, Die xij. Octobris. M. D. LXXIII. Pontificatus Nostræ Anno Tertio.

Cæ. Glorierius.



INDEX
MATERIARVM QVAE
IN VOLV MINE
STATUTORVM
CONTINENTVR.



ORDINE ALPHABETICO.

PRIMI LIBRI.



- A BSEN S extra districtum non est ad sententiā citandus , sed sufficit citasse procuratorem. cap. 52
Absentē vel infirmo aliquo ex collateralibus quis vices suas fungatur, & in quibus actibus. cap. 11
Absentes ciues in districtu habitantes quomodo cententur . cap. 56
Actor in ordinariis post litis contestationem libello sive positione nil addere potest, nisi refectis expensis. cap. 59
Actor cessans respondere positionibus rei pœnam de qua hic incurrit. cap. 68
Actio personalis eum priorem facit qui habet caulam priuilegiatam. cap. 128
Actio spolij, vide Spolij actio.
Actorum transportatio & repetito coram Capitaneo parte citata facta prœvia appellatione facit causam esse instructam. cap. 182
Adiunctus in examine si venire cessest hora deputata , solus notarius examinabit . cap. 27
Admissio productorum si & inquantum facta, disputationem ad merita reseruat, & si non erant admittenda , pro non-admissis habentur. cap. 70
Aduocati Cameræ officium. cap. 19
Aduena sive districtualis Romæ apprehensus, si citatus ad domicilium eligendum , non elegerit, procedetur per affixionem in omnibus causis, & ad sententiam inclusive, & si constituerit procuratorem, illum citasse sat erit. cap. 55
Alienatio bonorum minorum , vide Venditio.
Alimenta si per viduam petantur, quomodo, quando, & à quibus debeantur. cap. 138
Alimenta viduæ debentur etiam pendente termino ad confiendum Inuentarium. cap. 138
Alimenta si petantur per patrem à filio , vel è contrario, quomodo procedatur. cap. 140
Alimenta si per uxorem à viro petantur quomodo, & quando debeantur. cap. 139
Alimentorum causa summaria est à quocumque petantur vel debeantur. cap. 140
Alimenta semel decreta non suspenduntur per exceptionem, nisi actuali deposito facto. cap. 140
Altius tollere parietem communem socio licet. cap. 107
Apocharum exequitio quomodo petatur, vide Exequitio apocharum.
Apochæ etiam si careant tempore, loco, & partis præsentia valent & exequi debent. cap. 83
Apocha habetur pro recognita si Reus citatus illam recognoscere cesseret. cap. 84
Apostolos petens quando pro illis redire tenetur, & quando repræsentare. cap. 168. & 159
Appellare non licet in causis infra summam scutorum

INDEX LIBRI PRIMI

- scutorum decem à Senatore & Iudicibus
 tantum. cap. 96
Appellatio totam causam ad iudicem appellacionum devoluit ita vt ipse possit de tota cognoscere. cap. 167
Appellatio intra octo dies à die latè sententia interponi debet alijs deseritur. ca. 168
Appellatio iudici ad quem intra quinque dies à die appellationis interposita cum apostolis representare debet, alijs remaneat deferta. cap. 168. & 170
Appellations ab exequutionibus facti etiam personalibus non recipiuntur. cap. 169
Appellans à sententia lata super exequutione instrumenti Apochæ testamenti, laudi, arbitrij vel sententiae nisi faciat intra triduum depositum vt hic, illi renunciasset censetur. cap. 169
Appellatio ab interloquitoria an & quando admittatur. cap. 171
Appellatio ab interloquitoria quomodo & quando facto deposito audiatur. cap. 171
Appellans à sententia lata super desertione appellationis, quid agere debeat, & quomodo utriusque consulatur. cap. 176
Appellatio à sententia lata super reiectione appellationis, vide supra proxime.
Appellans à Taxatione expensarum non auditur nisi facto deposito intra triduum, & inrequisitus de quo constet in actis. ca. 173
Appellans à sententia arbitrorum quid agere debeat, & intra quantum tempus causam expedire. cap. 176
Appellans à confessione debiti seu mandati relaxatione in vim obligationis Cameralis auditur exequutione non suspensa. cap. 177
Appellations omnes ante diffinitiuam debent per Notarium causæ vel alium ipso impedito interponi, & eo casu parti intimari. cap. 172
Appellations subditorum Pop. Ro. ad Conservatores deferuntur. cap. 188
Appellations Capitanus, vide Capitanus.
Arbitri qui eligi possint in compromissis ex forma statutorum faciendis. cap. 100
Arbitri & tertius debent esse periti secundum subiectam materiam. cap. 100
Arbitri electi iuxta formam statutorum iure tenentur. cap. 100
Arratio perficit emptionem nec emptor volens artham perdere, nec reus illam redere duplicatam liberantur. cap. 173
Articuli super quibus desideratur à parte aduersa responsio non debent à Notario alteri parti ostendi. cap. 168
Articuli qui petuntur, haberi pro confessis debent esse dispositive concepti, & medio iuramento dati. cap. 168
Articulis simpliciter respondere cessans per verbum credit vel non credit pro confessio haberi debet. cap. 168
Articuli, iura, Exceptiones, & similia parte citata producta ipso iure habent pro admissis cognitione ad merita reseruata. cap. 70
Articulis medio iuramento datis alia materialium specificatio:ion requiritur. cap. 70
Articuli in summiis sunt loco petitionis, alia petitione cessante. cap. 89
Aspectus seruitus, vide Seruitus.
Assettamentum saltim ter in hebdomada congregari debet. cap. 79
Assettamenti votum in quibus articulis & causis peti possit & adhiberi debeat. ca. 79
Assettamenti votum petitum & non admissum, in quibus faciat sententiam & interloquitoriam nullam. cap. 79
- B**
- B**tones molestantes aut perturbantes ciues habentes in eorum territoriis contiguas possessiones quomodo cauere compellantur. cap. 165
Biretum viride, vide Petens.
Biretum viride non defers capi potest etiam in vim mandati, alijs contra eum relaxati. cap. 161
Bolonenum quatrenorum est quattuor. c. 195
Bonorum minorum, seu pupillorum alienatio à Curatoribus vel tutoribus cum iudicis & coniunctorum interuentu si constet alienata in utilitatem ipsorum reuocari non possunt. cap. 113
Bona subhaftata habent obligata de euictione bona debitoris. cap. 192
- C**
- C**ampana Turris Capitolinae pulsari debet ante audientiam per quartam horæ partem. cap. 57
Cameralis obligatio admittit appellationem ad

STATUTORVM VRBIS.

- ad effectum devolutiū tantum. cap. 177
Cancellature instrumentorum de partium consensu factæ ita demum probant si in margine cum testium annotatione scriptum sit. cap. 34
Canones non nisi per decem decursis annis peti possunt. cap. 159
Capitanus appellationum quomodo eligatur & quæ ad personam illius pertineant. cap.
Capitanei appellationum iuramentum. ca. 8
Capitanei appellationum iurisdictio. ca. 166
Capitanus appellationum ultra taxatas sportulas recipiens, potest ab officio remoueri, & sententia est nulla. cap. 46
Capitanus appellationum pronuntians de voto consultoris sportulas suas ordinarias habet. cap. 46
Capitanus appellationum de mane per duas horas ad tribunal sedere debet. cap. 166
Capitanei appellationum officium circa admissionem vel non appellationem, actionumque receptionem, inhibitionem, confirmationem, vel confirmationem sententiuarum. cap. 167
Capitanus appellationum causam intraprefixa tempora non terminans pœnam incurrit. cap. 167
Capitanus appellationum adhibito consultore cognoscit de causa de qua prius cognoverat si ad eum à Senatore in casu permisso appetetur. cap. 182
Capitaneo appellationum suspecto vt hic dicitur allegato consultor eligitur. cap. 185
Capitanei appellationum vacante officio Consultores appellationes recipiunt & inhibent. cap. 187
Capitanei appellationum officio vacante nulla statutaria tempora currunt. cap. 187
Capitum Regionum officia circa suas Regiones, & assistentiam Conseruatoribus per eorum Priorem. cap. 18. & lib. 3. cap. 8 vbi reliqua.
Carceratus à non habente iurisdictionem si se obligauit iuramento fecisse creditur. cap. 99
Carolenus est Bolonenorum septem cum dimidio. cap. 195
Causæ summa decem ducatorum auri non excedentes realium non possunt. cap. 41
Causæ Capitolini iudicibus & Capitaneo per Apostolica rescripta commissæ, quæ
- alijs ad Capitolinum forum spectassent, si certa procedendi forma per rescriptum tradita non sit, secundum formam statutorum cognosci & decidi debent. cap. 43
Causæ quibus feriæ non obstant. cap. 58
Causæ ordinariæ quæ dicantur & quomodo in illis procedatur. cap. 59
Causæ ordinariæ, vide Ordinariæ.
Causæ Executiæ quæ sunt, & quomodo in eis procedatur. cap. 82. usque ad 87.
Causæ summariae quæ sint, & quomodo tractentur. cap. 88
Causæ mercedum vide, Mercedum causæ.
Causæ infra summam scutorum decem per Senatorem & illius iudices appellatione remota cognoscuntur. cap. 96
Causa appellationis ex Testibus de nono reperitis si producantur iustificari potest. cap. 183
Census & tributa Cameræ vrbis debita, & census super bonis stabilibus, aut æquipollentibus constituti, & venditi non comprehenduntur sub statuto de prescriptionibus. cap. 158
Census siue annuæ præstaciones non nisi pro decem proxime præteritis annis peti possunt. ca. 159
Cessio bonorum non recipitur ad effectum beneficij cedentis nisi damna fatalia cedentes passi sint & de consensu maioris partis creditorum enumeratorum. ca. 161
Chirographarij creditores in consentiendo quod quis ad bonorum cessionem admittatur, non connumerantur nisi vt hic. cap. 161
Ciauantæ sunt illicitæ. cap. 159
Ciauantæ quomodo cognoscantur & iudicentur. cap. 153
Citatio si domi fiat, citatum non afficit, nisi copia dimissa in manibus cohabitantium, vel in ostio affixa vt hic. cap. 51
Citatio per iudicem in sequentē diem iuridicam diffundi potest. cap. 51
Citatio in intermediis sufficit, si vel contra procuratorem qui acceptauit vel principalem facta sit. cap. 52
Citatio vna die pro alia fieri debet. cap. 51
Citatio etiam aliter quam pro alia die fieri potest si mora sit periculum allatura, & id iudici videatur. cap. 51
Citationis copia dimissa, quid continere debet, & quomodo. cap. 51
QqCitatio-

INDEX LIBRI PRIMI

- Citationes per Mandatarios curiæ Capitolij in quibuscumque actis fieri, exceptis causis ab initio commissariis, quia tunc per curores fieri debent. cap. 51. & 39.
- Citati ad sententiam in causis ordinariis & postfiliis & in Executivis, & ad videndum aliquem haberi pro confessio non valeret, nisi dominus & procurator citentur. cap. 53.
- Citatio ad sententiam etiam ubi dominus & procurator citandi sint, si auctor vel reus habitent extra districtum, & Romæ non habent neque elegerunt domicilium, facta contra solum procuratorem, sufficit. cap. 52.
- Citatio ad sententiam contra eum, qui lite pendente ab Urbe recessit quomodo facta sufficiat. cap. 53.
- Citationes & relationes in scriptis quibus casibus & causis fieri debeant. cap. 54.
- Citatio contra aduenam, vel districtualem Romæ apprehensum, vt possit contra eum ad subsequentes actus procedi, quid continere debeat. cap. 55.
- Citatio per edictum Senatus contra ciues habitantes in districtu, vel ipsos districtuales quid continere debeat. cap. 56.
- Citatio non requiritur ad copiam recipientiam. cap. 60.
- Ciues & incolæ, non nisi in curia Capitolij conueniri possunt & si alibi conueniantur, & eorum declinatoria non admittatur, causa reassumitur, exceptis causis & personis de quibus hic. cap. 41.
- Ciuius ciuem vel incolam alibi quam in curia Capitolina in ius vocans (obligatione Capitali excepta) punitur vt hic. cap. 41.
- Ciues statuta ubique seruare tenentur, sicut & incolæ & districtuales. cap. 42.
- Colonus partianus in vindemiis dominum requirere debet. cap. 123.
- Collateralium absentia vel infirmitate ultra dies decem durante, quomodo prouideri debeat. cap. 11.
- Collegij Notariorum officiales quomodo, ubi, & quando, vocentur. cap. 37.
- Collegium procuratorum & Notariorum sua potest condere statuta. cap. 37.
- Compromissum amplius quam ter fieri peti non potest. cap. 100.
- Compromissum quando, in quibus causis, & inter quas personas peti possit. cap. 100.
- Communum rerum diuisio quo ordine petitatur, & à quibus. cap. 101.
- Communum rerum refectio ab altero ex scilicet peti potest. cap. 108.
- Communem rem vendere volens cōsortem requirere tenetur. cap. 110.
- Communionem rei negans articulis respondendo punitur vt hic. cap. 69.
- Communitates locoru de districtu possunt cogi ad compellendum eorum conciuem vt releuet indemnem fideiussorem sub pena. cap. 157.
- Communitates turbantes ciues in eorum possessionibus quomodo coercentur. cap. 165.
- Conductor qui per plures annos pensionem soluit dominij quæstionem reficere non potest. cap. 121.
- Confessus reputatur, qui monitus articulis respondeat, id facere cesse. cap. 68.
- Confessio articulis facta partis aduersæ absenria non vitiatur. cap. 68.
- Consentiens in iurisdictionem iudicis, causam reassumi facere non potest. cap. 41.
- Consentiens in iurisdictionem, si iurisdictione sit prorogabilis, forum declinare non potest. cap. 61.
- Conseruatorum officium circa iurisdictionem & reliqua, vide Officium Conseruatorum.
- Conseruatores de quibus syndicari possint. cap. 16.
- Conseruatores vacante Sede Senatoris pro Senatori se gerunt. cap. 17.
- Conseruatores sede Capitanei appellacionum vacante, appellations recipiunt, & inhibere possunt tantum. cap. 187.
- Conseruatores de appellationibus interpositis a subditis castrorum Populo Romano cognoscunt. cap. 188.
- Consors volens vendere rem communem, cōsortem requirere tenetur, & per certa tempora expectare debet. cap. 110.
- Consultor tantumdem pro sp̄ortulis habere debet quantum Capitaneus. cap. 46.
- Consultor Senatori quando detur. cap. 185.
- Consultor capitaneo cognoscendi in tertia instantia eligatur. cap. 180.
- Consultor Capitaneo suspectus. cap. 184.
- Consultor quando eligendus est, quo ordine, & quibus seruatis eligi debent. c. 185.
- Consultoris electi officium. cap. 186.
- Consultor

STATUTORVM VRBIS.

- Consultor electus suum consilium traditum notario, revocare non potest. cap. 186.
- Consultoris sportulæ sunt tantumdem quantum pro Capitaneo est taxatum. cap. 186.
- Constante matrimonio quomodo dos repetatur, vide Dos.
- Côlules Artium in his in quibus iurisdictionem habent formam traditam procedendi in summariis seruare tenentur. cap. 90.
- Contestatio litis in ordinariis est de forma. cap. 59.
- Contumax in opponendo declinatoria non debet remitti nisi refectis expensis. c. 61.
- Contumacia in respondendo positionibus quoque & quo prorogari possit. cap. 68.
- Conuentus pro re mobili si non satisfact, nec possideat sequestrum patietur. cap. 97.
- Conuentus ratione rei Romæ existentis vel contractus, aut delicti Romæ initi & perpetrati forum capitolinum declinare non potest, nisi in casibus excepris. cap. 41.
- Contractus illiciti, vide Ciauantæ.
- Copiam petens si cesse illam recipere intra terminum datum notario ad tradendum sibi imputetur. cap. 60.
- Credimus & profitemur sanctam Catholicam, & Apostolicam fidem, & Symbolum quo S. Romana Ecclesia vtitur. cap. 1.
- Creditores chirographarij, vide Chirographarij.
- Creditor quilibet in possessionem rei hypothecatae immitti potest adjudicationem prioribus, & posterioribus fieri debet. c. 128.
- Creditor si de iure probetur, non habetur pro respondentie. cap. 68.
- Curatores minoribus contra quos litigandum est, qua forma ad instantiam actoris deputentur. cap. 49.
- D
- D**ebitor de fuga suspectus, vide Suspecti de fuga.
- Declinatoria fori quando non admittatur: cap. 61.
- Depositum facere debet appellans in executiis alijs appellatio deferitur. cap. 171.
- Depositum ab appellatione ab interlocutoria, vide Appellatus ab interlocutoria.
- Depositum fieri debet in causis mercedum. cap. 95.
- Dilationes tres dari debent in ordinariis, si petantur. cap. 59.
- Dilatio tertia prorogatur auctori vel reo quādo altera pars in ultima dilaticne iura producit. cap. 77.
- Dilatio ad soluendam dotem data si pendeat tempore obitus alterius coniugum debetur. cap. 132.
- Diffidati non audiuntur agentes nisi satisficerint. cap. 63.
- Diffidationis exceptionem, vide Exceptiōnem excommunicationis.
- Districtus Vrbis passibus quadraginta amillibus circumquaque finitur. cap. 195.
- Districtuales, vide Ciues.
- Diuisione rerum communium. cap. 101.
- Diuisiones factæ semper ratæ esse debent; cap. 102.
- Diuisione rerum emphyteoticarum recte fit sine confensi & præiudicio domini. c. 103.
- Dominus & Procurator coniunctim quibus casibus citandi sint. cap. 53.
- Domino causæ ab urbe se absentante cum sua familia lite pendente sufficit citatio ad sententiam quo ad ipsum efficax in domo solita habitationis, uno teste præsente faciente fidem Nuntio audiuisse à vicinis ipsum ab Urbe recessisse. cap. 53.
- Domini locorum, vide Communitates.
- Donatio propter nuptias est pars quarta dotis. cap. 131.
- Donationem propter nuptias lucratur coniux superstes altero prædefuncto sine libe rris. cap. 131.
- Donationem propter nuptias lucratur vxor prædecedentibus maritorum liberis ad vsum fructum tantum. cap. 131.
- Donationis propter nuptias pactum cense tur semper appositum, nisi sit expresse à contrahentibus prohibitum. cap. 131.
- Donationi propter nuptias ita demum locus est, si dos sit soluta, sive satisfacta, aut pendeat dilatio ad soluendum data. cap. 132.
- Donatio propter nuptias matrimonio soluto per mortem, ante sex menses repeti non potest. cap. 133.
- Donationes inter virum & vxorem sponsum & sponsam non valent excepto anno lo subharrationis. cap. 135.
- Donationes inter virum & vxorem iuramento non validantur, quod dolo extortum præsumitur. cap. 135.
- Donatio
Qq 2

INDEX LIBRI PRIMI

- Donatio inter virum & vxorem siue inter viuos, siue causa mortis sine subscriptio-
ne donantis, & testium & alias propter hic non valet. cap. 149
- Donationes quae debeant insinuari quo ordi-
ne, quo modo insinuentur. cap. 150
- Donationes factae à mulieribus & minori-
bus non subsistunt nisi seruatis solemnita-
tibus de quibus hic. cap. 151.
- Dos constante matrimonio quomodo repe-
tatur, & quomodo repeti possit. ca. 129
- Dos data à fratribus de bonis propriis ad
fratres reuerti debet lucro dotali marito
reservato. cap. 130
- Dos & donatio propter nuptias non subiici-
tur statuto de præscriptionibus. cap. 158
- Dotis quarta pars, vide Donatio propter nu-
ptias.
- Dos si sit in pecunia ante sex menses per vxo-
rem superstitem reperi non potest, sed de-
betur interim ali. cap. 133
- Dos in immobilibus aut se mouentibus con-
sistens, illico soluto matrimonio restitu-
debet vxori. cap. 133
- Dotis fructus sunt taxati ad rationem septem-
cum dimidio pro centenario. cap. 137
- Dotis fructus debentur viduae post interpel-
lationem iudicialem pro dotis restitutio-
ne. cap. 137
- Dubitans ad suam professionem accedere
sibi per iudicem Marescallum aut mandata-
rium associantem dari debere, recte pe-
tet. cap. 93
- Ducatus auri est iuliorum vndecim. cap. 195
- Dux sententiæ conformes habent vim trium-
in quibuscumque tribunalibus inter ci-
ues, incolas, & Districtuales. cap. 178
- Duplum in euictiōibus debetur & stipulari
potest. cap. 120.
- E
- E**dicto Senatus qui & quomodo citerunt,
vide Citatio per edictum.
- Electiōnem habens in exequēdo realiter vel
personaliter potest de sua ad aliam viam
transire. cap. 192
- Emere nullus cogitur bona Cameræ. c. 116
- Emens bona Cameræ per Camerarium de-
fendi debet. cap. 117
- Emphyteoticæ res diuidi possunt sine domi-
ni consensu & præiudicio. cap. 103
- Emphyteota non potest questionem dominij
domino referre. cap. 121
- Emphyteoticæ res pro dote sine domini con-
sensu obligari possunt iure domini inte-
gremanente. cap. 122
- Emphyteosi per generationem finita seu tem-
por e finita renouari debet successoribus
desanguine vel agnatione. cap. 124
- Emptor pretium cogitur soluere re habita,
vel oblatæ. cap. 111
- Euictione sequuta duplum à vendente si pro-
missa sit debetur & exigi potest. cap. 120
- Exceptiones quæ possunt contra publica in-
strumenta quorum executio est petita op-
poni. cap. 82
- Exceptiones contra publica instrumenta in
exequitiis intra decem dies utiles oppo-
ni & probari debent. cap. 82
- Exceptiones quæ possint contra instrumen-
ta dotalia exequitioni mandari petita, &
intra quæ tempora opponi possint. c. 85
- Exceptiones quæ possint opponi à marito
vxori alimenta petenti, & quid agendum.
cap. 139
- Exceptio declinatoria quando, & quomodo
opponi possit. cap. 61
- Exceptiones litis ingressum impediētes enu-
merantur. cap. 62
- Exceptionem litis ingressum impedientem
opponens, eam infra quinque dies proba-
re tenetur alia poterit per iudicem ad ul-
teriora procedi. cap. 62
- Exceptiones quæ merita concernere possunt
& possunt esse dilatoria, si vt dilatoria nō
probentur ad merita censentur reservatae.
cap. 62
- Exceptionem excommunicationis aut diffi-
cationis in persona iudicis vel aduersarij
opponens per lapsum diuarum dilationum
non auditur nisi deposito facto. cap. 64
- Exceptionem noui pacti liberationis, satisfa-
ctionis, aut alibi pendentis litis opponens
post lapsum trium dilationum statutariorum
aut ad impediendam exequitionem
non auditur nisi deposito facto. cap. 64
- Excommunicati excommunicatione maiori
non audiuntur agentes nisi absoluti. ca. 63
- Exemplandi instrumenti notarij defuncti for-
ma, vide Transumptandi.
- Exequitionem publicorum instrumentorum
etiam à cessionario peti potest. cap. 82
- Exequitio instrumentorum ad instantiam
hæredum

STATUTORVM VRBIS.

- hæredum & contra hæredes concedi po-
test & debet. cap. 82
- Exequitio instrumentorum, vide Instrumento-
rum exequitio.
- Exequitio apocharum eodem modo & ordi-
ne quo instrumentorum exequitio peti-
tur & conceditur. cap. 83
- Exequitio Testamentorum fideicommissio-
rum & ultimarum voluntatum quo ordi-
ne & contra quos petatur. cap. 86
- Exequitio Sententiarum quo ordine & for-
ma petatur. cap. 87
- Exequitio laudorum quo ordine petatur.
cap. 87
- Exequitio rei iudicatae in his in quibus di-
ctum est realiter & personaliter exequen-
dum quomodo fieri debeat. cap. 193
- Exequitio iuris ordinis seruato quomodo
fit. cap. 193
- Exequitores curiæ Capitolij cauere tenen-
tur de stando syndicatu. cap. 40
- Exequitores mandata sibi tradita infra tri-
dum omni sinceritate & diligentia exe-
qui tenentur poena imminentia. cap. 40
- Exequitores sine mandato sigillato nem-
inem capere possunt, nisi in fragrantia cri-
mine repertum. cap. 40
- Expromissor, vide Fideiussor.
- Exequitorum in perquirendis reis, & de de-
lictis informantis officium. cap. 40
- Expensæ litis quo ordine, & quibus seruatis
petantur, & coram quo. cap. 194
- Extractus quando & in quibus casibus fieri
debeat. cap. 26
- Extractus cuius formæ esse debent, qua littera
scribi debet, quot dictiōibus & ver-
sibus, & quot versuum folium esse de-
beat. cap. 26
- Extractus non debet partibus commodari,
sed tantum Procuratoribus cause ad tres
vel quattuor dies. cap. 26
- F
- Factum promittens quod impleri potest,
vide obligatus ad factum.
- Fatalia in secunda instantia sunt mensum
sex à die appellationis interposita. ca. 81
- Fatalia in tertia instantia ubi contigerit est
mensum quattuor. cap. 81
- Fatalibus elapsis appellatio deserta rema-
net. cap. 81
- Fatalibus elapsis iudex ad instantiam appelle-
lati causam terminare potest & debet.
cap. 81
- Fatalia reductionis laudi ad arbitrium boni
viri, vel appellantis à sententiis arbitrio-
rum, vel etiam de nullitate dicentium sunt
mensum trium. cap. 176
- Feria in honorem Dei, & alia quibus ius
non redditur in ciuilibus ordinariis enu-
merantur. cap. 58
- Feuda quando ad suos, & quando ad extra-
neos hæredes transire possint & transeant;
cap. 125
- Feudi controversia quando, & coram quo
cognosci debeat. cap. 126
- Feudum pro dote obligari potest, non obstan-
te quod non reperiatur in uestitura, si mo-
do ut feudum per annos triginta fuerit
possesum. cap. 127
- Fideiussor petens sibi dari indemnitatis fidei-
iussore, aut se ab obligatione eximi, quo
ordine procedere debeat. cap. 94
- Fideiussor etiam si non renuncauerit bene-
ficio authenticæ præsente tacite vel expres-
se, potest ante principalem excussum con-
ueniri. cap. 155
- Fideiussor insimul cum principali uno eo-
demque tempore conueniri potest. ca. 156
- Fideiussor etiam si diu non steterit in obli-
gatione, petere potest se eximi à fideiussi-
one, vel alium indemnitatis fideiussore.
cap. 157
- Fideiussor, qui pro reo soluit nulla præscri-
ptionis exceptione iuuetur. ca. 157. & 158
- Filiæ foeminae vel mares paterno testamento
acquiescere debent, nec possunt ab hæredi-
bus patris de agnatione etiam transfuer-
fali aliquid aliud quam relictum petere.
cap. 141
- Filiæ foeminae & neptes, quas fratres sunt
parati dotare de paragio stantibus filiis
masculis vel patruis ab intestato exclu-
duntur. cap. 145
- Filiæ foeminae & neptes nuptæ & dotatae su-
perstitibus masculis ab intestato non suc-
cedunt. cap. 145
- Filiæ foeminae dotatae à patre vel auo, vel à
fratre vel patruo, vel quas una ex dictis
personis est dotare parata, nec matri nec
auia ab intestato succedunt. ca. 145
- Filiæ foeminae cum masculis in bonis mater-
nis fratris prædefuncti succedunt prout
iura

INDEX LIBRI PRIMI

- iura disponunt. cap. 146
 Filii in conditione positi censemur ad fidei-
 commissum tacite votati. cap. 142
 Filiis illegitimis quantum possit per partem
 legitimis non extantibus relinqu. c. 143
 Filiis legitimati quantum ab intestato capere
 possint stantibus legitimis. cap. 144
 Filii legitimati quantum consequi possunt
 ex testamento paterno stantibus legitimis
 cap. 144
 Filii familias nullo ex contractu etiam iura-
 to, & quo uis obligationis vinculo firma-
 to obligari non possunt, nisi in casibus de
 quibus hic. cap. 152
 Filii familias obligatio non coualescit etiam
 si paterfamilias fiat. cap. 152
 Filii familias quibus casibus se obligari pos-
 sunt, vide Filiifamilias nullo.
 Florenus constat ex bolonenis triginta se-
 ptem, & vno quarto. cap. 195
 Forma procedendi in syndicatu Senatoris &
 Iudicum. cap. 14
 Forma procedendi in ordinariis, qua non ser-
 uata processus est nullus. cap. 59
 Forma processus faciendi in causis summa-
 riis. cap. 89
 Forma procedendi coram Consulibus artiu. vide Consules Artium.
 Forma procedendi in causis interdictorum .
 cap. 91
 Forma procedendi in interdicto retinenda,
 si plures rem vnam contendant possidere.
 cap. 92
 Forma subhastationis bonorū immobilium,
 & mobilium. cap. 192
 Forma exequendi super nominibus debito-
 rum debitoris. cap. 192
 Fratres tam utrique coniuncti quam ex patre
 tantū, fratri ab intestato succedunt, exclu-
 sa matre præterquam à legitima. cap. 146
 Fratres in successione fratrum ab intestato
 sorores, & amitas etiam utrisque coniun-
 ctas excludunt etiam si ipsi sint ex patre
 tantū coniuncti defuncto, dummodo
 sint congrue dotatae, aut fratres sint eas do-
 tare parati. cap. 146
 Fraternitatem negans respondēdo articulis .
 vide Negans articulis.
 Fraudatores ad cessionis bonorū beneficium
 non admittuntur. cap. 161
 Fructus dotis, vide Dotis fructus & vide ali-
 menta.
- Fructus percepti ex pignore dotali in sortem
 non computantur nec marito nec vxori.
 cap. 137
 Funeris impensa, vide Impensa funeris.
- H
- F**æretici illorumque fautores & creden-
 tes perpetuo sunt diffidati, & bona pu-
 blicata, & hostes publici. cap. 2
 Hereditatum diuīsio, vide Communium.
 Hæreditas fratris ab intestato exclusis ma-
 tre præterquam à legitima ac sororibus ,
 & amitis fratri debetur. cap. 146
 Hypothecata res à pluribus possideri iudicis
 auctoritate potest, sed in adjudicatione is
 præferendus, qui prior, & potior. c. 128
- I
- I**gnorare respondens non habetur pro re-
 spondente. cap. 68
 Impensa funeris æs alienum dotis est. c. 136
 Impuberibus aut infantibus quomodo ad in-
 stantiam actoris curator ad eam litem de-
 putetur. cap. 49
 Incola, vide Ciuis, quia à pari procedunt.
 In integrum restitutio, vide Restitutio.
 Inhibitio Iudicis appellationū in causis nul-
 litatum sententiarum in exequitiis non
 factō deposito intra triduum nullum præ-
 stat juris impedimentum. cap. 170
 Insinuatio donationis, & iuratæ, si iuramen-
 to renunciatum sit non tenet. cap. 150
 Insinuatio debet fieri per alium notarium ,
 quam de donatione rogatum. cap. 150
 Instantia causæ vertentis coram arbitris, &
 forma statutorum electis. cap. 100
 Instantia caularum omnium ciuilium etiam
 executivarum, & summariarum coram
 quibuscumque Capitolinis iudicibus est
 biennalis. cap. 81
 Instantia perempta actor debet condemnari
 in expensis. cap. 81
 Instatia perempta iudex potest ad rei instantiam
 causam expedire. cap. 81
 Instantia incipit à die litis contestatae, vel
 pro contestata habita. cap. 81
 Instantia perempta omnia acta præsertim or-
 dinatoria fidem faciunt in quocumque
 iudicio. cap. 81
 Instantia coram arbitris perempta res adju-
 dicew

STATUTORVM VRBIS.

- dicem in suo statu redit. cap. 100
 Instrumentorum transumptorū merces quo-
 modo distribuatur. cap. 35
 Instrumentum celebratum à notario diffida-
 to vel excōmunicato non vitiatur. cap. 64
 Instrumentorum publicorum exequitio quo-
 modo, & quo ordine petatur. cap. 82
 Instrumentorum dotalium exequitio, quo
 ordine & modo petatur. cap. 85
 Instrumenta dotalia contra quas personas &
 bona, & pro quibus exequi possint, & de-
 beant. cap. 85
 Instrumenta vi vel metu extorta, vide Vi vel
 metu.
 Instrumenta debiti , & crediti non probant
 post sexdecim annos lapsos nisi in casi-
 bus . cap. 158
 Interloquitoriarum appellatio, vide Appel-
 latio.
 Interdictum causæ quomodo introducatur,
 & quo ordine in eis procedatur .
 cap. 91
 Interdictum retinendæ pluribus afferenti-
 bus se possidere quomodo introducatur,
 & expediatur. cap. 92
 Interrogatoria protestibus examinandis , si
 non detur ad primam & sequentem post
 habitam copiam articulorum, poterunt
 examinari sine. cap. 74
 Interrogatoria quocumque tempore den-
 tur, examine durante, recipi debent, &
 iuxta illos testes examinari, & interro-
 gari. cap. 74
 Iter & actus, vide Via publicæ.
 Iudicis appellationum, vide Capitaneus ap-
 pellationum.
 Iudex recipiens ultra permissas sportulas pri-
 uari debet arbitrio Conseruatorum .
 cap. 44
 Indices sedere debent ad Tribunal per horas
 duas continuas. cap. 57
 Indices post audientiam in reliquis diebus
 informantibus partibus , aures exhibe-
 re debent & mentem. cap. 57
 Indices in die qua Affettamentum præce-
 dit à curia Capitoli recessere non debent
 poena imminent. cap. 57
 Iudex in ordinariis totam causam expedire
 debet absoluendo vel condemnando pro
 ut iustum fuerit, poena illi imminent. cap.
 59
 Iudex omittens condemnare negantem re-
- spondendo positionibus filiationem , &
 reliqua ac satisfactionem ipse tenet in
 syndicatu. cap. 69
 Index inhibitus à iudice qui præuenit ad vi-
 teriora procedere non potest. cap. 61
 Indices votum in Affettamento petitio etiam
 ab altero tantum iudice gratis præbere te-
 netur, alioqui poenam de qua hic incur-
 rit. cap. 79
 Index confirmans sententiam ipse eam exé-
 qui potest. cap. 87
 Julius est bolonenorum decem. cap. 195
 Jurisdictio Capitanei appellationum, vide
 Capitanei appellationum.
 Iura producta conseruari debent à Notariis ,
 vide Notarij actuarij.
 Juramentum calumnia in causis ordinariis
 est de forma. cap. 59
 Juramentum calumnia quomodo & quibus
 præstetur. cap. 66
 Juramentum calumnia quando per procura-
 torem præstari posit. cap. 66
 Juramenti calumnia capita. cap. 66
 Juramentum calumnia si petatur à procura-
 tore etiam aduersæ partis præstari deber.
 cap. 66
 Juramenti calumnia capitula debent per
 notarium partibus iurantibus enumera-
 ri, & declarari sub poena. cap. 66
 Juramenti calumnia receptionem ab egre-
 gis , & impeditis personis etiam ex-
 tra Vibem per viginti millaria potest
 per iudicem notario committi . cap.
 66
 Juramenti testimoniū admissio fieri debet à iu-
 dice. cap. 71
 Juramentum calumnia in ordinariis non de-
 bet omitti, si ab altera partium petetur.
 cap. 89
 Juramentum litis decisum in summariis an-
 te termini probatorij præfixionem offerri
 potest. cap. 89
 Iura coram arbitris producta semper, & vbi-
 que fidem faciunt. cap. 100
 Juramentum appositum in donationibus in-
 ter virum & vxorem dolo, & metu extor-
 tum præsumitur. cap. 135
 Juramentum appositum in donationibus ,
 quietationibus, refutationibus, & pa-
 rtis de non petendo, vi & metu extor-
 tum præsumitur, nisi sint adhibitæ sole-
 nitates de quibus hic. cap. 135
 Jurame

INDEX LIBRI PRIMI

Juramentum in clauantiis præsumitur dolo extortum. cap. 153
Juramentum quo ad taxationem interesse in instrumento appositum dolo & metu extortum censetur. cap. 163
Iura de novo reperta tam publica quam priuata in secunda instantia produci possunt. cap. 183

L

LAUDORUM EXEQUATIO, vide Exequatiolaudorum:
Laudum latum ab arbitro excommunicato non vitiatur nisi Arbiter publice vitabatur. cap. 64
LASTRA VTRA tertiam partem in omnibus contractibus rescissionem parat iuramento, vt pote dolo extortum, non obstante. cap. 154
LIBELLUS, & alia in causa appellationis non requiruntur. cap. 184
LIBERATIONIS EXCEPTIONEM OPPONENS, vide Exceptionem noui pacti.
LIBRA prouisiorum est bolonenorum quindecim. cap. 195
LIS habetur pro contestata si citatus aduersarius cœlet comparere. cap. 59
LITIS EXPENSÆ, vide Expensa-litis.
LITIS PENDENTIA exceptionem opponens vide Exceptionem noui pacti.
LITIS REDEMPTORES, vide Redemptores litium.
LUMINIBUS vicinis altius extollendo offici potest. cap. 107
LUSORES ad cessionem bonorum non admittuntur. cap. 161

M

MACELLARIJ siue arrham dederint, siue animalia signauerint, emisse intelliguntur. cap. 112
MAIORES viginti annis in quolibet contractu, actu, & negotio pro maioribus viginti quinque annis habentur. cap. 47
MANDATUM de parendo, si exequatio sententiæ seu landomur petatur. cap. 87
MANDATORIUM officium. cap. 39
MANDATORIJ in manibus Conseruatorum iurate, & cauere tenentur. cap. 39
MANDATORIJ fidem citato de citatione facere

debent. cap. 39
Mandatarij pro copia citationum nihil reciperet debent. cap. 39
Mandatarij littera copias citationum & subscriptiones facere debent. cap. 39
Mandatarij tenentur cauere cum fideiustore usque ad summam centum aureorum. cap. 39
MATRICULA Notariorum penes Secretarium Conseruatorum retineatur. cap. 38
MATRIMONIUM negans respondendo articulis, vide Negans Articulus.
Menses triginta dierum singuli computantur. cap. 195
Mercedum causæ ibi cognosci debent ubi ab auctore facta est præuentio. cap. 41
Mercedum causæ quomodo cognoscantur. cap. 95
METU facta instrumenta, vide Vi vel metu.
MINORUM ad lites Curatores, vide Curatores.
MOLESTANS aliquem contra factam diuisionem cauere tenentur de non molestando. cap. 101. & 102
MONITIO iudicis partibus presentibus una die pro alia fieri debet. cap. 51
MONITORIUM de respondendo articulis sufficit ut domi dimissa copia exequatur. cap. 68
MONITORIUM in summiis est loco petitio-nis. cap. 89

N

NEGBANS articulis respondendo filiationem, fraternitatem Matrimonium, dignitatem, officium, tabellionatum, communionem, mortem vel vitam, si contrarium probetur, puniatur ut hic. cap. 69
NEGANS apocham sua manu scriptam, si contrarium probetur, poenam de qua hic incurrit. cap. 83
NEGIGENS in petendo debitum per annos sexdecim a petitione arcetur, quia satisfactus præsumitur. cap. 158
NEPTES ex filio præmortuo acquiescere debent auti testamento, & quando, vide Filiae foemine.
NESCIRE RESPONDENS non habetur pro responsible articulis. cap. 68
NOTARIJ actuarij quomodo, & cuius qualitas eligantur. cap. 21
Notarij

STATUTORVM VRBIS.

NOTARIJ actuarij per substitutum exercere non possunt. cap. 22
NOTARIORUM habitus & mores. cap. 23
NOTARIJ actuarij ad tribunal iudicis assistant, silentium prætent, absentis partis iudici partes suppleant. cap. 24
NOTARIJ actuarij iura producta conseruare tenentur. cap. 25
NOTARIJ actuarij cessantes sine causa intra biduum testes examinari, ab illa causa remouentur. cap. 27
NOTARIO actuario in examine suspecto datur adiunctus. cap. 27
NOTARIJ actuarij examinantis officium circa testium interrogationem, & descriptionem dictorum. cap. 27
NOTARIUS actuarius cessans super circumstan-tiis, & aliis de quibus hic, testes examina-re, potest à tota causa remoueri. cap. 27
NOTARIJ actuarij copias petitas dare ad primam vel ex causa intra duos aut tres dies dare tenentur, & diem traditionis in libro annotare. cap. 28
NOTARIJ actuarij ter remoti à scribedo in causis ipso iure officio priuati intelligantur. cap. 29
NOTARIJ actuarij quomodo & quando suspe-cti allegari possint, & in causa non scribant, & quid agendum. cap. 29
NOTARIUS Capitanei appellationum ea omnia seruare debet quæ alij notarij, & potest habere unum vel plures coadiutores. cap. 30
NOTARIJ non matriculati non possunt se in Urbe de instrumentis, aut testamentis, aut aliis actibus rogari, poena falsi actus inuiditate imminenter. cap. 31
NOTARIJ Archivij, & aliorum Tribunalium urbis, possunt rogari de instrumentis sicuti matriculati in matricula Capitolij. c. 31
NOTARIJ qui & quomodo in matricula defcribi possunt. cap. 32
NOTARIUS matriculatus debet nomen & signum suum in matricula describere sua manu. cap. 32
NOTARIJ protocollum instrumentorum solem niter ut hic facere tenetur annis singulis, & presentare proconsulibus. cap. 33
NOTARIUS rogatus antequam de loco recedat substantiam actus, testium nomina & locum describat. cap. 34
NOTARIJ si insolidum quod in dubio presumatur, sint rogati antequam de loco discedat vnuis alterius notam describere debet, & reliqua hic contenta implete. cap. 34
NOTARIJ publica instrumeta ab eis rogata intra octo dare tenentur. cap. 34
NOTARIUS instrumenta etiam de partium consensu cancellata nullo modo de protocollis deleant, sed ea petentibus ut faciat dent publicata. cap. 34
NOTARIUS testium iuramenta non exigens saltem tempore examinatis, punitur ut hic. cap. 71
NOTARIUS testes interrogare debet de circumstantiis etiam non datis interrogatoriis, & quandcumque dentur tenetur illos recipere. cap. 74
NOTARIUS causæ debet se de voto assentamenti rogare. cap. 79
NOTARIUS Capitanei appellationum. cap. 166
NOTARIO de donatione subscripta rogato, licet donationem publicare modo de quo hic. cap. 149
NOUAM CONVENTIONEM OPPONENS, vide exceptionem noui pacti.
NOUAI OPERIS NUNCIATIO, vide Nunciatio.
NULLITATEM PRINCIPALITER deducens coram Capitaneo, si concernat sententiam in executiuis latam non auditur, nisi facto deposito ut hic. cap. 170
NULLITATIS CAUSA principaliter in iudicio deducta coram Capitaneo per actorum transportatione iustificata censetur. cap. 189
NULLITATIS CAUSA principaliter intentata inhibetur, & inhibitum censetur sine præiudicio legitimæ exequitionis. cap. 189
NULLITATIS CAUSA expediri debent intra communem instantiam. cap. 189
NULLITAS SENTENTIA post annum, neque agendo, neque replicando deduci potest. cap. 189
NULLITATEM LAUDI Arbitratoris sententie Arbitri deducentis, vide Reductionem laudi.
NULLITAS VNIUS, & eiusdem sententiae, non nisi semel principaliter deduci potest, etiam si ex diuersis capitibus prætendatur. cap. 189
NULLITATEM CUM APPELLATIONE deducens, si sentia fuerit confirmata, ulterius super illius sententiae nullitatem non auditur. cap. 190
NUMERUS TESTIUM est septem super quali-
ties eligantur.

INDEX LIBRI PRIMI

bet articulo. cap. 73
Nunciatio noui operis, quo ordine
cognoscatur, & terminetur. ca-
pit. 148

O

OBLIGATIONES Camerale ibi
exequi debent, vbi ab actore fa-
cta est praeuentio, inter Capitolium
scilicet, & Auditorem Cameræ.
cap.

Obligatus ad factum, si factum ad-
implere potest præcise tenetur, alias
arbitrio iudicis ad interesse, saluis
his, quæ de vendente dicta sunt.
cap.

Obligatus ad factum appellans in ex-
equitius, quid deponere debeat
cap.

Officium syndicatorum Senatoris, &
iudicum, vide Syndicorum Senatoris.

Officium Conseruatorum circa Ciuitates,
opera publica, custodiam antiquitatum,
& ecclesiarum, ac collationem officiorum,
& de eorum iurisdictione, & reli-
qua. cap. 15

Officium capitum regionum circa regimen
sua Regionis, & assistentiam Conser-
uatorum, vide Capitum Regionum offi-
cium.

Officium Aduocati Cameræ, vide Aduo-
cati.

Officium Procuratoris Cameræ, vide Pro-
curatoris Cameræ.

Officium Notariorum Actuariorum, vide
Notarij Actuarij.

Officium negans respondendo Articulis, vi-
de Negans.

Officio Notariorum. cap. 34

Ordinariae causæ dicuntur vbi de summa aut
re valorem vigintiquinque ducatorum au-
ti excedente agitur, nisi aliud obstat.
cap.

P

Actum de quota litis prohibitum, & pu-
nibile. cap. 118
Pacta de non petendo, facta à minori-
bus, & mulieribus quando valeant.
cap. 151
Pacifcens cum altero ex debitoribus pro par-
te debiti consequenda, censetur idem pa-
ctum cum reliquis debitoribus ex ea cau-
sa fecisse. cap. 162
Pariet communis licet trabem immittere,
& eum altius tollere, etiam si vicini lumi-
nibus officiantur. cap. 107
Parietis communis refectio, vide Commu-
nium rerum.
Pater naturalis, quantum possit illegiti-
timis relinquere, vide Filiis illegiti-
timis.
Poenæ conuentionales eo vsque peti possunt
quatenus interfit iuramento iudicis taxa-
tione præcedente, exceptis casibus hic ex-
pressis. cap. 163
Pensiones domorū, aut Prædiorum pro-de-
cem proxime præteritis annis tantum pe-
ti possunt. cap. 159
Personalis exequitio, vbi juris forma seruan-
da est, nisi prius constet non esse mobilia
vel immobilia fieri non potest, ut hic.
cap. 193
Petens se admitti ad cessionem bonorum in-
teriorum biretum viride deferre tenetur.
cap. 161
Petens se ab eo quo fideiusserrat, à fideiu-
sione eximi, quo ordine procedere de-
beat. cap. 94
Petitio in scriptis in ordinariis dari debet.
cap. 59
Pignus prætorium quo ordine vendi debeat:
& quæ forma seruanda sit. cap. 192
Pignus conuentionale rei immobilis quo-
ordine quibusue seruatis vendi debeat.
cap. 192
Pontis communis refectio, vide Com-
muniuum.

Pontes

STATUTORVM VRBI'S.

Pontes publici vel priuati occupari non pos-
sunt. cap. 105
Possessio bonorum defuncti testati, vel in-
testati in suos tantum hæredes continua-
ta intelligitur. cap. 147
Præscribitur spatio annorum sexdecim
omne debitum etiam hypothecarium,
nisi de judiciali vel extrajudiciali inter-
pellatione doceatur, exceptis certis ca-
sibus. cap. 158
Præsumptio solutionis contraria præscri-
ptione tollitur. cap. 158
Præueniens iudex in cognitione, ipse cau-
sam terminare debet. cap.
Præueniens iudex in cognitione, ipse cau-
sam terminare debet. 61
Primus Collateralis quomodo eligatur,
& quæ ad eius personam pertinent.
cap. 4
Primi Collateralis iuramentum. capi-
tul. 8
Primi, & Secundi Collateralis officium.
cap. 9
Primus Collateralis si ægrotet vel absit quid
agendum. cap. 11
Primus & Secundus Collateralis non pos-
sunt se absentare sine licentia Conserua-
torum. cap. 11
Primus loco Secundi absensis, vel ægroti
sedens, vel contra, quæ decreta valeat
interponere, & quæ non. capitu-
lum 11
Primo, vel Secundo Collaterali suspecto,
quomodo, & quando prouideatur.
cap. 12
Priuilegia transumptandi aliter quam ex
statuto, omnia sunt sublata. capitu-
lum 36
Priuilegiatus in foro, qui ab initio de-
claratoriam non opponit, non remit-
titur, nisi refectis expensis.
cap. 61
Processus in causis summiariis forma.
cap. 89
Procuratoris Cameræ officium. capi-
tul. 19
Proconsules quomodo, & quando creentur,
vide Collegij Notarij.
Proconsules, & Correctores de differen-
tiis veientibus inter Notarios, etiam
alios de rebus ad eorum officium spe-
cialibus cum Senatore, vel altero ex
Collateralibus cognoscunt in casibus
non decisis per statuta.
cap. 38
Procurator minoribus à iudice certo casu
dari potest. cap. 48
Procurator quando ad respondentum arti-
culis admittitur. cap. 68
Producta iura, articuli, & cæt. cen-
tentur ipso iure admissa, parte citata, &
cognitio ad merita referuata: ca-
pit. 70
Producens iura in ultima dilatione, non
priuat aduersarium quo minus habeat,
& ipsæ terminum ad replicandum, &
se defendendum. cap. 77
Prothonotarij officium. cap. 20
Prothonotarius coadiutorem habere potest.
cap. 20
Prothocollorum Notariorum forma. ca-
pit. 33
Prothocolla Notariorum defunctorum scri-
pturæ & abbreviaturæ, quomodo, &
apud quos custodiantur.
cap. 35
Prospectus seruitus, vide Seruitus.
Proxenetæ Ciauantiarum puniuntur.
cap. 153
Prouisinus est quatenorum trium. ca-
pit. 195
Publicatio testium, vide Testium publi-
cationis.
Pupilli diuisionem rerum communium pe-
tere possunt. cap. 105
Pupillorum bona, vide Bona mino-
rum.
Paeti communis refectio, vide Commu-
niuum.

R. 2. Quicq.

INDEX LIBRI PRIMI

Q

Q Vietationes factae à mulieribus non valent, nisi seruatis seruandis. cap. 111

R

R Eassumi non possunt quæ cause, cap. 4r Reconuentio ad hoc, ut pari passu procedatur, fieri debet ante litis contestacionem, vel habitam pro contestata, cap. 67 Recognitio instrumentorum, & aliarum publicarum scripturarum, sufficere fieri per duos testes, qui scripturam recognoscant, etiam si subscriptioni praesentes non fuerint. cap. 84

Recognitio apocharum per tres testes facta, etiam si illi praesentes non fuerint scripturæ, sufficit. cap. 84

Recognitio instrumentorum & apocharum etiam per comparationem litterarum, iuris forma seruata fieri potest. cap. 84

Reductionum laudi ad arbitrium boni viri petens, aut de nullitate dicens quid, & intra quantum tempus facere debeat. cap. 178

Redemptores litium qui dicantur & quomodo punientur. c. 118

Refutationes factæ à mulieribus, & minoribus non subsistunt, nisi seruatis solennitatibus, de quibus hic. cap. 151

Relatio verbalis nuntij quibus casibus sufficiat cap. 54

Relatio nuntij in scriptis quando, & quibus casibus fieri debeat. c. 54

Reintegrandi sunt locatores & domini ad possessionem etiā si emphyteota, aut conductor neger. c. 121

Remoti notarij, vide Notarius actuarius remotus.

Rescripta in causis quæ de foro Capitolino sunt formata procedendi, aut decidendi non alterant, si in rescripto forma data non sit. c. 43

Responsum habere ab adversario suis articulis desiderans, vide Articuli.

Restitutio in integrum principaliter intentata, habet processum prout in ordinariis. c. 50

Restitutio in integrum aduersus duas conformatives, aut rem iudicaram principaliter pe-

tita, non impedit exequutionem, quonia illa sine præiudicio legitimæ exequutionis facta cenetur, nisi in casu, ut hic. cap. 50

Restitutione in integrum petitia proceditur summarie. cap. 50

Restitutio in integrum incidenter petitia superceditur in exequutione per dies viles decem, qui prorogari poterunt ad alios quinque, quibus elapsis iudex ad vteriora procedere debet. cap. 50

Rerum communium diuisio, vide Communium.

Res ad longum tempus conducta pro dote & donatione propter nuptias obligari post sine dominii consensu domini iure ille so remanente. c. 122

Retinenda interdictum, vide Interdictum retinenda.

Reus si vult responsum dari suis articulis, ab actore petere potest. cap. 68

Reus si contumax sit in recognoscendo apocham manu sua scriptam, illa habetur pro recognita. cap. 84

Rogatoriae litteræ pro testibus extra dictum examinandis. cap. 76

S

S Atisfactionis exceptionem opponens vi de exceptionem noui pacti.

Satisfactionem aut solutionem negans articulis respondendo si contrarium probetur, punitur. cap. 169

Scientes se soluendo non esse, & debita contrahentes ad cessionem bonorum non admittuntur. cap. 161

Scutum est iuliorum decem. cap. 195

Secundus Collateralis quomodo eligatur, & quæ ad illius personam pertinent. cap. 6

Secundi Collateralis iuramentum. cap. 8

Secundi Collateralis officium. cap. 9

Secundus Collateralis si absit, vel ægrotet, quid agendum. cap. 11

Secundo prouocare in vna eademque causa nemini licet. cap. 178

Senador in primo edicto hereticos dissidentes & eorum bona publicata declarare debet cap. 2

Senador quomodo eligatur, & quæ ad eum pertinent, & de illius salario. cap. 3 Senatoris

STATUTORVM VRBIS.

Senatoris iuramentum.	cap. 7	non sit subiecta statutis.	cap. 44
Senator quomodo, & quando, ac de quibus syndicetur.	cap. 13	Sportulae in causis mere commissariis quomodo & quando debeat, & deponantur.	cap. 44
Senatoris officio vacante, Conseruatoris loco Senatoris sedeant.	cap. 17	Sportulae Iudicum quando debentur, quæ, & pro quaenam summa debeat.	cap. 45
Senator quando ad eum appellatur à Capitaneo in casu permisso, si sit is, aut eius collateralis, qui primam sententiam tulit, consultor eligitur.	cap. 180	Sportulae Capitolij Appellationum quæ sint.	cap. 46
Senator in appellationibus ad eum à Capitaneo denoulatis, quando illa Capitolij fuit vñica vel prima ut iudex appellationum de causa cognoscit, & in omnibus, & per omnia procedit.	cap. 181	Sportulae non debentur in causis pauperum, & miserabilium personarum, ac mercedis.	cap. 46
Senator sportulas indebitas recipiens priuari potest arbitrio Conseruatorum, facto verbo cum Sanctissimo.	cap. 44	Statuta vrbis inter ciues, incolas, & distrituales, Primo, Secundo ius ciuale, Tertio ius canonicum seruandum est.	cap. 42
Sententia lata à iudice excommunicato nisi publice vitabatur non vitiatur.	cap. 64	Statuta omnia artificum dætes formam procedendi ali ter quam per generalia statuta in summariis caſſantur.	cap. 90
Sententia absque voto petiti Assentamenti, nulla est.	cap. 79	Stilus quomodo probetur.	cap. 75
Sententia confirmata, à iudice confirmante exequi potest.	cap. 87	Stilicidia siue canales proiicientes aquam pluviam, iuxta alicuius ianuam haberi non possunt, nisi de servitute constet.	cap. 106
Sententiarum executio, vide Executio sententiarum.		Subhaftatio, vide Forma subhaftationis.	
Sententia lata super reiectione appellationis, aut super desertione appellationem certis modis admittit.	cap. 176	Summariarum causarum cognitionis est summaria.	cap. 88
Sententia Syndicorum vñica rem facit iudicatam, vide Syndicorum sententia.		Summaria cause quæ sint, & quo ordine in eis procedatur.	cap. 88
Sententia quæ non est conformis cum prima, appellationem admittit.	cap. 180	Suspecti de fuga quomodo, & quando capi possint, & cuius sumptibus.	cap. 98
Sententia Capituli, si sit vñica vel prima, applicationem ad Senatorem recipit. c. 179		Suspecti existentibus Collateralibus, quomodo prouideatur.	cap. 12
Sequestratur res mobilis petita, si possessor non possideat, vel caueat de non barattando, & de exhibendo.	cap. 97	Suspectus de fuga, & captus, quandcumque auerit de stando iuri & se representando, liberandus est.	cap. 98
Seruitus aspectus impediri non potest. c. 104		Syndici Senatoris, & familiae, quomodo eliantur, & cuius qualitatis esse debeant.	cap. 13
Societatem negans respondendo articulis, vi de Negans.		Syndicorum Senatoris, & iudicium officium.	cap. 14
Societas diuisio ab altero ex Sociis peti potest, vide Communium.		Syndicorum sententia appellationem non habet.	cap. 16
Soluto matrimonio intra quantum tempus dos, & donatio propter nuptias soli debet.	cap. 133	Syndicorum sententia appellationem non habet.	cap. 175
Sorores fratribus non succedunt ab intestato, si fratres adsint, vide Fratres.		Sententia diffinitiva omnes incidentes quæstiones absorbet.	cap. 70
Spolijs &c. spatio triginta annorum tollitur, nisi de spolio cū violentia doceatur. c. 160		T	
Sportulae ab ordinariis non recipiuntur, etiā si iurisdictio excitaretur, vel alteraretur, nisi inter personas quarum saltem altera		Tempora dandarum, & recipiendarum copiam in dilationibus non computatur.	cap. 60
		Tēpus redeundi pro apostolis est dieū quinque à die interpositæ appellationis. c. 168	
		Tempora	

INDEX LIBRI PRIMI

- Tempora ad appellandum, redeundum pro apostolis, representandum appellationem ad judicem ad quem, depositi, & sequenti faciendo, vbi eis locus sit, & reliqua exceptis fatalibus in omnibus instantiis sunt conformia. cap. 181
 Tempora à die petitionis consultoris usque ad diem illius acceptationis in fatalibus non computantur. cap. 185
 Terminus, vide Tempus.
 Terminus ad dicendum contra rescriptum est ad primam diem post habitā copiam, & si opponatur quid legitime, est ad probandum dierum duorum. cap. 61
 Terminus ad probandum opposita contra rescriptum Apostolicum est dierum duorum utrum datus ab hac lege. c. 65
 Terminus ad dandum interrogatoria, vide Interrogatoria.
 Terminus ad opponendū contra testes post publicationem petita in summarīis est iudicis arbitrio. cap. 78
 Terminus ad opponendum, & probandum contra publica instrumenta, quorum est exequatio perita, est peremptorie etiam ad probatum habendum, & sine iudicantis ministerio currit. cap. 82
 Termino iuris sive apostolorum pendente, nihil debet innouari, aliás attentatur. cap. 167
 Terminus iuris datus à iudice appellantē est dierum quinque. cap. 168
 Tertius arbiter ab initio in compromissis ex forma statutorum faciendis eligi debet. cap. 100
 Testamentorum exequatio, vide Exequatio testamentorum.
 Testamentum patris, vel aui semper attendendum est à filiis nepotibus, & agnatis, etiam de linea transuersali institutis. c. 141
 Testes affuturi aut infirmi, si notarius causae sit impeditus, per alium Notarium iudice mandante examinari poterunt. cap. 27
 Testes producti, seu nominati habentur pro iuratis, dummodo tempore examinis in manibus notarij iurent. cap. 71
 Testes si non iurauerint, non probant. cap. 71
 Testis de collegio, non probat pro collegio, nisi sit persona grauis & nullum particula re habeat interesse. c. 72
 Testis de communitate diffidata non repellitur à testimonio pro alio exhibendo. cap. 72
 Testes ultra septem super quolibet articulo recipi non possunt. c. 73
 Testis extra districtū examinari petens, quid implere teneatur. cap. 76
 Testium publicatione petita terminus dierum quinque utrum in ordinariis, & executiis ad opponendum, & opposita probandum, ipso iure currit. cap. 78
 Testes examinati coram Arbitris sine interrogatoriis partis, debent repeti, si petatur cum interrogatoriis expensis petentis coram iudice. cap. 100
 Testes de novo reperti, tam super nouis, quam antiquis articulis induci, & examinari possunt, dummodo pars iuret de novo reperiisse in secunda instantia. cap. 183
 Testes examinati aut diffidati in instrumento adhibiti, non vitiant instrumentū. c. 64
 Testes examinati coram quibusvis arbitris, parte citata, semper & ubique fidem faciunt. cap. 100
 Transumptorum instrumentorum merces, vide Instrumentorum.
 Transumptandi sive exemplandi instrumenti notarij defuncti forma. c. 36
 Tresdecim & vigintisex Consiliarij creandi: cap. 18
 Tributa Cameræ Vrbis, vide Census:
 Tutores, & curatores possunt dari à quolibet Capitolino iudice petentibus, ut hinc. cap. 48

V

V Endita re duobus, illa præualet venditio per quam primo vere vel ficte possessio tradita est. cap. 109
 Vendens rem duobus, poenam quinquaginta aureorum incurrit. cap. 109
 Vendor rem tradere tenetur pretio soluto vel oblatō, & præcise cogi potest, aliás ad duplum tenetur. cap. 111
 Venditio bonorum pupillorum, seu minorum, quibus concurrentibus valeat. c. 115
 Vedor tenetur facere ut empitor libere possideat, & molestias facere consentire, aliás tenetur, et lité pendente pretium si maluerit actori soluere vel cauere. c. 119
 Venditiones

STATUTORVM VRBIS.

- Venditiones facte à ciuibus bonorum immobilium propter molestias illatas à baronibus vel communitatibus quomodo rescindantur. cap. 165
 Vestimenta lugubria quæ, quomodo, & de quibus bonis superstiti coniugi debeantur. cap. 136
 Vi vel metu facta instrumenta quomodo & quando rescindantur. cap. 99
 Vis vel metus adhibita in obligando vel liberando per quinq; viros idoneos testes dependentes de publica fama probatur. c. 99
 Viæ vici niales in rusticis prædiis debent esse palmarum decem Senatus, nisi aliter sit conuentum. cap. 105
 Viæ publicæ à quoquam occupari non possunt. cap. 105

Votum in Affettamento pro causis crimina libus faciendo gratis ab aliis indicibus dari debet. cap. 80

Votum per corruptelam traditum facit sententiam nullam tam in civili, quam in criminali. cap. 79. & 80

Vxor decedens de qua parte dotis stantibus liberis disponere possit. c. 134

SECUNDI LIBRI.

A



- B S E N T E S ab Urbe quomodo in accusati nobis citetur, vide Formula citationis.
 Accusati vel inquisiti confitentes delictum, torqueri non possunt. cap. 13
 Accusare nemini licet, nisi suam aut de quibus hic iniuriam prosequatur, aut in casibus de quibus hic. cap. 1
 Accusationis libellus sive scriptura quid continentur debat. cap. 2
 Accusati de delicto comparentes, quando in carceribus retinere debent, & quando fideiussoribus committi. cap. 2
 Accusans aliquem de delicto capitali non ante audiendus est quam cauerit soluere quingentos aureos si in accusatione succuberit. cap. 3
 Accusans de delicto supra capitalem poenam, quomodo cauere teneatur. cap. 3
 Accusans aliquem eo ipso quod accusatus est absolutus, ipse ad poenam condemnatus censetur. cap. 3
 Accusans destituens accusationem, aut eam aboleri petens, poenam iuris incurrit, exceptis casibus hic enumeratis. cap. 4
 Accusatæ mulier, vide Mulier.

Accusati vel inquisiti de aliis criminibus, quam hic expressis, torqueri non possunt ante formatam inquisitionem, & aliæ prout hic. cap. 13

Accusati vel inquisiti confitentes delictum, torqueri non possunt. cap. 13

Accusans debet se in accusatione subscribe, & de calumnia iurare. cap. 2

Accusans falsarios monetarum præmiatur. cap. 44

Accusare de vi mulieri nuptæ vel innuptæ, intra quantum tempus liceat. cap. 53

Accusator quartam poenam pecuniariæ consequi debet. cap. 83

Accusationes à professoribus coepras iudices prosequitentur. cap. 84

Aduocatos Vrbis iniuriosis offendens ratione officij, quomodo puniatur. cap. 41

Adulterium cum incestu committens cum muliere eum attinente usque in quartum gradum, de iure Canonico inclusu computandum, igne cum muliere punitur. cap. 50

Adulterium cum muliere honesta committens qualiter puniatur. cap. 50

Adultera mulier honesta quomodo puniatur. cap. 50

Adulterium simplex non nisi per accusationem cognosci

INDEX LIBRI PRIMI

cognosci potest, quæ fiat à viro, patre, filio, & germano fratre mulieris. cap. 50
 Album diffidatorum quomodo, & quando in publicum edi debeat, & quam fidem faciat. cap. 15
 Alapa ex proposito aliquem percutiens qua poena puniri debeat. cap. 67
 Aggressores, & primi offensores grauius puniuntur. cap. 62
 Aggressor quilibet impune cum armis auxiliū ferre potest. cap. 62
 Aggressor durante confliktu impune ab aggresso, & sociis offendit potest. c. 62
 Aggressores ad domum de die, vel de nocte cum armis, puniuntur ad mortem. cap. 62
 Aggrediens aliquem cum armis vel sine die, & extra domum, si delictum non sequitur, siue sit solus, siue associatus, qua poena ipsi & socij puniantur. cap. 62
 Appellare non licet à sententiis paceriorum. cap. 85
 Arbitri testes contraria deponentes Senatori denuntiare tenentur. cap. 47
 Arbitrium Senatoris, vbi cessant similia, quo usque se extendi possit. cap. 89
 Archibusij ad rotam minoris summa deserri aut retincri non possunt, poena læsa maiestate imminentia. cap. 75
 Armatorum collecta tumultuosam facientes qua poena puniantur. cap. 34
 Armatorum collecta tumultuosa quando facta intelligantur, à quo hominum numeri, & de poena. cap. 35
 Arma ad domos brigolorum deferri prohibitum est sub poena. cap. 40
 Arma siue insignia alicuius ad ignominiam corrumpens, qua poena puniatur. cap. 73
 Arma defensiva neque offensiva à nemine per urbem deferri possunt, nisi à personis hic enumeratis. cap. 75
 Arma defensibilia deferendi licentia datur illi, cui securitas de nō offendendo ab aduersario negatur. cap. 29
 Arundine aliquem percutiens ad ignominiam, vide percutiens.
 Aures pro auribus quando amputentur: cap. 64

B

B Anditi, vide Diffidati.
 Bastone aliquem ad ignominiam percutiens, vide Percutiens.
 Barba alicuius apprehensa. cap. 70
 Barones receptantes fractorem pacis post diffidationem, quomodo puniantur. cap. 25
 Birruarij blasphemantes acris puniri debent. cap. 42
 Blasphematores, qua poena puniantur. cap. 42
 Bona fumentum vindictam cum homicidio in innocuos publicantur & diuiduntur ut hic. cap. 33
 Bona confiscata pro homicidio, quomodo inter Cameram, & agnatos diuidantur: cap. 17
 Brigosi quos domi retineri armatos possint, & quando. cap. 38
 Brigoli non permittentes exequutores perquirere per eorum domos, qua poena puniantur. cap. 39
 Brigosi ab amicis consanguineis, & viciniis visitari non prohibentur, si ex charitate hoc faciunt. cap. 40

C

C Adere faciens aliquem in terra, vel de aliquo animali, qua poena puniatur: cap. 70
 Capillos alicui apprehendens: cap. 70
 Capillos mulieris abscondens siue fit honesta, siue meretrix. cap. 70
 Capi possunt ab initio rei inquirendi ante formatam inquisitionem. cap. 26
 Capita Regionum tenentur singulis tribus mensibus iussu Senatoris & Conseruorum suam regionem recensere, vt ignavia inertis iuuentutis corrigatur, & iuuenes monere. cap. 87
 Capparū raptore, supra Raptore nocturni.
 Cauere de non offendendo cessans, qua poena puniatur. cap. 31
 Cauere de non offendendo recusans minas intulisse, si id allegetur, à praesente presumitur. cap. 31
 Cauere tenetur accusans, vide Accusans.
 Carcerem priuatum exercens, qua poena puniatur, & per quæ tempora. cap. 56
 Citationis

STATUTORVM VRBIS.

Citationis forma in accusationibus, vide Forma citationis.

Citationis forma contra inquisitum absensem, vide Forma citationis.

Collecta armatorum, vide Armatorum.

Communitas receptans delinquentes, quomodo puniatur. cap. 37

Communitas tenetur cogere ibi habitantem ad cauendum de non offendendo ciuem, vel incolam sub poena. cap. 30

Communitates, & domini castrorum de iniuriis illatis nuntiis, & mandatariis tenentur. cap. 32

Communitas consentiēs quod suis ciuis Papae rebelletur, vel Populo, quomodo puniatur. cap. 43

Communitas receptans, aut sciens falsam monetam cudi, qua poena puniatur. c. 44

Communitas terminos mouens, vide Terminos.

Communitas vim expulsiam contra ciues committens, qua poena puniatur. cap. 77

Communitas prohibens directe vel indirecte ciuem de bonis suis immobilibus percipere, qua poena puniatur. cap. 77

Communitas vel Baro expellens exequutorem, qua poena puniatur. cap. 41

Concubinam retinens maritus per Senatorum separatur, & cauere cogitur, vt hic cap. 54

Congregatio pro statutorum obseruatione singulis mensibus per Conseruatores conuocatis, qui in consiliis secretis interueniente solent, fieri debet poena imminentia. cap. 88

Consanguinei offensorū quomodo, & quando inter se securitatem præstare teneantur. cap. 29

Conseruatores & Senator studere debent, vt signari iuuenes corriganter, vide Capita Regionum tenentur.

Constituens se in carceribus infra annum non obstante diffidatione, & sententia, auditur intra terminum sibi præfixum. cap. 14

Corrigere familiam suam, quando & quibus liceat. cap. 86

Cornua proficiens, vide Stercora.

Corrumpe iudicem, affessorem, vel notarium, qua poena puniatur. cap. 60

D

D Enuntiator quartam partem poenæ pecuniarie consequi debet. cap. 83
 Denuntiari, & per denuntiam non procedi in quibus casibus possit, vide Inquisitio. Deū aut Santos blasphemans, vide Blasphematores.

Digitō uno vel duobus abscessis, quomodo abscondens puniatur. cap. 64

Diffidato capitaliter, si intra annum sponte se constituerit, terminus ad probandum innocentiam vel nullitatē dari debet. c. 14

Diffidati pro poena capitali impune offendit possunt. cap. 16

Diffidati pro causa non capitali nec ad mortem, nec in minimo offendit possunt. c. 16

Diffidati etiam capitaliter, postquam ad manus curiae deuenerunt, offendit non possunt. cap. 16

Diffidati civiliter vel citra mortem, quando possint in iudicio ciuali, vel criminali esse. cap. 16

Diffidati pro ciuali vel criminali causa ad ali quod officium admitti non debent. c. 16

Diffidata Communitate, clerici, religiosi, pupilli, & mulieres diffidati non cententur. cap. 18

Domus homicidarum sumendo vindictam certo casu, de quo hic diruntur. cap. 33

Domus homicidae dirui non debent. cap. 17

E

E Nsem occultum bordoncellum deferens, qua poena puniatur. cap. 75

Exequutores impediens aut offendens exequendo, quomodo puniatur. cap. 41

Exequutores omnes Paceris obedire, & eorum mandata exequi tenentur. cap. 85

Expendentes vel erogantes falsam monetam, quomodo puniuntur. cap. 45

Extimatio iniuriarum, quando civiliter fieri possit. cap. 74

F

F Aciem alicuius aggrediendo vulnerans, qua poena puniatur, vide Vulnerans.

Facies hominis, quæ esse intelligatur ad effutum puniendi percutientē in facie. c. 64

Falsam monetam cudens ultimo suppicio sibi puniri

INDEX LIBRI SECUNDI

- puniri debet. cap. 44
 Falsi testes quomodo puniantur. cap. 46
 Falsa instrumenta, vel priuatas scripturas fabricans aut fabricari mandans, qua pena puniatur. cap. 48
 Famulos libellos, vide Libellos famulos.
 Familiam corrigerere, vide Corrigere familiā.
 Ficū faciens alicui, qua poena puniatur. c. 70
 Fideiussio de non offendēdo, vide Securitas.
 Filij in parentes delinquentes, parentum arbitrio puniri debent, & parentum voluntas per Senatorem exequi debet. cap. 78
 Forma accusationis, & modus procedendi in accusationibus. cap. 2
 Forma citationis in accusatione criminali. cap. 2
 Forma procedendi per inquisitionem. cap. 6
 Forma citationis cōtra inquisitū absētē. c. 6
 Forma citationis ad sententiam contra accusatum vel inquisitum. cap. 6
 Forma procedendi contra cessantem cauere de non offendendo. c. 29
 Forma citationis in accusationibus contra aduenām, & districtuales, qui forum Roma fortuntur. cap. 2
 Franchitiae prohibitæ. cap. 39
 Fugans aliquem cū armis qua poena puniatur. cap. 69
 Fures quomodo pro primo, secundo, & tertio furto puniantur. cap. 59
- H
- H**omicida capite naturali, si capi potest, puniri debet: alioquin in poenam capitatis, & bonorum confiscationem damna-ri debet. cap. 17
 Homicidium commissum à communitate, vel castro, quomodo puniatur. cap. 18
 Homicidij poena sine pace nullatenus remitti potest. cap. 19
- I
- I**ncendiarij qua poena puniantur. cap. 36
 Incestum cum attinēte muliere in secundo gradu committens punitur. cap. 50
 Includēs se domi ad brigam, armatos, retine-re non debet sine licentia. cap. 38
 Incisio vitium, & pergularum per testes defama probatur. cap. 72
 Iniuriam inferens Nuntiis, vide Nuntiis.
- L
- L**ato gladio percutiens ad ignominiam, vide Percutiens.
 Latrones viarum quomodo puniantur. c. 58.
 Læsa maiestatis crimen committens, quomodo puniatur. cap. 43
 Legitima filiorum vel nepotum confiscatis bonis homicidiae referuatis ipsis filiis, & nepotibus. cap. 17
 Libellos famulos, carmina, picturas ad iniuriā honestarum personarum facientes, capitaliter puniri debent. cap. 68
 Libri diffidatorum forma. cap. 15
 Liberati semel à carceribus gratiose in solēnitatis festiuitatum, non possunt vtterius similiter gratiam obtinere. cap. 22
 Lutum in facie alicuius iniiciens, vide Iniuria in personam.
- Mandata

STATV T ORVM VRBIS.

- M
- M**andata de capiendo delinquentes Se-natoris sigillo munita esse debent. c. 15
 Mandans mediante pecunia delictum, vide Assassinum.
 Magistratum ratione officij etiam pendente syndicatu offendens, quō puniatur. c. 41
 Mandatariis iniuriam inferens, vide Nūtiis.
 Membrū pro mēbro quando debeatur. c. 64
 Membro aliquo debilitato, quid agendum contra debilitatem. cap. 64
 Meretricum ostia incendentes, qua poena puniantur. cap. 36
 Meretricem per vim recipiens, aut inuitam retinens, qua poena puniatur. cap. 52
 Meretrici trentunum facientes, vide Trentunum:
 Minores annis decem & septem in crimina-libus absque legitimo curatore in iudicio stare non possunt, & eorum confessiones non valent. cap. 11
 Minæ præcedentes sunt in causa, vt quis cauere debeat de non offendendo. cap. 29
 Minas inferens per se, vel alium alicui in personam vel in bonis quomodo puniatur. cap. 31
 Minores annis quatuordecim si deliquerint, etiā capitaliter, quomodo in pecunia puniri debent. cap. 79
 Monetam falsam, vide Falsam monetam.
 Mulier adulterium cum incestu, vel incestum tantum committens, vide Adulterium, & vide Incestum.
 Mulier quādō inhonestā esse intelligatur ad effectum minuendi poenam adulterij. cap. 50
 Mulier nupta accusans de violentia sibi illata, vltra duos menses non auditur. cap. 53
 Mulieri nuptæ, si uis illata dicatur, quibus, & infra quā tempora accusare liceat. c. 53
 Muliere de delicto accusata quomodo procedatur, & quando carcerari, aut fideiussoribus committi debeat. cap. 7
- N
- N**alus abscondens alicui ex proposito, Nasum amittere debet. cap. 64
 Notarius, qui falsum instrumentum fabricauit, & de falso condemnatus est, in perpetuum est inhabilis ad cōficiendum instru-menta. cap. 48
 Notarij criminales dicta testium pro inno-centia à quocumque producta integre describere debent, poena falsa imminentē cap. 9
 Nuntians mi nas alicui, qua poena puniatur. cap. 31
 Nuntiis iniuriam inferens in officio eorum exequendo, quomodo puniantur. cap. 31
 Nuntio de iniuria sibi facta cum iuramento vno teste idoneo creditur. cap. 32
 Nuntijs missi ad communites monēdas per Senatorem solui debent de pecuniis Ca-merae. cap. 37

O

- O**culus pro oculo, quādō debeatur. c. 64
 Offensi, & ad brigā prouocati possunt se domi includere cum repagulis, habita licentia Senatoris, & pacieriorum. cap. 38
 Offensores quando possint se domi include-re ad brigam substinentam. cap. 30
 Offensor quando, & quibus casibus securita tem ab offenso petere possit. cap. 29
 Operæ quibus vulneratus caruit, aut caritu-rus est, ciuiler extimantur, & debentur. cap. 74
 Ostia meretricum incendentes, vide Meretricum ostia.

P

- P**aceriorum officium circa quā versetur, & quomodo eligantur. cap. 85
 Paceriorū pecuniarū condemnationes pro iniuriarum satisfactione tenent. cap. 85
 Pacerio suspecto allegato Gubernator est lo-co recusati. cap. 85
 Pacerij, si discordent, Gubernator yrbis est tertius. cap. 85
 Pannos mulieri supra genu tondens, qua poena puniatur. cap. 70
 Parietes aut ianuas fodens, qua poena punia-tur. cap. 68
 Pater ex filiis etiam emancipatis delicto nul-latenus grauari potest. cap. 80
 Pax habita a marito mulieris adulteratæ, me-dietatem poenæ remittit. cap. 50
 Pax pro homicidio ab hæredibus sanguinis si extant, sin autem à testamentariis peti-potest. cap. 19

S f 2

Pax pro

INDEX LIBRI SECUNDI

Pax pro secundo homicidio nihil suffragari potest. cap. 19

pax quibus casibus non suffragetur. cap. 19

Pax facta intra dies decem pro delicto, pro quo venit pecuniaria imponenda, quartam medietatem poenae minuit. cap. 19

Pax per metum extorta obtinenti non suffragatur. cap. 23

Pax etiam per metum extorta vim securitatis de non offendendo non amittit. cap. 23

Pacem frangens per se vel alium capitaliter ad mortem punitur, & bona publicantur ut hic, si de pace constet per publicum instrumentum. cap. 25

Pacis securitas, vide Securitas pacis.

Pacem siue reconciliationem osculo oris factam frangens, quomodo puniatur. c. 28

Poena verborum iniuriosorum, vide Verba iniuriosa.

Poenae delinquentibus in hoc statutorum volumine impositae ratione locorum & temporum hic: enumeratorū duplicantur. c. 81

Poena arbitrio Senatoris quando, & quibus casibus augeri possint. cap. 82

Poenarum pecuniariarum dimidia applicatur parti offensae, si ea voluerit, si autem tota est fisci. cap. 83

Poena pecuniariam non solvens, iuhat in corpore, vide Reus poenam.

Percutiens aliquem ad ignominiam lato gladio, fuste, vel bastone, aut arundine, qua poena puniatur. cap. 65

Percutiens aliquem ad ignominiam sine sanguinis effusione, qua poena puniatur. c. 65

Percussio facta lato gladio, baculo, seu arundine ad ignominiam facta præsumitur, nisi contrarium probetur. cap. 66

Pergularum vites incidens, qua poena puniatur. cap. 72

Picturas alicuius corrumpens ad ignominiam, qua poena puniatur. cap. 73

Piratae qua poena puniuntur. cap. 58

Plagiariū cōmitens, furca suspenditur. c. 55

Plumbatam ferens, aut iacens contra aliquem, qua poena puniatur. cap. 76

Ponens manum ad arma cōtra aliquem, qua poena puniatur. cap. 69

Positiones, quibus reus respondere cogatur in criminalibus fieri nō possint, exceptis casibus de quibus hic. cap. 12

Priuatum carcere exercens, vide Carcerem priuatum.

Procuratores ratione officij etiam verbis iniuriosis offendii, quomodo puniantur. c. 41

Procurator in capitalibus post factā responsionem ab accusato vel inquisito admittitur in omnibus actibus. cap. 8

Procurator infra capitalem poenam, etiam ad respondentum inquisitioni vel accusatiōni cum speciali mandato admittitur. cap. 8

Proditores qua poena puniantur. cap. 57

Producens falsum instrumentum, vel eo vtēs qua poena puniatur. cap. 48

Producēs falsam scripturam priuatam, vide Producens falsum instrumentum.

Prothonotarius de voto Assettamenti pro tortura danda rogari debet. cap. 13

Prouocati ad brigam possunt se domi includere, vide Offensi.

Puerum aut pueras abducens aut abscondens vt vendat, aut redimat, furea suspenditur. cap. 55

Pugionem deferens, punitur. cap. 75

Pugno in facie ad ignominiam percutiens, qua poena puniatur. cap. 67

Puntarolum vel cultellum cum cuspidē, supra menturam palmi deferens, qua poena puniatur. cap. 75

Q

Qualitas armorum, & vulnerū animū occidendi vel non, demonstrant. c. 82

Qualitas personæ offensæ est causa, vt poena per Senatorē augeri possit. cap. 82

Qualitates delictorum omnes in inquisitione à iudice opponendæ sunt sub pena. c. 6

R

Apiens puerum vel mulierem stuprandi causa cum stupro non sequuto, capitaliter punitur. cap. 51

Raptores nocturni, qui transiuntes spoliant per urbem, qua poena puniuntur. cap. 58

Rebelles Papæ, Sedis Apostolicæ, & Vrbis per terram tracti, laqueo suspenduntur, & eorum bona publicantur. cap. 43

Receptatores cudentium falsam moneta m, quomodo puniuntur. cap. 44

Receptatores delinquentium, qua poena puniuntur, & quomodo contra eos proceduntur. cap. 37

Reus

STATV T O R V M V R B I S .

Reus accusatus comparens libello responde-re tenetur. cap. 2

Reus accusatus vel inquisitus, cui terminum ad defendendum datus est, debet ad largam poni, vt habeat facultatem se defendendi. cap. 10

Reus poenam pecuniariam nō solvens, quia nolit, aut non possit, in corpus arbitrio Senatoris luat. cap. 83

Rixæ subitanæ non habent eādem poenam quā factæ ex proposito aggressiones. c. 64

S

Saxa ad fenestras, & specularia vel ianuas proiicientes iniuriæ causa, qua poena puniri debent. cap. 68

Sbarra aut repagula nulli facere licet in Urbe, poena facienti artifici & mandati imminente, de qua hic. cap. 63

Scientes cūssores falsæ monetæ & non reuelantes, qua poena puniuntur. cap. 44

Scindens pannos de dorso alicuius, qua poena puniatur. cap. 70

Scripturas priuatas falsificans, qua poena puniatur. cap. 48

Securitas de non offendendo quomodo, quo ve ordine ab aliquo in districtu habitante petatur. cap. 30

Securitas pacis quomodo, & quibus casibus fracta intelligatur. cap. 27

Securitas de non offendendo etiam perpetuo vim pacis non habet quo ad effectum gratia vel remissionis partis poenæ. cap. 23

Securitas de non offendendo etiam ex officiō dari debet. cap. 31

Securitatem perpetuam, aut ad tempus vel treugam frangens, capitaliter punitur ad mortem, si de ea instrumento constet. c. 26

Securitas pacis verbis iniuriosis non frangitur. cap. 27

Securitas de non offendendo a quibus, & quibus casibus peti possit. c. 29

Senator potest cogere partes ad cauendum de se inquietem non offendendo, etiam si neutra partium petat. cap. 31

Senator monete debet communitates rece-pantes delinquentes. c. 37

Senator præmium capientibus aut occiden-tibus diffidatos constitutere potest per Ca-meram solvendam. cap. 15

Testium dicta pro informatione curiæ rece-ptorum debent per notarium ad extēsum describi. cap. 6

T

Terminus reo accusato, vel inquisito an-te rigorosum dari debet, etiam si non pe-tatur à parte. cap. 10

Terminos siue fines agrorum vel possessionū amouens, auellens, vel corrumpens, aut mutans, qua poena puniatur. cap. 6x

Testes falsi, vide Falsi testes.

Testes fallos scienter producens, quam poenam incurrat. cap. 46

Testes contraria deponentes, quomodo pu-niantur. cap. 47

Testium dicta pro informatione curiæ rece-ptorum debent per notarium ad extēsum

describi.

INDEX LIBRI SECUNDI

- Testes de innocentia accusati vel inquisiti à quocumque producantur per judicē à notario examinari debent, & dicenda per eos ad extensum describere. cap. 9
 Tondens monetam quomodo puniatur. c. 45
 Torqueri qui possint ab inicio tortura. c. 13
 Tortura sine Affectamenti voto dari non potest, de quo constet in actis; alias confessio extorta non nocet. cap. 13
 Trahens aliquem per terram, aliter quam per capillos, & barbam, qua poena puniatur. cap. 70
 Treugam frangens, vide Securitatem perpetuam.
 Turbatus in possessione querelam vis turbativa etiam criminaliter introducere potest, & mixtum etiam ciuiliter. cap. 77
 Tumultuosa collecta, vide armatorum collectam.
- V
- V Agi in accusationibus quomodo citentur. cap. 2
 Venenata arma deferentes, qua poena puniuntur. cap. 75
 Verberans mulierem vel puerum libidinis causa, vel ei aliquod vestimentū auferens, quomodo puniatur. cap. 51
 Verberans aliquem ex proposito vel in rixa, cum quois armorum genere cum sanguinis effusione, vel sine, qua poena puniatur. cap. 65
 Vulnerans aliquem cum sanguinis effusione & armis, quando ab eo securitate de non offendendo petere possit. cap. 29
 Vulnerans aliquem in facie ex proposito, qua poena puniatur. cap. 64
 Vulnerans aliquem ex proposito vel in rixa, cum quois armorum genere cum sanguinis effusione, vel sine, qua poena puniatur. cap. 74
 Vxore imperfecta, si in vicinia habebatur proximare, pax habita suffragari potest. cap. 19
 Verba iniuriosa proferens libidinis causa conpueros, aut honestas mulieres, quomodo puniuntur. cap. 51

TERTII LIBRI.

A

- D VENAE habentes priuilegium Ciuitatis, quando ciuium Romanorum priuilegio, quo ad dohanam pecudum, gaudere possint. cap. 57
 Aduenæ mercatores quan- do in vestigalibus ciuium Romanorum priuilegio vt possint. cap. 57
 Aduocatorum salario taxantur. cap. 92
 Annonam quoquomodo ementes extra loca
- Vrbis deputata puniuntur. cap. 50
 Annonam libere ad Vrbem deferri potest, & toto districtu, & prohibentes debent seuerissime puniri. cap. 54
 Animalia, vt boves, equi, &c. reperta mortua in territorio alicuius communitatis, præsumuntur ab illius hominibus occisa. cap. 64
 Animalia aliena occidens, vide Occidens.
 Animalia, vt boves, &c. non possunt emi à pastoribus, vel ab incertis personis, poena imminentia, vt hic. cap. 71
 Antiqua Vrbis ædificia non dirui, sed conservari



STATUTORVM VRBIS.

- Verba iniuriosa, qua poena puniantur. c. 71
 Verba iniuriosa si contra aliquem sint prolatæ, & criminaliter vel ciuiliter agatur, que poena imponatur. cap. 27
 Verba iniuriosa prouocatus proferens, mittus punitur. cap. 27
 Viles persona percussa baculo, non iudicantur ad ignominiam offensa. cap. 66
 Vindictam sumens contra innocuos, s. consanguineos, aut affines, vulnerando, mutando, aut occidendo. cap. 33
 Vis illata mulieri vel pueru stuprandi cauta, etiam si stuprum non sequatur, capitalem poenam habet. cap. 51
 Vis armata & simplex, qua poena puniatur. cap. 77
 Vites incidens in vinea, qua poena puniatur. cap. 72
 Vulnerans aliquem cum sanguinis effusione & armis, quando ab eo securitate de non offendendo petere possit. cap. 29
 Vulnerans aliquem in facie ex proposito, qua poena puniatur. cap. 64
 Vulnerans aliquem ex proposito vel in rixa, cum quois armorum genere cum sanguinis effusione, vel sine, qua poena puniatur. cap. 74
 Vxore imperfecta, si in vicinia habebatur proximare, pax habita suffragari potest. cap. 19
 feniari, & custodiri debent, & tam intra, quam extra Vrbem, etiam si sint intra propria prædia. cap. 81
 Annulus in festo Agonis, & Testaciæ quo ordine deferatur. cap. 88
 Appellatur à Magistris viarum in ordinariis ad Capitaneum, in aliis ad Camerā. c. 39
 Appellatur à Magistris Iustitiariis ad Capitaneum. cap. 40
 Aqua Circi, vel alię quecumque, quæ ad urbem veniunt, à nemine deriuari, neq. eorum cursus corrumpi debent, sub poena. cap. 82
 Aquæ Marianæ aluei si corrumpantur, ab adiacentium prædiorum dominis restitui & purgari debent, & de latitudine, & profunditate ipsius aluei. cap. 83
 A quæductus fontis Virginis conseruandus, & corrumpi non debet, & quid circa ilius conservationem agendum. cap. 84
 Aqua fontis Virginis, vide Aquæductus. cap. 84
 Aquarij, cuius mensuræ cupas deferre debent. cap. 47
 Arma in consiliis, tam publicis quam priuatis à nemine deferri possunt. cap. 3
 Aromatarij, quomodo se in pharmacis versari debeant. cap. 64
 Artificum delicta in ponderibus & pretio, quomodo deprehensa deferatur, vide Inuentiones.
 Artificum statuta, vide Statuta Artificum.
 Artifices habitatores Vrbis ab aduenis portantibus venalia in nundinis debent esse discreti. cap. 49
 Artifices non possunt enim ab aduenis afferentibus bona pro nundinis, nisi certo modo, de quo hic. cap. 49
 Artifices discurrentes in aduenas in nundinis, & aduenæ inter artifices puniuntur vt hic. cap. 49
 Artifices die nundinarum, & præcedenti calere debent, ne emant pullos, & cetera vtesilia sub poena de qua hic. cap. 49
 Artifices obuiantes annonam afferentes ad urbem, & ementes ab illis, puniuntur. c. 50
 Artifices prohibentur annonam emere certis locis & temporibus. cap. 50
 Artifices vel negotiatores vendentes in apothecis diebus festis, puniuntur vt hic. c. 65
 Arundines de arundineto furans, vide Damnum dantes in vineis.
 Assensus ubi præstari debet, vide Populi af-
- fensi. cap. 91
 Assessorum viatica taxantur. cap. 91
 Asfociare magistratum qui officiales debeat, vide Officiales.
 Auum portio, vide Portio.
 Aues & animalia siluestria ubique per Vrbem libere vendi possunt. cap. 68
- B
- B Anditorum officium, vide Præconum.
 Banna Magistrorum Iustitiariorum, vide Edicta.
 Barilarij, & phalangarij, & omnes qui illis etiam in vindemiis vtuntur barilibus, signatos signo dohanæ habere debent. cap. 47. §. Barilarij.
 Barones quomodo, & per quæ verba in manibus Senatoris iurare debent. cap. 59
 Bobatteriorum ars nobilis & antiqua, sua habet statuta, quæ attendi debent. cap. 41
 Bona naufragium eripiens, subripiens, & occultans, capitali poena puniri debet. cap. 85
 Brauia quæ donantur populo in festo carnis priuili enumerantur. cap. 88
- C
- C Alcis Rubitella cuius est marmorea formula in Capitolio, debet sigillo dohane esse signata. cap. 47. §. Calcis.
 Camerarij Cameræ Vrbis officium, & ad quid teneatur, & quando, & quibus computa reddere debeat, & qualia sint emolumenta quæ dare tenetur. cap. 12
 Capitum regionum officium, & de Comestibilia numero, & quid omnino facere teneantur, & de eorum Priore. cap. 8
 Capita piscium, vide Piscium capita.
 Capitaneus curiæ Senatoris, vide Executores
 Carcerati pro relaxatione quantum soluere teneantur. c. 98. §. pro relaxatione.
 Carretteriorum solutiones pro tertia parte sunt Magistrorum viatum. c. 39. §. Pecunia.
 Cerarij, & ceram tractantes, quomodo se in faculis versari debeant. cap. 64. §. Nullus. Ciuium Romanorum immunitas. cap. 56
 Ciues Romani habentes possessiones in castris, & territorio Vrbis sunt exempti ab omni collecta per Communitates. cap. 56
 Clues

INDEX LIBRI TERTII

- Ciues vinum, oleum, frumentum, ordeum, lignum, & canabim, &c. quæ recolligunt in eorum possessionibus in districtu sine aliqua gabellæ etiam in vrbe solutione afferre possunt. cap. 56. §. licet atque.
- Ciues possunt merces extrahere causa illa ad Vrbem afferendi à toto districtu sine aliqua solutione gabellæ, præterquam in vrbe. cap. 56. §. possint.
- Ciues Romani etiam in districtu delinquentes debet ad Senatorem remitti, nec alibi puniri, nec de eorum causis cognosci. cap. 58
- Ciues Romani & eorum famuli sunt in toto vrbis districtu à gabellis quibusuis exempti cum eorum bonis, animalibus, & mercibus transeuntes. cap. 56. §. nulla.
- Clerici ad Capitolina officia admitti nō debent. cap. 37
- Congitella vini, & olei signo dohanæ signata esse debent. cap. 47. §. Congitella.
- Comites stabiles quomodo eligantur, & quot sint pro qualibet regione, & de eorum officio, & emolumentis, & qui esse possint. cap. 8. §. habeant, cum sequen.
- Communitas vel Baro prohibēt etiam suos ciues vel vassallos annonam ad Vrbem afferre, severissime puniuntur. cap. 54
- Communitates vias omni tempore custodiunt à latronibus tenentur, aliás ad damni emendationem, & poenā incurunt. c. 60
- Communitates quæ delinquentes in suo territorio exhibent, à damni emendationem libenterant, non tamē à poena custodiaz non adhibitez. cap. 60
- Communitas tenetur de animalibus ciuium in eorum territorio occisis, aut exorciatis reportis. cap. 69
- Commissarij Campi Floræ non possunt pro aliis frumenta, & fruges pacifici. cap. 51
- Computistæ sive tatiocinatoris officiū. c. 21
- Conseruatores in multandis artificibus, edita circa eorum delicta apposita diligenter seruare tenentur. cap. 4
- Conseruatores quando terras Romani Pop. visitare possint, & quos secum ducere. cap. 4. §. Terras :
- Conseruatores pecunia publica vti non possunt. c. 4. §. Non possunt.
- Conseruatorū alter à mane ad vesperam residere tenetur in Palatio. c. 4. §. Teneatur.
- Conseruatores sine mazzis, & fidelibus non possunt per Vrbem incedere, nisi vt hic. cap. 4. §. Non licere.
- Conseruatores in consiliis publicis, & secretis interesse debent, nisi ex causa. cap. 4. §. Consiliis.
- Conseruatores cauere debent, ne mandent scribi aliquod decretum Populo contrarium, & quod litteræ missiæ inuicem nō pugnent. cap. 4. §. Cauent.
- Conseruatores computa Depositarij, inuentarium bonorum Populi singulis mensibus reuidere debent. c. 4. §. Cōputa, & seq.
- Conseruatores successionibus in die ingressus, & quæ ad ipsorum officium pertinent legi facere tenentur. cap. 4. §. Teneantur quoque.
- Consilium secretum quomodo celebretur, & quando, qui in eo interuenire debeant, de quibus rebus in eo tractetur, quomodo resolutiones in negotiis præpositis capi debeant. cap. 2
- Consiliarij secreti consilij in eorum initio iurent. cap. 2
- Consilium publicum quādō congregari debet, per quos, & qui in eo interuenire possint, quæ in eo sint tractanda, & quo ordine, & quomodo resoluenda. cap. 3
- Consules artium duo quotannis, & unus Camerarius creari debeant, qui sint cōditionis, vt hic, cap. 41. & refirmari non possunt. cap. 44
- Consules artium inter homines de arte, & de rebus spectantibus ad artem tantum cognoscere possunt. c. 42. & in motu proprio S.D.Greg. xiiij. Datum Romæ nonis Iulij Anno x.
- Consules & officiales artium annum in officio exercere non possunt. cap. 44
- Consules artium ubi ius dicant, & quod alibi quam in tribunali cognoscere non possunt. cap. 45
- Copias instrumentorum notarij Rogati trahere debent, vide Notarij copias.
- Coria boum, vel aliorum animalium si quis à pastoribus, vel incognitis emerit, qua pœna puniatur. cap. 71
- Cuparij, sive fabriliignarij cuius mensuræ barilia pro vino, & cupas pro aqua facere debeant. cap. 47. §. Cuparij.
- Currus sive carrozæ, quæ præcipitantur ex monte Testaceo. cap. 89
- Custodis carcerum merces taxatur. cap. 99 custodes

STATUTORVM VRBIS.

- Custodes fontium. cap. 84
- Custos carcerum Romanus ciuis esse debet, & illius officij collatio spectat ad populū, & quomodo ipse in officio versari debeat cap. 86
- officium circa quæ versetur, & de intentionibus quæ parent fide vel non. cap. 2
- Extraordinarij possunt de artificibus vendentibus diebus festis inquirere. cap. 65

F

- Accini sive falangarij non possunt se intronittere in vendendis, & emendis in platea Campi Floræ frumento, & cæteris frugibus. cap. 51
- Famuli & famulae tempus seruitij conuentum obseruare tenentur, si domini causam non probent, aliás tertiam partem salarij amittere debent. cap. 76
- Festis diebus de præcepto S. Matris Ecclesiæ vendentes puniri debent. cap. 65
- Fœni noui salma quot librarum, vide Muli liones.
- Fons Triuij, vide Aquæductus fontis Virginis :
- Forma seruāda in venditionibus reddituum Po. Ro. hic exprimitur. c. 31
- Frumentum in platea Campi Floræ, qui sicut emere prohibiti. cap. 52
- Frustraroli, vide Pomarij.
- Furnariorum delicta quomodo puniantur. cap. 5

E

- Dicta sive statuta Magistrorū Iustitiariorum. c. vltimo.
- Electores officialium Po. Ro. sive Imbuffulatores, quo modo elegantur. cap. 27
- Electus ad aliquod officium, dignitatem aut administrationem, si recusat absque causa, poenam quinquaginta ducatorum incurrit. cap. 38
- Emere non licet linum in districtu ad effutum illud minutatum in Vrbe vendendi. cap. 50
- Ementes in locis prohibitis puniuntur vt hic. cap. 50
- Ementes res furtiuas, vide Regatterij.
- Equis mortuis in prælio in subiugādis rebelibus, aut aliás in seruitio Po. Ro. per Cameram pretium dño est soluendum. c. 73
- Exequitoris Palatij Conseruatorū officium circa ea quæ versatur, & quomodo expidi debeat. cap. 25
- Exequitorum mercedes, vide Mercedes Exequitorum.

- Exequatores, quæ obsernare debeant circa bona mercatorum, & domos ubi perquirunt. cap. 100. §. Non audeant.
- Exequitoris Palatij Cōseruatorum merces, vide Merces Marescalli.
- Extraordinarij Gabellarij maioris officium. cap. 11. §. Ipsi.
- Instrumentorum publicorum mercedes taxantur. cap. 93

T

- Mbuffulatores officialium Ro. Po. quomo do elegantur. c. 27. & quod sit in eligendo eorum officium. cap. 28
- Immunditia in locis publicis, & riuis aquarum prolixi non debent, poena imminente. cap. 75
- Inuentiones delictorū artificum, quō, & per quos fiat, & quæ valeant, vel non. cap. 19
- Instrumentorum publicorum mercedes taxantur. cap. 93

Iudæi

G

- Abellarij maioris officium, & de suis extraordinariorum, & notario. c. 11
- Grascia sive vestigial ad Vrbem, & quocumque afferri potest sine solutione vestigialis præterquam in Vrbe. cap. 55
- Gymnasium Almae Vrbis visitandum à conseruatoribus, & reformatoribus, & curandum, vt priuilegia conseruentur. cap. 1

I

INDEX LIBRI TERTII

- Iudæi à collectis pro festo Agonis & Testacæ exempti non sunt. cap. 77
 Iudæi consulibus artium non subiiciuntur. cap. 77
 Iudæi in campis eis assignatis Transtiberim & non aliæ sepeliri debent. cap. 78
 Iudæi soluere tenentur annis singulis florenos mille centum tringita pro ludi s' Agonis & Testacæ distribuendos ut hic. c. 87
 Iudicium viatica taxantur. cap. 91
 Juramentum à Baronibus in mab nius Senatoris præstandum. cap. 59
- L** Oca quæ remanent vacua ex direptionibus viarum quomodo, & ad quem effatum vendantur. cap. 39
 Ludi illiciti vbi cumque in Vrbe sunt prohibiti, & tam lusores, quæ loca ad videndum præbentes puniendi sunt. cap. 74
 Ludi Agonis, & Testacæ. c. 87. 88. & 89
 Lupum interficiens quid lucretur. cap. 70
- M** Acellariorū delicta quomodo puniantur. cap. 6
 Magistri massarij officium. cap. 24
 Magistratus in solemnitatibus associari debet ab officiis hic enumeratis. cap. 29
 Magistrorum viarum officium in quibus versetur, & quid facere teneantur, & quid facere sint prohibiti. cap. 39
 Magistrorum Iustitiariorum officium quod sit, & circa quæ versetur. cap. 22
 Notarij Magistrorum Iustitiariorum officiū. cap. 4. §. Notarius.
 Notarius Magistrorum Iustitiariorum scripturas successori, in officio tradere debet. cap. 40. §. fi.
 Notarij copias instrumentorum, de quibus rogati sunt tradere partibus tenetur, facta mercede de qua hic. cap. 93. §. fi.
 Notariorum merces pro instrumentis publicis, rogitibus, & copiis taxatur. cap. 93
 Notariorum mercedes pro sententiis tam difinitiis, quam interloquitoris taxantur. cap. 94
 Notariorum mercedes pro iudicariis actibus. cap. 95
 Notarij Magistrorum viaru mercedes in ordinariis. cap. 97. & coram Reuenrendissimo Camerario, ibidem. cap. 94
 Notarij Maleficiorum merces. cap. 98
 Notarij merces pro relaxatione carcerorū. cap. 98. §. Pro relaxatione.
 Notarij Conseruatorum merces. cap. 102
 Notarii camere merces. cap. 105
 Notarij Gabellarij maioris merces. cap. 107
 Notarij
- Mercatores aduenæ quando Ciuium Rom. priuilegio in mercitoniis vti possint. cap. 57. §. Illi.
 Mensurarum tractatus. cap. 47
 Molendinarij quomodo versari se debeat in molendo frumentum, & quid restituere teneantur quando eis ad pondus non datur, & de poena. cap. 62
 Molendinarij molentes in diebus Dominicis & festiis, qua poena puniantur. c. 62. §. fi.
 Molares lapides quomodo per Vrbem ferri debeant, & supra pontes. cap. 62. §. fi.
 Cœuant.
- Monopolia tā in Vrbe, quæ extra sunt prohibita omnia sub poena. cap. 53
 Muliones, & foeni vectores salmas foeni minoris librarum trecentarum absque retibus facere non possunt, nec partem foeni capere, sub poena. c. 46. §. fi.
- N** Egotiatores, vide Artifices.
 Nobiles duo Magistri viarum adducti in taxis. cap. 39. §. opus.
 Notarij Gabellarij maioris officium. cap. 11.
 Notarij Conseruatorum officium quod sit, & circa quæ versetur. cap. 20
 Notarij Cameræ officium quod sit, & circa quæ versetur. cap. 22
 Notarij Magistrorum Iustitiariorum officiū. cap. 4. §. Notarius.
 Notarius Magistrorum Iustitiariorum scripturas successori, in officio tradere debet. cap. 40. §. fi.
 Notarij copias instrumentorum, de quibus rogati sunt tradere partibus tenetur, facta mercede de qua hic. cap. 93. §. fi.
 Notariorum merces pro instrumentis publicis, rogitibus, & copiis taxatur. cap. 93
 Notariorum mercedes pro sententiis tam difinitiis, quam interloquitoris taxantur. cap. 94
 Notariorum mercedes pro iudicariis actibus. cap. 95
 Notarij Magistrorum viaru mercedes in ordinariis. cap. 97. & coram Reuenrendissimo Camerario, ibidem. cap. 94
 Notarij Maleficiorum merces. cap. 98
 Notarij merces pro relaxatione carcerorū. cap. 98. §. Pro relaxatione.
 Notarij Conseruatorum merces. cap. 102
 Notarii camere merces. cap. 105
 Notarij Gabellarij maioris merces. cap. 107
 Notarij

STATUTORVM VRBIS.

- Notarij taxam mercedum in propatulis suspensam legibilem, & vulgari sermone Notarij mercedibus taxatis contenti esse debent sub poena. cap. 112
 conceptam in eorum officiis haberi debent. cap. 113
 Nouam apothecam aperire prope alias eiusdem exercitij nemo prohibetur. c. 43. infi.
 Nundinæ Romæ singulis diebus Mercurij celebrantur in Campo Agonis, in quo certa loca singulis artificibus sunt assignata, & seruanda quæ hic dicuntur. cap. 49
- O** Blatores in venditionibus bonorum Populi Rom. qui admittantur, quive non. cap. 31
 Occidētes animalia aliena data opera, quomodo puniantur. cap. 69
 Olearij quas mensuras, & quomodo signatas habere debeat. c. 47. §. Olearij.
 Officialibus terrarum Po. Rom. patentes litteræ dari non debent, nisi fideiussent. cap. 4. §. Patentes.
 Officium Conseruatorum plene. c. 4. 5. 67. & lib. primo. c. 15.
 Officium Capitum Regionum, vide Capitum Regionum.
 Officium scribarum Senatus quod sit, & qui esse possint, & quos libros, & vbi retinere debeat. cap. 9
 Officium Procuratoris Cameræ, vide Procuratoris Cameræ officium.
 Officium Gabellarij maioris, vide Gabellarij maioris.
 Officium Camerarij, vide Camerarij.
 Officium defensorum decretorum. cap. 13
 Officium Secretarij, vide Secretarij.
 Officium scriptoris Conseruatorum, vide Scriptoris.
 Officium Depositarij Populi. cap. 16
 Officium Depositarij Palatij, vide Depositarij.
 Officium Reuiforis Palatij, vide Reuiforis.
 Officium Extraordinario. maiorum, vide Extraordinario.
 Officium Notarij Conseruatorum, vide Notarij Conseruatorum.
 Officium Cōputistē siue ratiocinatoris. c. 21
 Officium Incontri, vide Incontri.
 Officium Notarii Cameræ, vide Notarii Cameræ.
 Officium scriptoris Cameræ, vide Scripto-
- ris Cameræ.
 Officium Magistri massarii, vide Magistri massarij.
 Officium Exequotoris Conseruatorum, vide Exequotoris.
 Officium Præconum siue Bandimentorum, vide Præconum.
 Officium Imbuffulatorum siue electorum officialium Rom. Po. quod sit, & circa quæ versetur, & quomodo expediatur. cap. 18
 Officiales Po. Rom. quomodo, & quo ordine, & per quos imbuffulentur, & qui possint, vel non possint imbuffulari pro officiis, & ad quod officium. cap. 28
 Officiales qui magistratum in solemnitatibus associare tenentur, in quibus, & de emolumentis associantium. cap. 29
 Officia plura administrationem habens nemmo habere aut retinere potest. cap. 32
 Officia per substitutos nullatenus exerceri possunt. cap. 33
 Officialis si in brigam incidat, quid agendum. cap. 34
 Officia terrarum Rom. Po. non nisi Romanis Ciubibus danda sunt, & gratis. cap. 35
 Officiales terrarum Ro. Po. cauere tenentur de stando Syndicatu. cap. 36
 Officiales qui de pecuniis Iudis Agonis, & Testacæ tempore carnispriu. participent. cap. 87
 Officiales omnes taxatis mercedibus contenti esse debent. cap. 112
 Officiales omnes taxes mercedum habere debent in eorum officiis suspensas, & legibiles. cap. 113
 Opus coepit ab uno magistro potest ab alio prosequi, statutis artificum non obstantibus cap. 43. §. Caffamus pariter.
- P** Alos furans ex vineis, vide Dānum dantes in vineis.
 Pecuniæ quæ solvuntur per Iudæos pro ludis Agonis, & Testacæ, quomodo, per quos, & inter quos distribuantur. cap. 87
 Poena imponendæ aut comminādæ per Magistros Iustitiarios non excedunt summā xxv. ducatorum, & applicātus ut hic. c. 40. §. In poenis.
 Poena, quæ imponuntur per statuta artificum locis piis, & non consulibus applicari debent. c. 43. §. Caffamus item.
 Poena pecuniaræ inflata contra non obser-
 vantes

INDEX LIBRI TERTII


- uates officiales ex hoc tertio statuto, quæ non sunt certo loco applicatae, hic applicantur ornamenti palatij. cap. 30
- Pensiles stateræ omnes vendentes ad pondus habere debent, vide Stateræ.
- Piscari licet cuiilibet in mari, & flumine dummodo à continentibus ædificis, & pescariis ac prodiis aliorū & ripis quibusdam regionis arenulæ se abstineant. cap. 66
- Piscari per riuos cum instrumentis corruptientibus riuos, aut nocentibus dominis, vel cōtra domini voluntatem nō licet. c. 66
- Piscium portio, vide Portio.
- Piscium maioris mensuræ capita Conseruatoribus debentur. cap. 67
- Pisces ubique per Vrbem libere vendi possunt, poena impeditibus imminentē. c. 68
- Pizzicaroli, vide Saltamentarij.
- Plura officia administrationem habentia, nemo potest retinere. cap. 32
- Pomarij quas licentias petere debet à Magistris Iustitiariis, & qñ. c. 40. §. Pro licētiis. Pondera vna, & eadem omnibus esse debet, nempe libra vnciarum duodecim, quæ signo dohanæ signata esse debet vt hic. c. 46
- Pontium custodum merces, vide Portarum.
- Pōderibus de quibus in Vrbe vtimur omnes de districtu vti debent. cap. 46
- Populi assensus vbi requiritur, præstari non potest per Conseruatores c. 4. §. Vbi.
- Porci discurrentes per Vrbem amittuntur, & poena ab illorum dominis soluitur. c. 72
- Portio Piscium vel auium, quæ solui consueuit quibusdam ciuibus non est sublata. cap. 55
- Præconum siue banditorum merces. c. 109
- Præconum siue banditorum officium. c. 26
- Procuratoris Cameræ Vrbis officium quod sit, & circa q̄ versetur. c. 10. & lib. 1. c. 19
- Procuratoris fiscalis officium, vide procuratoris.
- Procuratorum salario taxantur. cap. 92
- Protonotarij merces pro iudiciariis astibus taxantur. cap. 96
- Prior Capitum Regionum quando eligatur, & vbi. cap. 8. §. Prior.
- Priuilegia Ciuitatis per scribas Senatus expediuntur. cap. 9
- Proxenetarum pannorum, & pellicarum, vi de Sartores.
- Publicum confilium, vide Confiliū publicū.
- Puteolanarij cuius mensuræ salmam puto-
- lanæ deferre debeat. c. 47. §. Puteolanarij.
- R**Egatterij siue venalitij ementes res furtivas sine certa solemnitate illas dñis restituere, & poenam soluere tenentur. c. 61
- Relaxatio carceratorum, vide Carcerati pro relaxatione.
- Reuiforis palatij Conseruatorum officium, ad quid teneatur. cap. 18
- Rogituum instrumentorum merces taxatur. cap. 93
- Rubitella, quæ est medietas rubli in vendendis frugibus sigillo dohanæ signata esse debet sub poena. cap. 47
- Rubitella Romana cuius est in Capitolio marmorea formula, omnes de districtu vti debent sub poena. cap. 47
- S**Alarium Comestabilium per Priorem sibi debet. cap. 8. §. Prior.
- Salarium pro viaticis, vide Iudicum viatica Salma vini & musti quot sit congitellarum. cap. 47. §. Salma.
- Salis rubitella debet esse signata sigillo Cameræ Apostolice, & Pop. Rom. cap. 47. §. Calcis.
- Salsamentariorum delicta quomodo puniantur. cap. 7
- Sartores non possunt aliquid ratione proxenetici ab emptore, vel venditore, & sponte dante recipere sub poena. cap. 63
- Scribarum Senatus officium, vide Officium Scribarum.
- Scriba Senatus tenetur legere Capitula concernientia officium Capitum Regionum, statim electo Priore. c. 8. §. Electo.
- Scribarum Senatus merces. cap. 101
- Scriptoris Cōseruatorum officium quod sit, & circa quæ versetur, & quid scribere, aut non scribere debeat. cap. 15
- Scriptoris Cameræ officium quod sit, & circa quæ versetur. cap. 23
- Scriptoris Conseruatorum merces. c. 104
- Scriptoris Cameræ merces. cap. 106
- Secretum Confilium, vide Cōfiliū secretū.
- Secretarij Cōseruatorum officium quod sit, & circa quæ versetur, & quid scribere aut non scribere debeat. cap. 15
- Secretarij Conseruatorum merces. cap. 103
- Sententiarum merces, vide Notariorum merces pro sententiis.
- Situs qui remanet vacui ex viarum directi-

STATUTORVM VRBIS.

- nibus, vide Loca quæ remanent.
- Stateras pēfiles cum substitente annulo, omnes qui in mensis, aut scannis vendunt habere debent sub poena. c. 48. §. Lanij.
- Stateræ maiores ad maiora pondera quatuor pro centenario emptori tribuere debent. cap. 46. §. Lanij.
- Statuta Magistrorum Iustitiariorum sunt edita eis tradita, & descripta in fine statutorum. c. 40. §. Statuta.
- Statuta artificum Senatori & Conseruatoribus exhiberi debent, nec confirmari, nisi quæ contineant ut hic. cap. 43
- Statuta artificum quæ sunt cassa, & prohibita fieri. c. 43. §. Cassamus.
- Studio liberalia Vrbis Romæ habent priuilegia. cap. 1
- Substitutum nemo potest retinere in officio sibi co ncessio, nisi sit à statutis permisum. cap. 33
- T**Abernarij, qui non distant à Pullarolorum apothecis maiori spatio cannarum quinquaginta, non possunt mulieres affrentes pullos, vel oua hospitari, sub poena. c. 49. §. Nullus.
- Tabernarij, & qui vinum vēdunt, quas menuras, & qua forma vti debeat. cap. 47
- §. Tabernarij.
- Taxa per Magistros viarum proviis & pontibus, quo ordine fieri debeat. cap. 39
- Testacia Campus est Ro. Po. pro quo soluit censem Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Montis Auentini. cap. 90
- Testacia Campus est iuris publici, & à nemine occupari debet. cap. 90
- V
- Affalli Ro. Po. Baronibus vassallagium iurare non possunt, nec baronum arma in eorum dominibus habere depicta, poena imminenter ut hic. cap. 80
- Vestigial aut pedagium nullus Ciuis, Baro, vel Communitas ab afferentibus ad Vrbē grasciam exigere potest. cap. 53
- Venditio introituum Ro. Po. non valet, nisi seruata forma hic tradita. cap. 31
- Vendens rem pro re, poena falsi puniri debet. cap. 48
- Venditores omnes certiorare debent emptorem perentem de qualitatibus rei venditæ vere: alioqui falsi poenam incurunt, & pretium emptori restituunt. cap. 48
- Veditores ordei aut aliorum in platea Campi Floræ non possunt in custodiā recipere ab aduenis vendenda aduecta. cap. 51
- Venalitarij, vide Regatterij.
- Venalitarij, & reuidentores nō possunt que ad annonam per flumen deferuntur ante tres dies emere. cap. 52
- Via si dirigantur, quod sit Magistrorum officium. cap. 39
- Via si sint lapidibus aut silicibus struendæ, quomodo procedendū sit. c. 39. §. Insuper.
- Via publica in toto Vrbis districtu sunt à baronibus, & communitatibus reaptandæ, & à latronibus custodiendæ. cap. 60
- Vineæ non debet inuadi aut in eis damnum dari, neque per eas discurreti aut venari vel aucupari inuitis dominis. cap. 79
- Viatica Iudicum & Assessorum, vide Iudicum, & Assessorum viatica.

INDEX GRATIARVM, IMMUNITATVM, ET FACULTATUM per Summos Rom. Pont. Alma Urbis Romæ Pop. Rom. concessarum.

- B**REVE super iurisdictione Capitolij. pag. 240
- C**Apitula declaratoria iurisdictionem Curiarum Vrbis per Sixtum Papam iiiij. 233
- Confirmatio reintegrationis ac reformatio-
- L**itteræ Bonifacij Papæ Octauij in fauore Magistrorum, & Scholasticorū in Gymnasio Almæ Vrbis profidentium 189
- Litteræ Eugenij Papæ iiiij. in quibus salariū Magistris in Gymnasio Almæ Vrbis profitentibus de vini forensis vestigali assignatur. 191
- Litteræ



INDEX LIB. III. STATVT. VRBIS.

- Litteræ Iulii Papæ II. per quas vinivestigial quod à salario Magistrorum profitentium supereft, in refectionem murorum Almæ Vrbis Romano Pop. assignatur. 193
 Litteræ Leonis Papæ X. de conducendis Magistris de ceffantibus, de Bidello, de Restore, Reformatoribus, & reliquis. 196
 Litteræ Sixti Papæ IIII. contra fumentes vindictam contra innocuos, necnon & contra Brigosos, & in fauorē Paceriorū. 201
 Litteræ Innocentii Papæ VIII. contra fumentes vindictam in personam tertii, ac contra Brigosos, & quod à fententiis Paceriorum non appelletur. 205
 Litteræ Innocentii Papæ VIII. aliorum confirmatorię contra homicidas, & fumentes vindictam ac minantes, & nuntiantes minas. 208
 Litteræ Pii Papæ V. confirmatorię aliorum Summorum Pontificum contra homicidas, bannitos, & alias facinorosos. 212
 Litteræ Pii Papæ V. confirmatorię aliarum Leonis, & prædecessorum contra Baronies, & communitates non custodientes eorum territoria. 226
 Litteræ Pii Papæ II. quid antiqua ædificia Vrbis, & eius diſtrictus nō diruantur. 230
 Litteræ Sixti Papæ IIII. contra subtrahentes aut asportantes lapides porphyricos & alios, Nec non reliqua ornamenta ex ecclesiis. 232
 Litteræ Iulii Papæ II. distinctionis iurisdictionum, & Tribunalium. 235
 Litteræ Iulii Papæ II. per quas Ro. Po. ad superioritatem quam habet in ciuitate Tiburtina reintegretur, & statuta, & nouæ reformationes confirmantur. 238
 Litteræ Leonis Papæ X. Gratiarum Populo Romano concessarum. 249
 Litteræ Sixti Papæ IIII. de ædificiis & nouis operibus conſtruendis ad decorem Ciuitatis. 253
- M Otus proprius iurisdictionum & gratiarum Ro. Po. concessarum per Paulum Papam IIII. 244
 Motus proprius Pii Papæ IIII. Po. Rom. concessus super reintegratione iurisdictionū Curiæ Capitolii. 247
- O Rdinatio Pii Papæ V. & eius litteræ contra homicidas, & Bannitos, & alias facinorosos, eorumque receptatores editæ, singulis annis publice legantur. 225

Nota quid Capitula Libri primi, scilicet 166. & 167. sunt duplicata.

FINIS LAVS DEO.



R E G E S T V M

a b ABCDEFGHIJKLMNOPQRSTUVWXYZ.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sf Tt.

Omnia folia..



R O M A E

In Aedibus Populi Rom. M.D.XC.

APVD GEORGIVM FERRARIVM.

